Digitized by Google






A



PROMPTUARIUM JURIS PRACTICUM,

AD MODUM

LOCORUM COMMUNIUM

ORDINE ALPHABETICO,

Ex probatissimorum JCtorum Scriptis practicis, cum annotationibus eorum, quæ mutata sunt in foro Saxonico,

PER ORDINATIONEM PROCESSUS SAXONICAM RECOGNITAM, SELECTUM,

Atque in gratiam

Practicorum, inprimis autem eorum, qui, sive causis in foro perorandis occupati, sive in negotiis judicialibus vel extrajudicialibus peregre constituti, librorum suppellectilem ad manus habere nequeunt.

Publici juris factum,

PARS PRIOR,

Cum Præfatione

DN. JOH. BENEDICTI CARPZOVII

J. U. D. &c. &c. &c.

Editio altera, auctior & correctior,

studio & cura

JO. GEORGII BERTOCHII,

J. U. D. & Senatoris Civitatis Zittaviensis.

Cum Privilegio S. Maj. Reg. Polon. & Elect. Sax.

LIPSIÆ & ZITTAVIÆ,

Sumtibus JOH. JAC. SCHOEPSII.

MDCCXXXV.



PRÆFATIO
PRIORIS EDITIONIS.

ÆQVO ATQVE BENEVOLO SALUTEM
DICIT PLURIMAM LECTORI
JOH. BENEDICT. CARPZOVIUS,
J. U. D. Seren. Reg. Polon. & Elect. Saxon. a Consiliis
Commissionum, nec non Consul & Syndicus
Zittaviensis.

NOn heri solum, aut nudius tertius invisum fuit, sed a longissimis inde temporibus multorum convitiis laboravit, & hodienum sinistrius, quam par erat, sentientium virgulam experitur censoriam, quod in congerendis Locorum Communium, ut vocant, Collectaneis studium occupatur. Sunt quorum inter Eruditos magnificimus nomen, qui ad ignavos homines, & quibus pro cerebro fungus est, ablegandum satis dictatoriè existimant, quos

ter Galli Germanorum labores alto ſupercilio derident, quorum tamen argumentis, una cum Mareſii & Sorelli iniquioribus ſtricturis more ſuo, h. e. eruditè ſatisfecit clariſſimum Germaniæ literatæ ſidus, *Morhofius in Polyhiſt. Lib. I. c. 21.* Sunt alii, qui meticuloſius memoriæ damnum exinde ſuſpicantur, quæ olim *Julii Cæſaris* de Druidum diſciplina mens fuit, utpote quibus fas non erat, quicquam literis mandare, ne literis confiſi minus memoriæ ſtudeant, & præſidio literarum diligentiam in perdiſcendo, & memoriam remittant, *de Bell. Gallico L. VI. c. 14. n. 4.* Cum enim ex Platonis ſententia, mater Muſarum ſit memoria, & tantum ſciamus, quantum memoria tenemus, hinc Socratem vere ſtatuiſſe ajunt, literas, quas vulgus putat, juvandæ memoriæ cauſa repertas, memoriæ aliquo modo officere, referente *Quintil. L. 2. Inſtit. Orat. c. 2.* Sane ſi quid audiſſent olim homines dignum cognitu, non libris, ſed animo inſcribebant, hac exercitatione confirmata memoria facilè te-

lè tenebat, quicquid vellet; & quod quisque ſciebat, habebat in promptu. Poſt reperto literarum uſu, dum libris fidere cœptum, non perinde ſtuduerunt animo infigere quod didicerant. Ita factum eſt, ut neglecto memoriæ cultu minus vivida eſſet rerum cognitio, & pauciora quisque ſciret. *Eraſmus L. 3. Apopht.* Quoniam tamen haud omnibus idem divino munere beneficium contigit, ut felici ſemper fruantur memoria, & magni cæteroquin Viri ſæpiusculè novercantis defectum naturæ hac in parte conqueruntur, quin imo ætatis, morborumque vitio, aut aliis animi corporisque infirmitatibus non raro memoriæ vis atque vigor imminui ſoleat, ideo ſubveniendum fragilitati humanæ, & in confectione Locorum Communium remedium huic malo excogitandum fuit. Utique longe optimum memoriæ ſubſidium ejusmodi Excerpta præſtare, & quemlibet eruditionis diffuſæ, variæque cupidum iisdem quam maxime indigere *Dre-*

xelius in Aurifod. L. I. c. 10. p. 90. & *Keckerm. Conſ. Log. de LL. CC. adornand. p. 2. Coll. 1.* abunde demonſtrarunt. Siſtuntur enim recordationi noſtræ uno intuitu cumulatè, quæcunque de quovis argumento per omnem vitam enotata nobis ſunt, & eam ob rem non inconvenienter memoriæ ſubſidiariæ vocantur, & pars memoriæ artificialis conſtituuntur, *Vinc. Placcio de arte excerp. c. I. §. 5.* Hinc omni tempore hujus generis Scriptores invenias non paucos, qui diligenti cura & ſtudio in ephemerides redigerent, quicquid notatu dignum in aliorum ſcriptis offenderent, & ab interitu labantis maleque fidæ memoriæ vellent vindicatum. Cujus rei apud antiquos in utroque *Plinio, Gellio,* aliisque exempla habemus, & argumento ſunt librorum excerptorum apud Veteres nomina, de quibus prolixe agit *Morhof. c. l. p. m. 242.* Huc referendi veniunt Commentarii libri, ita dicti a commentando, quod in memoriam revocent nobis, quæ le-

ᵭa

cta sunt, sicut commentari pro excerpere usurpat *Gellius Not. Attic. L. I. c. 9.* Hinc Commentarienses & Memoriales iidem qui Librarii dicebantur, & apud *Cicer. pro Milone c. XII.* Librarium Legum pro Volumine Excerptorum ex Legibus invenimus. Neque in Atticis finibus, unde fons & origo omnis eruditionis dimanavit in Latium hæc memoriæ subsidia minus fuerunt in usu, id quod Græcorum *χρηστομαθέιαι, ἔκλογαι, ἀνθολογίαι, ὑπομνήματα, ἀναλέκτα*, & id genus scripta alia abundeque & satis testantur. *Conf. Placc. de Arte excerp. c. I. §. 1.* Unde non est, cur rideant Germanos Exteri, & in omnes crimen illud consveta maledicentia diffundant, quasi solummodo ex Locis sapiant Communibus, & quo quis magis eosdem habeat instructos, eo minus chartæ parcat, cum non veterum modo Græcorum, Latinorumque scripta ferè pleraque nonnisi Collectanea, sub variis titulorum involucris contineant, verum etiam recentio-

rum Auctorum labores in Collectaneis potissimum subsistant, quæ spreta Locorum Communium simplicitate, atque exoso vocabulo ascititios titulorum ornatus mentiuntur, atque sub Lectionum antiquarum, Memorabilium, Polyanthearum, Polymathiarum, Seminariorum, Theatrorum, Bellariorum, Dierum Canicularium, Officinarum, Florilegiorum &c. specie superbiunt. Quin imo in Gallia plures Libri sub titulo Collectaneorum, quæ patrio sermone Recuil vocant, prodeunt quotidie, ut vel hoc nomine objectum Germanis crimen suo Autores exemplo dispungant ac diluant. Digna tanto Viro vox est, quam habet *Morhof. in Polyhist. L. I. c. XXI. p. 239. Loci Communes*, inquiens, *variæ doctrinæ quasi promicondi sunt, neque tam contemtim habendi, ut vulgo à Sciolis quibusdam habentur, qui nisi ex aliorum Locis Communibus profecissent, arctè profecto secum habitarent.* Ratio instituti haud permittit, ut idipsum per exempla

com-

comprobatum demus, aut ſollicita Scriptorum enumeratione, qui in omni ſtudiorum, ſcientiarumque genere Locos Communes conficere ſategerunt, Lectoris patientiam fatigemus. Sufficiat impræſentiarum pauca quædam de Collectaneorum Scriptoribus præcipuis, quos in Juris diſciplina habemus, præfari. Quod dum ago, imprimis meminiſſe juvabit, *Pandectas*, quibus poſt repurgatam ab Imperatore Juſtiniano, & poſtliminio quaſi reſtitutam Romani Jurisprudentiam, Jurium cultores utuntur, ex immenſis veteris Prudentiæ voluminibus fuiſſe collectas, *§. 2. proœm. Inſtit.* eaque propter non magis appropriato, quam Locorum Communium vocabulo inſigniendas, quandoquidem ipſo Imperatore teſte tum temporis innumera erant JCtorum volumina, ex quibus Jura petebantur, adeo ut duo millia Librorum, & trecies centena millia verſuum numerarentur. *L. 2. pr. & §. 1. L. 3. §. 1. C. de Vet. Jur. Enucl.* Utut autem Sa-

cratissimi Imperatoris beneficio feramus acceptum, ut ex tanta Librorum multitudine constitutiones Legum antea confusæ in luculentam erigerentur consonantiam, & antiquatis anilibus fabulis nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, ab Imperiali splendore liceret appetere, tantus tamen Jurisprudentiæ ambitus Viris summi nominis visus fuit, ut exemplo Imperatoris admoniti, quod omnium habere memoriam divinitatis potius, quam mortalitatis sit, *L. 2. §. 14. C. de V. J. E.* memoriæ consulendæ curam susciperent, quam non nisi scriptura felicius conservari posse suo tempore JCtorum Princeps, *Baldus* intelligebat. Hinc tot Paratitlorum congeries, tot communium Opinionum Juridicarum Syllogæ natæ sunt, scilicet ut Jurium Studiosi haberent in expedito, quod undiquaque usibus suis vel reconderent vel depromerent. Longum foret singula recensere, aut absolutum contexere Catalo-

talo-

talogum Autorum, qui in colligendis aliorum in Juris ſtudio laboribus operam poſuerunt. Defunctus eſt hoc labore, quantum ad veteres attinet *Georgius Draudius in Bibliotheca Claſſica libr. Juridic.* ex recentioribus vero *Simon Pauli*, *Cornelius à Beughem*, nec non *Martinus Lipenius*, *Bibliothecas* ſuas *Reales* adornando; omnium vero optimè illuſtris *Lynckerus in Inſtructorio Forenſi* quærentium deſiderio faciet ſatis. Ita dantur alii, qui in colligendis Deciſionibus & Conſiliis propriis ſolummodo occupati erudito Orbi profuerunt, quorſum *Ernesti Cothmanni*, *Aymonis Cravettæ*, *Matthæi*, it. *Petri Weſenbeciorum*, *Petr. Surdi*, *Jacobi Menochii*, *Davidis Mevii*, *Joh. Stuckii*, *J. Brunnemanni* aliorum magnorum JCtorum labores refero. Ex adverſo alii certorum Tribunalium, vel Collegiorum Reſponſa congeſſerunt, quo nomine *Practica*, & *Deciſiones Rotæ Romanæ* celebres ſunt, & è recentioribus *Conſilia Tubingenſia*, *Marburgenſia*,

gensia, Altdorffina, Kiloniensia, Argentoratensia, Jenensia, Lipsiensia, Wittebergensia &c. collectoribus *Christoph. Besoldo, Harprechto, Vultejo, Rittershusio, Schmidio, Lynckero, Carpzovio, Bergero & Hornio* luci publicæ donata. Sic habemus Scriptores alios, qui communes Opiniones collegerunt, alios item, qui certas quæstiones per JCtorum sententias confirmant, & ad priorem classem *Julii Clari receptæ sententiæ, Raymundi Ficharti communes opiniones, Hieronymi Cævallos Speculum aureum communium Opinionum,* quod communes Opiniones continet contra communes; ad posteriorem vero *Mevii, Carpzovii, Richteri, Kæppenii, Arumæi, Molleri, Modestini, & Hartm. Pistorum, Gailii,* aliorumque industria referenda. Quos quidem omnes Locorum Communium Scriptoribus certo respectu accensendos esse, nemo facilè ibit inficias, qui scopum Collectaneorum, qui ad memoriæ subsidium collineat, penitius considerabit.

Longe

Longe tamen potiori Jure hoc ſibi nomen vendicant, qui non contenti uno vel altero Juris articulo, in univerſum Jurisprudentiæ ambitum curas intenderunt, & ſive ſub Lexicorum, vel Theſaurorum, vel Repertoriorum vel tandem Locorum Communium Schematibus Collectaneis ſuis lucem ſunt fœnerati. Quo quidem in negotio eminet Oceanus Juris, ſive *Tractatus Tractatuum*, juſſu Gregorii III. Pontificis Maximi in unum congeſtus a Franciſco Zilletto, & Venetiis A. 1584 XXVII. Tomis editus, quem ideo in cenſum Locorum Communium referendum eſſe exiſtimo, quod plurium Autorum ſinguli, vel etiam Unius plures labores ſelecti ſecundum Ordinem Pandectarum Juris in unum redacti ſint Volumen, & ab interitu, qui pro illorum conditione temporum, & injuria imminere videbatur, vindicati. Porro qui *Collegium Juris Argentoratenſe*, ſingularis induſtriæ atque Judicii Opus, quod a diverſis quidem Autoribus ad ſeriem

feriem Digeſtorum compilatum, ultimis tamen *Juſti Meyeri* & *Gregorii Biccii* curis debemus, non poſtremo inter Locos Communes loco numerabit, a vero non aberraverit. Denique huc etiam vel maxime puto pertinere, *Diſputationes* JCtorum conjunctim editas, quarum Autores ſemper ſtudioſiſſimi creduntur in colligendis fuiſſe, quæ ad argumenti, quod tractant, illuſtrationem pertinere poſſent. Principem inter eas locum non abs re merentur *Baſileenſium* Volumina IX. item *Strykii* & *Lauterbachii* Collectiones, quibus ſi Index generalis inſtructus acceſſerit, ad abſolutum LL. CC. uſum parum opinor defuturum. Cæterum inter eos, qui ſub Lexicorum Juridicorum titulo ad ſeriem Alphabeticam compoſitorum complexi ſunt, quæ ad verborum, ac proinde etiam rerum ſignificationem in Jure videbantur ſpectare, primas utique omnium calculo tenet *Jo. Calvinus*, qui ex *Sim. Schardii*, *Petri Cornelii Brederodii*, *Pandulphi*

Pra-

Pratæi, & imprimis *Brissonii*, aliorumque ante se Lexicographorum annotationibus suas collegit, & non raro integras operi suo inseruit. Lapsum tamen esse nonnunquam in Romanorum antiquitatibus a Viris rei Philologicæ & Jurium peritis observatum fuit. His succedunt, qui Thesauris suis orbem literatum locupletarunt, interque eos primum nominandæ veniunt *Cardinalis TUSCHI Conclusiones Practicæ IV. Voluminibus* comprehensæ, in quibus Practicorum sui ævi sententias, receptasque opiniones ex omni Jure, Regnorum item, Provinciarum, Civitatum, & aliorum locorum Statuta, Mores, Consuetudines, Indulta, & Privilegia operose satis persequitur, atque sub Titulis generalibus ordine Alphabetico recenset. *Christophori Besoldi Thesaurus Practicus, à Christophoro Ludovico Dietherro auctus*, nec non *Pauli Matthiæ Wehneri Observationes Practicæ*, & *Jo. Jacob Speidelii Speculum* in omnium versantur mani-

bus, qui in foro operantur, ut proinde intento ſaltem digito ad LL. CC. Scriptores retuliſſe ſufficiat. Porro laude ſua non defraudandus *Arnoldi de Reyger Theſaurus Juris*, primum ab Auctore ex *Martini Dobbercini* Repertorio reviſo, aliisque probatiſſimis Juris Scriptoribus, ſub certis titulis ordine alphabetico diſpoſitis, non contemnendo labore concinnatus, poſtea per *Ahaſverum Fritſchium* auctus, & propter adhibitum in excerpendo ſelectum, imprimis commendandus, maxime vero, quantum ad remiſſiones ad fontes Juris Civilis, in pretio habendus. Inter eos, qui Repertoriorum nomen præferunt recenſendi ſunt *Joh. Bertachinus*, *Nicolaus de Milis*, *Ælius Antonius Nebriſſenſis*, & alii, qui tamen in Repertoriis ſuis præter occurrentes in Jure terminos vix quicquam explicant, & proinde ad Lexicographorum claſſem potius remittendi. Sub eodem titulo, at longe diſpari inſtituto inſigniter de patria promeritus

eſt

est *Samuel. Lufft*, Repertorium Juris Saxonici conficiendo, in quo Constitutiones Provinciales Electoratus Saxonici, prouti in Corpore Juris Saxonici auspiciis Johannis Georgii II. Electoris, gloriosissimæ recordationis collectæ extant, in Locos Communes digestas eo quidem studio & industria adornavit, ut evolventibus, non leve adminiculum præstare possint. Denique sub Locorum Communium simplici, at genuino vocabulo Jurium cultoribus prodesse studuit. *Johannes Bechtoldus*, qui laudabili conatu materiarum Juris Universi tam Theoretici, quam Practici fontes in Legibus, Legumve Interpretibus oriundos, sub generalibus ad ordinem literarum elementarium dispositis Titulis satis accurate pertractat, atque si emendationes varias, & luculentas accessiones *Andreæ Christophori Ræsneri* adhibeas, in Cathedra non minus, quam foro versantibus lucem affundit. Celebris est etiam *Augustini Barbosæ Thesau-*

rus Locorum Communium Jurisprudentiæ ex ejusdem Axiomatibus, & Analectis *Johan. Ottonis Taboris*, nec non filii, *Tobiæ Ottonis Taboris* collectus, tandemque novis Axiomatibus illustris *Samuelis Strykii* auctus, cujus si vel solum nomen allegavero, satis erit ad commendationem. His addimus demum *Christophori Coleri sententias ex utroque Jure collectas*, & in ordinem Alphabeti affabre dispositas, nec non *Stanislai Zochowskii regulas Juris*, & *Locos Communes forenses*, quorum de Jure & Praxi communi frequens est, & versatus in foro usus & allegatio. Verum enimvero utcunque prostent in allegatis Autoribus memoriæ subsidia, & suum abunde usum pro instituti cujusque ratione in publicum dispergant, si tamen dicendum, quod res est, plerique hujus generis Libri aut mole sua laborant, eoque ipso nauseam legentibus creant, aut nimium concisi sunt, & in remissionibus ad Autores unice subsistunt, aut mere, Theoretica

tica

tica tractant, & Jura præſertim provincialia negligunt, aut denique ex obſoletis, & Juri Juſtinianeo unice inhærentibus Scriptoribus ſua depromunt. Deſiderata fuit hanc ob rem non ſemel, maxime ab iis, qui perorandis in foro cauſis vacant ejusmodi compendiaria Juris, quo utimur, collectio, in qua ſuccincta perſpicuitate ex optimis probatiſſimisque Legum Interpretibus, Theoretica cum Practicis conjungerentur, & convenienti diſponerentur ordine, ut ſive in itinere conſtitutis, ſive in ipſo Advocatorum conflictu hærentibus, ubi nec Bibliothecarum adminicula ad manus, nec evolvendi copia conceſſa ſuppellectilis librariæ vices ſupplere poſſit.

Num qui præſens uſibus Tuis, Lector Benevole, exhibetur Liber iſthoc munere functurus ſit, nec ne, Tuum erit arbitrari. Conſcriptus fuit ab initio, atque privatis deſtinatus commodis a Viro ſuæ ætatis Jurisconſultiſſimo, & uſu fori quam maxime exercitato, in

cujus ſcriniis, poſtquam ante hosſex & triginta annos ex mortali ſcena diſcesſerat, repertus fuit, & tandem in manus Bibliopolæ juſto titulo delatus. Qui poſtquam hoſce manuſcriptos labores erudito Orbi diutius invidere indignum ratus, de iisdemque publici juris faciendis cogitans, Viros in arte Juris peritiſſimos in conſilium adhibuisſet, conſultum viſum fuit, ut ex recentioribus JCtorum, quibus ſeculum noſtrum ſuperbit ſcriptis, notatu digna convenienti inſererentur loco, potiſſimum autem, quæ uſus fori, quem Obſervantiam vocant, de die in diem immutaverat, cura notarentur diligenti, denique quid Sereniſſ. atque Potentiſſ. Rex & Elector Saxoniæ in Ordinatione Proceſſus Saxonici Recognita noviter ſanciverat, in quibus a priſco procedendi modo receſſum eſt, ſtudioſe indigitaretur. Obſtetricantes huic negotio manus rogatus adhibuit Vir Conſultiſſimus, *Dominus Johannes Georgius Bertoch*, Jurium Doctor & Pra-

Digitized by Google

Practicus apud Zittavienses fama nominis & eruditionis clarissimus, qui collatis illustrium JCtorum, *Strykii*, *Bergeri*, *Rivini*, *Hornii*, *Wernheri*, *Barthii*, aliorumque Scriptis, qui prostant practicis, ea quæ Operi manuscripto deesse videbantur, singulari studio, nec infeliciore successu supplevit, quæ minus usitata, aut superflua judicabat, maturo judicio resecuit, & ea solummodo selegit, quæ ex Legum fontibus, variisque Juris Antistitum doctrinis decerpta præsentissimum in vita communi foroque usum pollicebantur, denique totum Opus ita adornavit, ne primus utilissimi instituti finis decollaret, aut in eam liber molem excresceret, quæ compendiarii manualis mensuram excederet. Imprimis vero ab allegatorum copia, quantum fieri licuit, prudenter abstinuit, ne inanis labor chartam oneraret, veruntamen ne desit, ubi quæstionem propositam latius discussam invenias, citatas Leges, Doctorumque sen-

ſententias curioſius inveſtigavit, & ſtudioſe cavit, ne quod plerumque accidere videmus, Autorum ſaltem nomina futiliter coacervaret, ſed ipſos fontes, & ſcaturigines cujusque argumenti fideli manu aperiret. Quod reliqvum eſt, placuit ordinis, ſive methodi ſimpliciſſima ratio, ad ſeriem Alphabeti diſpoſita, quantumvis aliquibus exploſa, atque rejecta, quam in tantum non aſpernatus eſt Conſultiſſimus Dominus Collector, ut potius veſtigia primi Autoris ſecutus, accedente Titulorum generalium Indice, commodiſſimum juvandæ memoriæ remedium exiſtimaverit. Unicum adhuc monendum cenſuit Bibliopola, quod licet integer Tractatus ob inſtantes nundinas prodire nequeat in publicum, typographi tamen labor non interruptus perduret, donec Pars libri poſterior per unius vel alterius menſis ſpatium colophonem Operi imponat. Ita Vale, Lector Benevole, & ſicubi laudabiles hoſce conatus non omni ex parte albo di-

dignos judicaveris calculo, censuram tamen benigniorem haud denegabis, memor effati Imperatoris Justiniani Sacratissimi, cujus verba *in §. 13. præf. tert. de Confirmat. Digestor. ad Magnum Senatum*, nostra hic facimus, dicentis: *Si quid ex multitudine ea, quæ nunc congesta sunt, videbitur esse perperam positum, attamen humanæ naturæ imbecillitatem considerantibus, non extra justam apologiam ne hoc quidem videbitur esse: in nullo enim aberrare, seu in omni irreprehensibilem, seu inemendabilem esse, divinæ utique solius, non autem mortalis est constantiæ atque roboris.* Scribeb. Zittaviæ apud Lusatos, pridiæ Calend. Octobris, Anno post Christum Servatorem natum M DCC XXVI.



A

Ad Lectorem.



Septennium, & quod excurrit, elapsum est, cum hoc *Promptuarium Juris Practicum*, duabus partibus absolutum, cum Præfatione celeberrimi JCti, Domini JOHANNIS BENEDICTI CARPZOVII, J. U. D. Serenissimo ac Potentissimo Regi Poloniarum ac Electori Saxoniæ a Consiliis Commissionum, nec non tunc temporis Consulis ac Syndici Civitatis Zittaviensis præstantissimi, jam vero Circuli Electoralis Præfecti gravissimi, cura ac studio meo, distinctis terminis, & quidem binis succedentibus nundinis Lipsiensibus, primum in lucem prodierit.

Usum

Usum ejus non minimum fuisse, ex eo palam est, quod industrius Bibliopola, explorato negotio, exemplaribus nondum plane distractis, mox novam, eamque auctiorem, editionem anxie sollicitaverit. Quam cum tandem jam exhibeo, benevolum lectorem longa ac tœdiosa præfatione morari nolo. Quæ hac occasione de locis communibus juridicis, eorumque utilitate dicenda forent, in elegantissima pariter ac eruditissima præfatione sua, qua priorem editionem condecorare dignatus est, jam anticipavit, quem nominavi, Vir magni nominis. Qui nec operam perdidit, quando pariter quoque studium in concinnandis locis communibus occupatum a convitiis eorum, qui de eo sinistre satis sentiunt, & in illos, qui ad optimum hoc lubricæ memoriæ subsidium refugiunt, plus, quam par est, invehunt, solidissime vindicavit. Equidem non defuisset juris argumentum, cujus discussionem novæ huic

edi-

editioni, præfaminis loco, præmittere potuissem: cum haud paucæ, maxime illis, qui sollicite in foro versantur, obveniunt juris quæstiones, quæ non solum majore, quam factum est, sed quoque nova sollicitudine suspendæ trutinâ, atque in usum vertendæ essent. Verum enim vero in juris argumenta discurrere, alienum esse debet a præfatione, quippe quam vix quispiam legit, ut ibi themata juris discussa reperire velit, sed ut rationem, usum ac finem libri primo conspectu addiscat, in quo præfationis argumentum consistere debet potissimum: id quod in laudata præfatione absolvit celeberrimus CARPZOVIUS. Multum igitur abest, ut aliquid addere mihi in mentem venire possit: sed meo me munere satis functum esse arbitror, si B. L. ad eam humanissime ablego, quam recenti etiam huic editioni præmittere modestia integerrimi Viri non invidebit, & subtrahere, nec gloria celebratissimi no-

nominis CARPZOVIANI, nec obſequium meum permiſit. Hoc ſaltem non obliviſcendum eſſe ratus ſum, alteram hanc editionem, emendatis emendandis, non modo per novas, easque utiles acceſſiones practicas, ſed quoque novas rubricas congruis locis inſertas, ſe forſitan commendare poſſe, atque id præ priore præcipuum habere, ut, cum deſideratum juris argumentum in diverſis quæri poſſit locis, quorum alteruter non ſtatim ob oculos verſetur, nec in mentem redeat, fragilitati memoriæ per remiſſiones, paſſim in calce rubricarum ſeparatis theſibus incluſas, ſubveniat.

Pluribus ut novam hanc editionem emittam commendationibus, ſupervacaneum eſſe putavi, imprimis cum priorem editionem una cum aliis tractatibus, veluti **dem beſondern Recht in Ehe- und Schwängerungs-Sachen der Soldaten**, anno 1729. & *commentatione juridica de ratione uſurarum*

in

in concursu creditorum habenda, anno 1732. ejusdem Bibliopolæ sumtibus, a me in publicum editis omni undiquaque favore exceptam esse, nemo est, qui testimonium denegasset. Quod, cum ita sit, novæ huic editioni in tantum proficiet, ut, distractis jam prioris editionis exemplaribus, eo securius in lucem prodire, & non minorem expectare possit benevolentiam, qua candidus lector & ipsum editorem complecti velit. Dabam Zittaviæ d. 20. Sept. 1734.

D. Johannes Georgius Bertoch.

ABACTIO

ABACTIO PARTUS.

I.



ABigens partum, si fuerit inanimatus, pœna extraordinaria, relegationis vel fustigationis, si vero vitalis, pœna gladii plectitur, sive parens fuerit, sive extranea persona, *l. 4. de extraord. crimin. l. 8. ad L. Cornel. de Sicar. l. 39. de pœn. ord. crim. art. 133. constit. El. Sax. 4. p. 4.* ibique *Carpz. d. 1. seq. & Pr. Cr. qu. 11. n. 3. seq.*

2. In Saxonia partus habetur pro animato, medio gestationis tempore elapso, *d. Constit. Elect. Sax. 4. Carpz. Pr. Cr. c. l. n. 5.* vulgo vero post quadragesimum a conceptione diem, *Carpz. d. c. d. 2. n. 5. & Pr. Cr. c. l. n. 6. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 183. n. 4.*

3. In irrogando mortis supplicio etiam constare debet de efficacia medicamenti, & necem ex eo secutam esse, *Carpz. Pr. Cr. c. l. n. 26. Wernher. l. c.*

4. Hac mortis pœna mater afficitur, non solum si poculum abortionis sumserit, sed & si aliis modis partum in utero interemerit, & causam abortui dederit, *Carpz. ad d. c. d. 4. & Pr. Cr. c. l. n. 12. seq.*

5. Qui mulierem prægnantem, ignorans, eam gravidam esse, vel absque animo procurandi abortum, percussit, vel medicamentum dedit, & sic abortum causavit, pro ratione circumstantiarum, vel relegatione, vel carcere, vel pœna pecuniaria multabitur, *Carpz. Pr. Cr. c. l. n. 25.*

ABBREVIATURÆ.

1. Notarius cifris, abbreviaturis, & notis uti non prohibetur, modo sint consuetæ & intelligibiles, Schlegels *Notarius, c. 1. §. 5.*

2. Add. loc. *testamentum scriptum solenne. ib. 14.*

ABIGEATVS.

1. Abigeatus crimen hodie punitur ut furtum, *Carpz. Pr. Cr. qu. 86. n. 36. Struv. ex. 48. th. 96. Berger. jurispr. crim. 62.*

ABOLITIO.

1. Recusata defensione pro avertenda inquisitione, ad principem confugere, atque abolitionem petere poterit inculpatus, *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 12. ibique lit. b. p. 905. seq.* add. *Titius in observ. ad Lauterb. tit. ad SC. Turpil. Ludovic. us. pract. dist. jurid. lib. 48. tit. 16. dist. 2.*

2. Abolitio quidem in delictis, jure humano, capitalibus fieri potest, non vero in delictis, jure divino, ultimo supplicio coërcendis, *Barth. d. §. 12. ibique lit. a. p. 905. seq.*

3. Aboleri tamen potest processus inquisitorius, si appareat, homicidium saltem esse casuale, necessarium, vel etiam culposum, ubi vel plane nulla, vel arbitraria modo pœna obtinere potest, *Barth. l. c.*

4. Princeps antecessorum suorum, nec non a semet

ſemet ipſo, prævia cauſæ cognitione, conceſſas abolitiones revocare, denuoque contra inculpatos inquiſitionem decernere non poteſt, *Berger. p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obſ. 26. p. 61. Barth. d. §. 12. lit. c. p. 909.* poſtquam enim princeps delictum abolevit, habetur, ac ſi reus per ſententiam eſſet abſolutus, *Farinac. oper. crim. qu. 4. n. 1.* cum per abolitionem accuſatus e numero reorum eximatur, *Theodoric. jud. crim. c. 10. n. 28.* adeoque delictum, ſemel abolitum, nullo modo de novo puniendum, ita, ut reus nequidem incarcerari aut moleſtari amplius poſſit, *Guazzin. de defenſ. reor. def. 30. c. 6. n. 6.* Secus ſi abolitio ſub- & obreptitie impetrata, *Barth. l. c.*

5. Magiſtratus inferior, isque merum imperium habens, neque peracta inquiſitione, neque ante abſolutam inquiſitionem, cum inculpato ſuper pœna publica tranſigere poteſt; idque nullo diſcrimine, ſive patrimonialem habeat, ſive adminiſtratoriam jurisdictionem; itemque ſive cauſæ fuerint criminales, ſive civiles, *Berger. jurispr. crim. p. 211. ſeq. & p. 2. ſupplem. obſ. 171.* Neque enim facultas abolendi inquiſitionem, certa mulcta præſtita, magiſtratui inferiori competit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 223.*

6. Aſt in levioribus delictis poſſe etiam ignominioſam ad inquiſitionales articulos reſponſionem, per oblationem mulctæ ad pias cauſas, cum expenſis judicialibus, declinare inculpatum, præjudiciis confirmat ipſe *Berger. p. 1. ſupplem. ad jurispr. crimin. obſ. 45.* add. *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 12. lit. b. p. 909.* Illudque etiam procedere, ad declinandum juramentum purgatorium, præjudicio corroborat *Thœnniker. in advoc. prud. in for. crimin. c. 11. n. 11. p. 58.* add. *Berger. Jurispr. crimin. p. 202.*

7. Et pro attentato juris aggratiandi, & abolitione illud habendum non esse, si judex inferior, merumque imperium habens, talem oblatam mulctam ab inquisito accipiat, dum anticipando quasi præstat statim, quorsum collineat inquisitio, ut proinde frustranea ulterior sit inquisitio, docet *Barth. c. l.* add. *Horn. cl. 15. R. 17. p. 1051.*

ABORTUS PROCURATIO.

Vid. loc. *abactio partus.*

ABSENS, ABSENTIA, ABSENTIS BONA ET CURA.

1. Absens ex justa causa, si præsertim superioris licentia accedat, ratione beneficiorum, pro absente non habetur, *c. 13. 14 15. X. de cleric. non resid. Tellez. ad c. 7. X. d. tit. Surd. de aliment. T. 9. qu. 79. a. 7. Horn. cl. 1. R. 34. p. 68. b.*

2. Abesse non videtur, qui procuratorem in provincia reliquit, *l. 20. de minor. l. 39. ex quib. caus. maj. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 40. d. 9.* Igitur bonis absentis, qui procuratorem in provincia reliquit, curator dari non potest, nisi procurator male administret, *A. Fab. c. l.* vel spes reditus evanuerit, *Barry de success. ab intest lib. 18. tit. 8. in fin.*

3. Bona diu absentis committuntur custodiæ & administrationi ejus, qui proximior est heres, *Struv. jurispr. lib. 1. tit. 28. aph. 1.* remotiore excluso, exclusus enim a spe successionis, hoc ipso etiam excluditur a cura & custodia bonorum absentis, *A. Fab. d. tit 40. d. 5.*

4. Ast proximior, qui in alio loco domicilium habet, remotiori cognato, qui in loco, ubi bona sunt sita, vel hereditas delata est, habitat, non est præferendus in cura bonorum absentis, *Schilter. ex. 37. §. 244.*

§.244. Diſſentit, & ſufficere, ſi forenſis in loco, quo bona ſunt ſita, idoneam cautionem præſtet, putat *Lyncker. vol.1. conſil 5. n.20.*

5. Parum refert, quod is, qui curator datur, infirmi judicii eſſe dicatur, & ſit mulier, minor aut infans, dummodo ſit proximior agnatus cognatusve, & ab inteſtato ſucceſſurus: ea enim cura nil niſi cuſtodia eſt, & quaſi ſucceſſionis præmatura, quamvis licita, occupatio. Et curatores, vel propter ætatem, vel ſexum, minus idonei, per easdem perſonas, per quas res proprias gerunt, abſentis bona adminiſtrare poſſunt, *A. Fab. d. tit.40. d.1. Brunnem. ad l. ult. C. de legit. tutor.* add. *Wernb. ſel. obſ. for. p.5. obſ. 22.*

6. Nec tamen ipſo jure quis fit curator: ſed magiſtratus autoritas ut accedat, neceſſe eſt, *Carpz. p.3. c.15. d.48.*

7. In concurrentia plurium cognatorum ſolus erit curator, qui a judice datus, quanquam dari omnes debeant, ſi petant, & aliud nihil impediat, *A. Fab. d. def.1. Richter. dec.65.* Unde monet *Carpz. d. c. d.49.* quod illi, qui vigilat, &, tacentibus aliis, in eodem gradu poſitis, cognatis, petit curam, ea ſit deferenda.

8. Et ſi ſemel uni cura delata fuerit, reliqui, pari licet in gradu conſtituti, ad eandem curam haud admittuntur, *A. Fab. in Cod. lib.7. tit.20. def.44. Wernher. in Supplem. nov. ad p.2. obſ.356.* Nec procurator, ab abſente conſtitutus, ſi proximus ei fuerit cognatus, cum aliis, in pari gradu conſtitutis, curam dividere tenetur, *Barry de Succeſſ. ab inteſt. lib.18. tit.8. in fin. Lyncker. vol.1. conſil 5. n.22.*

9. Cura bonorum abſentis quoque ad heredes

 tran-

transit, exclusis aliis, pari in gradu licet constitutis, *Carpz. d. def. 49. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 356.* modo tamen & illi spem succedendi habeant, *Carpz. lib. 6. R. 63.* Plane, & in Saxonia, cura bonorum absentis fratri & sorori simul commissa, post unius mortem ad ejus liberos pro rata transit, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 254.*

10. Ast curatoris heredes testamentarii, vel ab intestato extranei, in cura bonorum absentis, ejusdem cognatis proximioribus haud præferuntur, *Carpz. p. 3. c. 15. d. 50. & 51.* Unde frater absentis non transfert bona fratris in conjugem suam, quæ ei heres futura est, *Hartm. Pistor. obs. 103.*

11. Cura bonorum absentis ab initio, quando spes superest, eum reversurum esse, nec propinqui eam petunt, etiam extraneo committi potest. Postquam vero cognati proximi, qui tales fuere a tempore, quo quis abesse cœpit, ad curam admitti petant, ea ipsis ab extraneo cedenda est, *Pingizer. qu. 5. n. 15. Carpz. lib. 5. R. 83. n. 8. 10. 11. 13. Lyncker. vol. 1. R. 5. n. 20.*

12. Cum curator absentis habeat administrationem bonorum, & actiones, tempore perituras, exercere possit, *l. 14. de reb. autorit. jud. possid. Carpz. d. c. d. 52.* &, reverso absente, ad rationes reddendas, *A. Fab. lib. 5. tit. 40. def. 6.* nec non ad bona, cum omnibus fructibus, etiam ultra alterum tantum, restituenda sit obstrictus, *l. 3. §. 8. de eo, quod cert. loc. Carpz. d. c. d. 56.* cum neque proprietatem neque usumfructum habeat, *Carpz. lib. 5. R. 83. n. 3.* illi, vel si plures, omnibus & singulis incumbit præstatio cautionis, *A. Fab. tit. 40. def. 10. Carpz. d. c. d. 52.* Quæ eo magis necessaria est, cum absens in bonis curatoris

sui

ſui tacitam hypothecam non habeat, *l.22. §.1. de reb. autor. jud. poſſid. Carpz. dec.135. Berger. E.D.F. tit.45. obſ.2. not.2. p.1501.*

13. Cautio fieri debet eo in loco, ubi bona ſunt ſita, & quidem vel pignoribus, vel fidejuſſoribus: quandoque tamen admittitur juratoria, *Carpz. d. c.15. d.53.* add. vero *Mev. p. 2. dec.61.*

14. Si ſatisdatio exſpiret, aut ſaltem difficilioris fiat exactionis, puta: ſi bona poſſeſſoris ob æs alienum vendantur & diſtrahantur, curam ceſſare, & bona abſentis aliis cognatis, licet remotioribus, ſub cautione æque idonea, reſtituenda eſſe, niſi poſſeſſor denuo ſatisdare velit, tradit *Carpz. d. c. d.54.*

15. Quodſi propior cognatus cautionem præſtare recuſet, juri futuræ ſucceſſionis renunciare cenſetur, & ſequens in ordine admittitur, *Barry de Succeſſ. ab inteſt. lib.18. tit.8. Lyncker vol.1. conſil.5. n.21.* Si vero non poſſit: ſpe ſuccedendi quidem non excidit, at adminiſtratio alii committitur, ita tamen, ut illi propiori, quamvis forenſi, etiam absque cautione fructus ſint reſtituendi, quantum eorum, pro arbitrio judicis indigeat, ſecundum tradita *Sandii lib. 4. tit.9. def.8. Lyncker. c. l.*

16. Invitus nemo datur curator abſentis, *l.2. §.3. de curat. bon. dand. A. Fab. d. tit.40. def.6.* niſi magna adſit neceſſitas, vel arbitrium imperantis, *d. l. 2. Schœpffer. Synopſ. jur. priv. d. tit. n.3.*

17. Curator minoris, qui, deinceps major factus, abeſſe cœpit, ejusdem veluti abſentis curam ſuſcipere non poteſt, ſine novo magiſtratus decreto, *Berger. E.D.F. tit.8. obſ.1. not.3. p.298.*

18. Finitur cura bonorum abſentis, ex quo annum ætatis ſeptuageſimum abſens compleviſſe

creditur, ejusque bona, relaxata cautione, proximis heredibus adjudicantur, *Carpz. d. l. d. 57. Horn. cl. 8. R. 3. p. 466. Berger. dec. 118. Barth. diss. ns. 439. n. 12.* quamvis alii centum annos requirunt, vid. *Brunnem. ad l. fin. C. de SS. eccles. n. 3. Schilter. ex. 15. § 78.* add. *Barth. l. c. n. 14.*

19. Sed eum, qui diu abfuit, ab eo tempore, quo notitia de eo evanuit, pro mortuo habendum esse, atque adeo ejus bona relinqui cognato, qui ab eo tempore proximus fuit, atque in hujus heredes transferri, neque audiri alium, qui nunc absenti proximus foret, nisi probet, quod absens certo tempore, in quo jus succedendi suum fundare possit, decesserit, tradit *Lyncker. dec. 1478. & vol. 1. R. 5.*

20. Quid autem, si nihilo secius redierit absens septuagenarius, an tum bona cum fructibus recipiet? affirm. ita tamen ut fructus intelligantur tantummodo *extantes percepti* item & *consumti*, quatenus possessor ex his factus est locupletior, non etiam *percipiendi*, quoniam ille fuit in bona fide, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 10. p. 178.*

21. Add. loc. *hereditatis divisio. th. 27.* loc. *locat. conduct. th. 25.* loc. *tutela. th. 50.*

Abzugs-Geld.

Vid. loc. *gabella.*

ACCEPTATIO.

1. Antequam ejus, cui promissio fit, consensus, hoc est acceptatio, accedat, nullum jus translatum intelligitur, ac promittens haud obligatur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 182.*

ACCEPTATIO JURAMENTI.

Vid. loc. *juramenti acceptatio.*

ACCE-

ACCEPTILATIO.

1. In acceptilatione hodie ſtipulatione non eſt opus, *Carpz. p.2. c.19. d.17.* ſed pactum liberatorium æqualem cum acceptilatione efficaciam habet, ut hinc, quocunque modo quis animum remittendi debitum declaret, acceptilatio facta cenſeatur, *Stryck. de cautel. contr. ſect. 4. c. 3. §. 2. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit.15. th.3. not.1. p.877.*

2. Unde hodie acceptilatio conditionalis tanquam pactum valet, *Stryck. c. l. Berger. c. l. not.3. p.878.*

ACCRESCENDI JVS.

1. Jus accreſcendi in ultimis voluntatibus, ideoque etiam in donatione mortis cauſa: non vero in contractibus locum habet, *l. 110. de V. O. Carpz. p.3. c.2. d.16. Suev. de jur. accreſc. lib.2. c.2.* Exceptio eſt in donatione, quæ ex liberalitate principis proficiſcitur, *l.un. C. ſi liberal. imper. Soc. &c. Carpz. c. l.*

2. Non ſolum facta conjunctione, ſed & citra conjunctionem, pars hereditatis vacans coheredi accreſcit, *Carpz. d. c. d. 16. 17.*

3. In legatis vero, citra conjunctionem, nunquam locum habet jus accreſcendi, *l. 1. pr. de uſufr. accreſc.* ſed, deficiente legatario, legatum heredi, teſtamentario, vel ab inteſtato, cedit, *l. un. §.4. C. de cad. toll. Carpz. d. c. d. 15. 18.*

4. Inter fideicommiſſarios, ſive univerſales, ſive ſingulares, jus accreſcendi locum non habet; niſi re, aut verbis conjuncti fuerint a teſtatore, *A. Fab. in Cod. lib 6. tit.3. d.2. Carpz. d. c. d 19.* vel ſcriptus heres recuſet adire hereditatem, fideicommiſſarii univerſales autem id ipſum faciant, uti illis permiſ-

ſum eſt per *Nov.1. c.1.* cum ſic fiant heredes, & fideicommiſſarii eſſe definant, *A. Fab. c. l.*

5. Inſtitutus ex re certa, non tam heredis, quam legatarii loco habetur, alio herede ex aſſe, vel aſſis parte, ſcripto, *l.13. C. de hered. inſtit.* ideoque nec accreſcendi jus habere poteſt, *A. Fab. d. lib. 6. tit.3. d.1. & tit.6. d.1. & 4.* diſſentiunt vero multi. vid. *Stryck. de caut. teſtam. c.16. §.16. & 29.*

6. Si autem quis ſolus in re certa heres inſtitutus, non dubitatur, quin ille conſequatur totam hereditatem, *l.1. §.4. l.10. de hered. inſt. A. Fab. d. lib.6. tit.6. d.1. Stryck. c. l. §.16.17.29.*

7. Ceterum jus accreſcendi etiam in quantitatibus legatis locum habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p.4. obſ.106.* Non vero, quando ſingulis partes ejusdem rei legatæ ſunt, *Wernher. ſel. obſ. for. p.5. obſ.140.*

8. Jus accreſcendi non tranſit ad emtorem hereditatis, ſed remanet apud venditorem, *Struv. ex. 23. th.70.* niſi expreſſe illud ſit conventum, *Hillig. ad Donell. l.7. c.12. lit. l.*

9. Jus accreſcendi, quod etiam herede invito obtinet, *Hilliger. c. l. lit. b. A. Fab. in Cod. lib.6. tit.3. d.1. Stryck. de cautel. teſtam. c.1. §.14.* inter coheredes non magis prohibere valet teſtator, quam facere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant, *A. Fab. d. lib. 6. tit.6. d.1. n.7. Stryck. c. l.* Secus eſſe in legatis, probat *Hilliger. l. c.*

10. Poteſt vero teſtator per ſubſtitutionem jus accreſcendi impedire, *l.30. de vulg. & pupill. ſubſtit. Stryck. d. tr. c.22. membr.1. §.13.* confer. *Hillig. c. l.*

11. Sicuti ſubſtitutio, ſic quoque jus accreſcendi exſpirat aditione. *Hillig. c.l. lit. o.* Exceptio

eſt

eſt in uſufructu, qui, licet ſit acquiſitus, & poſtea amiſſus, tamen accreſcit alteri. *Donell. lib.10. c.23.*

ACTA.

1. Acta ibi eſſe intelliguntur, ubi negotium autoritate judicis celebratur, quocunque in loco, etiam extra judicium, *l. 7. de manum. vind. Carpz. dec. 293. Wernher. ſel. obſ. for. p.1. obſ 26. p.39.*

2. Actis a notario conſcriptis in Saxonia nulla habetur fides, niſi judicio, cui adhibitus eſt, peculiari juramento fuerit obſtrictus: ſecus de jure communi, *Wernher. ſel. obſ. for. p.1. obſ.113.*

3. Valent tamen acta & in foro Saxonico, ſi notarius peculiari juramento veritatem illorum confirmet, modo utraque pars conſentiat, *Wernher. c. l. n. 8. & p.5. obſ.168.* add. *Berger. E. D. F. tit.2. obſ.5. not. 2. p.39. & part.2. ſupplem. tit.2. §.6. p.47.*

4. Acta notorium inducunt, *l. fin. C. de re judic.* & ſunt inſtrumenta ad probandum efficaciſſima, *d. l. fin. Carpz. proc. tit. 14. art.5. n.33. ſeq.*

5. Acta privata, ſive manualia, ante litem conteſtatam nihil efficiunt: poſt litem conteſtatam autem eorum ratio tantiſper habetur, ut eadem modo ſuppletorio, modo purgatorio jurijurando cauſam dare poſſint, *Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 1. not.6. p.363.* confer. *Carpz. proc. tit.18. art.5. n.97. ſeq.*

6. Quod in actis non reperitur, non dicitur, nec præſumitur factum, *Vantius de nullit. ſub rubr. de nullitate ex defectu mandati. n. 62.*

7. Cauſa cadit litigans, qui acta judicialia corrumpit, vel falſificat, *l.45. §.7. de jur. fiſc. Blum. pract. tit.51. n.30. Berger. œcon. jur. lib.4. tit. 6. not. 12. p.952.* aut ad minimum extraordinarie punitur, *Gail. lib.1. obſ. 194. in fin.*

8. In

8. In arbitrio *(a)* judicis est, ad quodnam collegium JCtorum acta transmittere velit, *Rivin. ad O. P. S. tit.34. en.2 p 1167.* add. *Carpz. proc. tit.16. art.1. n.36.* præprimis si litigantes intuitu collegii, a quo sententia peti debeat, inter se dissentiant, nec appellatio, quæ id impediat, interposita sit, *Wernher. sel. obs. for. p 4. obs. 233.*

9. Permissum tamen est litigantibus, contra unum vel alterum collegium juridicum protestari, causamque protestationis suæ proferre: qua in re judici incumbit, petito partium deferre, *Carpz. c. l. n.37* add. *Rivin. c. l.*

10. In Electoratu Saxonico acta ad peregrina collegia transmittere prohibitum *(b)* etiamsi partes ea de re inter se conveniant, *Berger. E. D. F. tit.34. obs.1. not.2. p.882.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit.34. en.2. p. 1168*

11. Imo quædam judicia ratione petendæ sententiæ ad certum JCtorum collegium ita sunt adstricta, ut, sine speciali superioris rescripto, ad aliud acta transmittere nequeant. Ita judicium Mercat. Lips. præcise ex Scabinatu Lipsiensi rogare sententias debet, *Rivin. c. l. en.3.*

12. Acta remissa ante diem, quo publicanda *(c)* est sententia, non sunt resignanda, *Brunnem. jur. eccles.*

(a) Nisi litigantes in certum collegium compromittant, *Ord. Proc. Elect. Sax. Recogn. ad tit.* 34. §. 2. ubi quoque prohibitum est judici, ne in leuterationibus acta ad idem collegium, ex quo prior petita est sententia, iterum transmittat.

(b) Confer. *Ord. Proc. Elect. Sax. Recogn. c. l.*

(c) Id quod convenit *O. P. S. R.* ubi *c. l.* §. 5. expresse dispositum, quod demum in termino publicationis, & qui-

tles. lib.3. c.9. §. 4. proc. civ. c. 27. n. 11. quod ad caussas civiles restringit *Berger. E. D. F. tit. 34. obs. 6. p. 892.* quamvis, si hoc fiat, nulla committatur nullitas, *Carpz. dec. 243.* Quin & necesse plerumque esse, ut a judice privatim ante publicationem resignentur, & tenor sententiæ inspiciatur, ait *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 33. lit. b. p. 108.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 34. obs. 6. not. 1. p. 892.*

13. Sicut & laudatum *Brunnemannum*, qui *in proc. inquis. c. 8. membr 7. n. 11.* contendit, quod acta criminalia, e collegiis reversa, ante resignari non debeant, quam inquisitus sigilla recognoverit, notat *id. Barth. c. l.* confer. *Berger. c. l.* ubi quoque refert, quod ad caussas criminales, id usu fori Saxonici receptum esse, ut sententiæ a præfectis, von denen Amt-Leuten, e Collegiis juridicis repetitæ, compactæ, consignatæque, uneröffnet, ad Cancellariam transmittantur, ex qua deinceps ad præfectos ad exequendum remitti soleant, cum e contrario nobiles, pariter ac civitates eo circuitu opus non habeant, sed sententias, undecunque repetitas, pro lubitu resignare possint.

ACTIO.

1. Actionem ad rem qui habet, ipsam rem habere videtur, *l. 15. de R. J.* add. *l. 49. de V. S. l. 5. & ult. C. de hered. vel act. vend. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 183. n. 30.* quamvis actionem habere, inspecta rei veritate, minus est, quam rem possidere, *l. 204. de R. J. Philipp. ad dec. 28. obs. 3. n. 6.*

2. Add. loc. *exceptio rei judicatæ th. 1.*

ACTIO

quidem in præsentia partis comparentis, excepta caussa concursus creditorum, sententia sit resignanda.

ACTIO AD EXHIBENDVM.

1. Hanc actionem qui intendit, interesse suum summariter probare debet, *l.3. §. 9. l. 13. ad exhib.* Necesse autem est, ut utroque tempore intersit, & quo litis sit contestatio & quo condemnatio, *l. 7. §. ult. eod. Struv. ex. 15. th. 32.* Si vero interesse probare non possit, justam tamen causam prætendat, defertur juramentum calumniæ, *Brunnem. ad l.3. h. t. n. 13.*

2. Exhibetur saltem res mobilis, *l. 2. ad exhib. l.6. C. eod. Struv. c. l. th.34.* nisi res immobilis actori fuerit incognita, *Habn. ad Wesenbec. h. t. n. 5. Eckolt. h.t. §.5.*

3. Exhibenda autem est res sumtibus & periculo petentis, *l.11. §. 1. h. t.*

4. Actio ad exhibendum competit non solum contra possidentem, *l.3. §. ult. l. 4. h. t.* & sufficit, quod tempore rei judicatæ possideat, *l.7. §.5. h.t.* Sed quoque contra eum, qui dolo malo desiit possidere, *l. 9. pr. & §.1. 2. 3. l. 14. h. t. l. 5. C. eod.* imo & ex dolo defuncti contra heredem, si locupletior hereditas eo nomine facta sit, veluti, quod pretium rei consecutus sit, *l. 12. §. ult. h. t. Struv. ex. 15. th. 33.*

5. Si quis rem possit exhibere, sed per contumaciam nolit, vel dolo fecerit, quo minus queat exhibere, juratur contra eum in litem, *§. 3. J. de offic. jud. l.3. §. 2. l.5. §. 2. h t. l. 5. C. eod. l. 5. de in lit. jur.* Quodsi dolo aut culpa possessoris deterior facta res exhibetur, hac actione quidem absolvitur, tenetur tamen ex lege Aquilia de isto damno, *l. 17. h. t. Struv. c. l. th. 35.*

6. Actio ad exhibendum cessat, re, post litem contestatam, apud reum casu pereunte, si sit bonæ

fidei possessor, *l. 7. §. 5. ad exhib. l. 40. pr. de petit. hered. Struv. c. l. th. 36. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 214. n. 119.* secus se res habet, si sit malæ fidei possessor, *l. 12. §. 4. h. t. Wernher. c. l. n. 127.* modo res apud actorem non periisset eodem modo, *Brunnem. ad d. l. n. 4.*

5. In praxi exhibitio petitur imploratione officii judicis, & judex, sine causæ cognitione, mandata compulsorialia decernit, *Struv. c. l. th. 38.*

ACTIO ÆSTIMATORIA seu QVANTI MINORIS.

1. Concurrit hæc actio cum redhibitoria elective, actorisque arbitrio relinquitur, utra earum agere velit, ceu contra *Huberum* notat *Barth. in hodeg. for. c. 1. § 81. lit. b. p. 372.*

2. Non autem datur amplius electio, si, una actione electa, absolutus sit reus, quem deinceps exceptio rei judicatæ tuetur, *l. 25. §. 1. de except. rei jud. Barth. c. l. p. 373.*

3. In formatione libelli actionis æstimatoriæ vel redhibitoriæ vitium rei emtæ specifice exprimendum est, ut judex inde cognoscere possit, fundata & competens sit actio, nec ne, *Barth. c. l.*

4. Confirmatio judicialis contractus emtionis-venditionis nec æstimatoriam, nec redhibitoriam excludit actionem: ast in emtionibus sub hasta contractis, ob autoritatem judicii publicam, neutri harum actionum locus datur, per ea, quæ latius deduxit *Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 9. not. 2. p. 1162. Barth. c. l. p. 374.*

5. Etiam in datione in solutum, quæ emtioni proxima est, locum habet hæc actio, id quod præjudicio confirmat *Barth. c. l.*

ACTIO

ACTIO COMMUNI DIVIDUNDO.

1. Huic actioni, ex eo demum tempore, quo alter sociorum rem, non amplius tanquam communem, sed veluti sibi propriam possidere cœpit, præscribitur, *l. 1. §. 1. C. de ann. except. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 423. & p. 10. obs. 489.*

2. Actio communi dividundo, etiam in foro rei sitæ recte institui potest, quia est actio mixta, & certo respectu realis, non solum enim ex quasi contractu, sed quoque ex dominio oritur, *l. 4. pr. comm. divid.* in foro rei sitæ vero etiam actioni mixtæ locus datur, *l. 38. in fin. de judic. l. ult. ubi in rem act. l. un. C. ubi de hered. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 183.*

ACTIO CONFESSORIA.

1. Qui experitur actione confessoria, simul rem, cui inhæret servitus, petere non potest, nam illius natura hæc est, ut eadem competat domino servitutis contra dominum rei, cui inhæret servitus, ad consequendum servitutis exercitium liberum atque non impeditum, *Berger. dec. 74.*

2. Cum interdicto vero retinendæ possessionis in eodem libello recte cumulatur hæc actio, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 234.*

ACTIO DE SERVO CORRUPTO.

1. Actio de servo corrupto in duplum adhuc hodie a quovis, cujus interest, aliquem corruptum, seductumve ab altero non fuisse, utiliter in judicium deduci potest, *Stryck. us. mod. tit. de serv. corrupt. §. 1. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 280. Berger. de us. action. pœn. th. 31.* ubi præjudicium.

ACTIO DE STUPRO.

1. In hac actione tempus concubitus necessario exprimendum est, delatum desuper fuerit jusjurandum

randum nec ne, *Eccard. ex. act. for. part. 3. p. 254.* Sufficit autem expressio anni & mensis: nam specialis temporis mentio sub pœna actionis amittendæ non requiritur, *Eccard. c. l. p. 255.* Nec requiritur tempus impregnationis exprimi, sed sufficit mentio copulæ carnalis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 11.*

ACTIO DOLI.

1. Actio doli, quæ prætoria est, datur dolo malo læsis, adversus ita lædentes, ad id, quod interest, se læsos non esse, aut damni illati restitutionem, *l. 13. pr. l. 17. pr. l. 18. pr. & §. 1. de dol. mal. Hopp. ad §. 31. J. de act.*

2. Hæc actio non datur contra illos, quibus singularis reverentia debetur, quia est famosa, *l. 1. §. 4. de dol. mal. l. 7. §. 1. de restit. in integr. Hopp. l. c. Struv. ex. 8. th. 38.* sed loco illius introducta est actio in factum, *Struv. c. l. Hopp. c. l.*

3. Excluditur hæc actio, si aliud detur remedium juris, *l. 1. §. 4. de dol. mal. Hopp. c. l.* etiamsi illud tempore, vel actoris culpa, jam finitum sit, *d. l. 1. §. 6. & 7.* aut contra tertium competat, *d. l. 1. fin.* Multo magis excluditur, si remedium juris certum adsit, v. gr. interdictum, restitutio in integrum, *d. l. 1. §. 6.* vel exceptio, *d. l. 1. §. 1.* vid. *Lauterb. compend. jur. tit. de dol. mal.* etiam doli, *Bachov. ad Treutler. vol. 1. disp. 11. th. 6. lit. d.* nisi dubitetur, an aliud competat, *l. 7. §. 3. de dol. mal.* vel actio concurrens æque sit famosa, aut criminalis, vel concurrat cum condictione certi generali, *l. 16. §. 2. de in integr. restit. Lauterb. c. l. Hopp. c. l.*

4. Si plures sint decipientes, singuli in solidum tenentur, unius tamen præstatio liberat reliquos, *l. 17. pr. de dol. mal.*

5. Actio doli biennio præscribitur, *l. fin. C. de dol. mal. Hopp. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 370. n. 5. p. 683. & p. 10. obs. 287. n. 1. Carpz. p. 2. c. 3. d. 4.* Postea tamen datur actio in factum, quæ perpetua est, *l. 28. seq. de dol. mal.* vid. *Hopp. c. l. Horn. cl. 14. sent. 10.*

ACTIO EX LEG. DIFFAMARI.

Vid. loc. *provocatio ex l. diffamari.*

ACTIO EX LEG SI CONTENDAT.

Vid. loc. *provocatio ex l. si. contendat.*

ACTIO HYPOTHECARIA.

1. Petitum alternativum, in actione hypothecaria, contra tertium possessorem, usu fori, pro inepto habetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 236. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 18. p. 65. Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 33.* quamvis illud, eo intuitu, quod reus debiti solutione se liberare (*a*) valeat, defendat *Carpz. p. 1. c. 2. d. 9. n. 1.* atque adeo excusari, non male quis existimet, *Wernher. c. l.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 5. obs. 9. not. 1. p. 167. & in supplem. ad eund. loc. p. 1777.*

2. Sustinetur tamen ejusdem libellus alternativus, non solum, si emtor in contractus instrumento personalem venditoris obligationem in se receperit, *Wernher. c. l. Rivin. c. l. en. 34.* sed quoque, si modo libello adjecta sit clausula salutaris, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 345.*

3. Actionem hypothecariam, cum personali cumulatam, contra debitorem ex obligationis instrumento executive intentari posse, statuit *Mylius* in

(*a*) Hinc expresse cautum est in *Ord. Proc. Sax. Elect. Recogn. ad tit. 5. §. 2.* ne libellus alternativus, in actione hypothecaria contra tertium, ut ineptus rejiciatur.

in diss. de act. quasi Serv. posit. 7. Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. in addit. tit. 25. §. 1. p. 1966. Secundum quam sententiam respondit Fac. Jur. Lips. in *Eccard. exam. act. for. part. 2. p. 87.* Sed ipse *Bergerus ibidem* consulit, ut, quia alii fortasse aliud sentiant, actor in libello actionis personalis petitione secundum indolem actionis hypothecariæ abstineat, maxime cum deinceps, ut executio in eam hypothecam fiat, & petere & impetrare possit.

4. Imo actionem hypothecariam etiam contra tertium rei hypothecatæ possessorem processu executivo ex instrumento guarentigiato peragi posse, propugnant *Menoch. de adipisc. poss. remed. 5. n. 143. & 144. Mev. p. 8. dec. 191.* add. *Mylius c. l.* Sed eandem contra tertium possessorem processu, non executivo, sed ordinario, tractandum esse, docent *Coler. de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 454. seq. Carpz. dec. 25. n. 11. seq.*

5. Illud autem certum est, quod in foro Saxonico actio hypothecaria non modo contra debitorem, sed quoque contra tertium possessorem summariter institui potest, processu scil. summario, in specie ex §. 8. Resolut. grav. de an. 1661. tit. von Justitien-Sachen. *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. in addit. tit. 25. §. 1. p. 1966. seq. & El. Proc. Exec. §. 5. Barth. hodeg. for. c. 2. §. 4. p. 452. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 335. n. 9.* dummodo omnia facta libellata ex instrumentis in continenti verificari possint, *Berger. dec. 133. Rivin. d. en. 34.*

6. Quocirca non obliviscendum est documentum, ex quo demonstratur possessio ex parte rei: alias libellus, ut ineptus, rejicitur, *Berger. part. 2. Suplem. ad. E. D. F. tit. 5. §. 1. p. 93.* Nam quando in actio-

ne hypothecaria possessio ex parte rei non in continenti per documentum probari potest, ordinario processu utendum, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 255.* Probatio autem fieri potest per testimonium, ex catastro desumtum, de publicis oneribus hactenus a reo solutis, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 335. n. 9.*

7. Qui actione hypothecaria experitur, probare quoque debet, rem sibi oppignoratam, tempore constitutæ hypothecæ, in bonis debitoris fuisse, *l. 15. §. 1. l. 23. de probat.* Ast non præcise probandum est dominium verum: sed sufficit, si præsumtum, seu quasi dominium probetur, hoc est, quod debitor eo tempore, quo rem hypothecæ supposuit, eandem justo titulo possederit, *Wernher. sel. obs. for. pag. 2. obs. 484.*

8. Actio hypothecaria non contra omnes debitoris heredes, sed illos tantum, qui fundum hypothecæ subjectum possident, competit, *Horn. cl. 5. R. 23.* Ideoque etiam ab uno hærede, hypothecam possidente, non obstante inter cohæredes pacto, ex quo unus vel alter exsolutionem debitorum in se recepit, totum peti potest debitum, *Horn. cl. 5. R. 26.* Actio enim hypothecaria excludit exceptionem divisionis & plurium heredum, *l. 2. C. de heredit. act. Mev. p. 7. dec. 207. & p. 5. dec. dec. 68. n. 1. 2. 3. Brunnem. cent. 1. dec. 44. Rivin. specim. except. c. 10. §. 8. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 13. not. 5. p. 538.* In quo differt ab actione pignoratitia, quæ est personalis, *Berger. E. D. F. tit. 5. obs. 9. not. 1. p. 169.*

9. Actio hypothecaria ex legato contra unum vel alterum heredem in solidum institui non potest, sed tantum pro rata hereditatis, *l. 1. in fin. C. commun. de legat. Horn. cl. 5. sent. 17. Berger. œcon. jur. lib. 2.*

tit.

tit. 4. th. 29. not. 3. p. 413. si pluribus vel generaliter illius præstatio a testatore injuncta est; datur vero in solidum adversus tertium rerum hereditariarum possessorem, *Horn. cl. 5. sent. 17. Berger c. l.* Quo tamen in casu exceptioni excussionis relinquitur locus, *Brunnem. ad l. c. C. commun. de legat. n. 11. Horn. c. l. & cl. 7. R. 30.* Immo tum etiam adversus unum ex heredibus in solidum actioni hypothecariæ locus est, cum hypotheca expressa, legati nomine, constituitur a testatore, *l. 26. pr. de pignor. act. Berger. c. l.*

10. Actio hypothecaria coram Cancellaria Electorali Saxonica institui potest, cum res hypothecis subjectæ, partim in Saxonia Electorali, partim sub jurisdictione Episcopatuum Saxonicorum, sunt sitæ, *Berger. dec. 130.*

ACTIO NEGATORIA.

1. Qui actione negatoria experitur, non statim confitetur, reum esse in possessione vel quasi servitutis, *Horn. cl. 12. sent. 88. p. 912. b. Berger. dec. 57.* Multi enim sunt casus, quibus actio negatoria contra non possidentem datur, *Oldendorp. cl. 3. act. 5. quæst. 4.* confer. *Berger. lib. 2. R. 187. p. 333.*

2. Ut in actione negatoria dominii mentio fiat præcise non requiritur: sed sufficit actorem dicere, fundum esse suum; quem in modum respondit Fac. jurid. Witteb. apud *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 454.* Ad evitandas vero controversias, consultius est, dominium exprimere, *Horn. cl. 6. R. 6.* imo illius mentione non facta Fac. Jurid. Lips. respondisse, daß die Klage, immassen sie anbracht, nicht statt habe, testatur *Wernher. c. l.*

3. Si a reo negatur dominium, actor illud demonstrare debet, *Swendend. summar. act. for. exposit.*

cap. 2. membr. 2. Sect. 1. art. 2. §. 18. Dominium vero ex eo ſolo, quod quis poſſidet, præſumitur; quocirca ſimplex poſſeſſionis demonſtratio ſufficit: nam hic ſaltem incidenter de dominio agitur, ubi accurata illius probatione opus haud eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 22*. Sola tamen poſſeſſio vel quaſi alicujus juris non ſufficit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 33.*

4. Quando reus in actione negatoria confitetur, fundum, in quo jus aliquod prætendit, ab actore ſub lege retrovenditionis poſſideri, ulterior demonſtratio dominii neceſſaria haud eſt, *Wernher. d. p. 9. obſ. 34.*

5. Dominio ab actore haud demonſtrato, reus abſolvitur, quamvis ſervitutem ſibi competentem haud probaverit. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 419.*

6. Dominio autem probato, pro cautela commendat *Berger. part. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 5. p. 250. & part. 2. Supplem. in addit. ad tit. 20. §. 2. th. 43. p. 1951.* actori, ut, reo licet abſoluto, tamen curet, ut ſimul ſuper demonſtratione dominii a reo negati pronuncietur, cum ejus utilitas in eo conſiſtat, ne deinceps a reo nova dominii controverſia actori excitari queat; imo ut ille adverſus tertium, qui ex eodem dominii genere deinceps contendit, ſecurus ſit. Sed hujusmodi ſententiam declaratoriam neque intuitu tertii, neque intuitu ejusdem rei quicquam in actoris favorem operari, contendit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 7. n. 57. ſeq.*

7. Cum libertatis naturalis præſumtio pro actore militat, onus probandi ſervitutem devolvitur in reum, *Swendend. ſummar. act. for. expoſit. cap. 2. membr. 2. ſect. 1. de act. negat. §. 5. Wernher. ſel. obſ. for.*

p. 4.

p. 4. obs. 184. Berger. dec. 76. modo actor in possessione vel quasi naturalis libertatis fundamentum agendi imprudenter non collocet: Hoc enim si faciat, illius demonstrandæ necessitatem ipse sibi accersit, eaque non probata, reus absolvitur *Wernher. c. l. & p. 1. obs. 274.*

8. Imo ejusmodi libellum, in quo actor utrumque fundamentum agendi, & dominium, & possessionem vel quasi naturalis libertatis conjunxerat, tanquam incongrue formatum, rejectum esse, refert *Wernher. l. c.*

9. Nec minus negotium probandi sibi ipse imponit actor, si quasdam circumstantias libello inserat *Swendend. c. l.* & vitia possessionis, vel quasi specifica, v. c. dolum, clandestinitatem, precarium, recenseat, *Carpz. proc. tit. 13. art. 1. n. 30. Berger. dec. 76.*

10. Generalis vero qualitas non mutat statum probationis, ut, si dixerit: Es habe Bekl. neuerlicher Weise, oder minder denn mit Recht, zur Ungebühr sich der Servitut angemasset; oder Bekl. sey dieses zu thun, nicht befugt, *Berger. dec. 76. & dec. 334. Horn. cl. 6. R. 6.* quamvis ultimum loquendi genus: Bekl. sey dieses zu thun nicht befugt, ab actore in libello usurpatum commovisse videatur Summ. Senat. Appell. ut actori probationem injunxerit, referente *Bergero dec. 334.*

11. Vulgo quidem asseritur, actori incumbere probationem, cum reus est in possessione vel quasi Servitutis, *arg. l. 8. §. 3. Si Serv. vind. l. 14. de probat.* Verum usu fori contrarium obtinere, & nihilominus onus probandi reo incumbere, quamvis in quasi possessione Servitutis sit constitutus, referunt *Berger.*

c. l. Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 339. p. 3. obs. 168. & p. 4. obs. 3. n. 133. seq.

12. Actio negatoria utilis datur & illi, qui non est dominus, jus vero reale habet, in qua prætenditur servitus, *Swendend. summar. act. for. exposit. cap. 2. membr. 2. Sect. 1. de act. negat. §. 3.*

ACTIO PERSONALIS.

1. Actio personalis de sui natura non transit in particulares successores, *l. 59. de evict. Brunnem. ad l. 22. §. 1. de evict. & ad l. 59. eod. Mev. p. 5. dec. 50.*

ACTIO PVBLICIANA.

1. In actione publiciana non sufficit titulus pro herede, sed insuper titulus defuncti specialis ab actore probari debet, *Wernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 399. & Supplem. ad d. p. 2. obs. 399.*

2. Emtor, cui res immobilis in Saxonia, non secuta resignatione judiciali, vendita est, plenum quidem rei venditæ dominium consecutus non est, habetur tamen, propter bonam fidem, justum titulum, animumque sibi habendi, pro tali possessore, qui dominium Prætorium consecutus est, adeo, ut actione publiciana, jure Saxonum non sublata, experiri possit. *Horn. cl. 5. R. 13. p. 286. a.* add. *Stryck. us. mod. tit. de public. in rem act. §. 3.* dissentit *Wernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 25.*

ACTIO REALIS.

1. Qui actione reali conventus, si neget, se rem possidere, convictus deinceps mendacii, possessionem in adversarium transferre tenetur, quamvis dominium haud probaverit, *l. ult. de R. V.* modo convictus sit, se possidere, & in negando tamdiu persistat, donec probatio possessionis ex parte actoris perficiatur, *Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 150.* re enim adhuc

adhuc integra, inficiationis revocatio fieri potest, *Hillig. ad Donell. lib.20. c.3. lit.b. Brunn. ad d. l. ult. n.4.*

2. Hæc pœna inficiationis *(a)* adhuc hodie obtinet, cum lege contraria vel consuetudine abrogata non legatur, *Stryck. us. mod. tit. de R.V.* §. 6. *Wernher. c.l.* quod vero nec Scabinis Lipsiensibus, nec Supremo Appellationum judicio probatur, teste ipso *VVernhero c.l.*

ACTIO REDHIBITORIA.

Vid. loc. *actio æstimatoria.*

ACTOR. ACTORIUM.

1. In actoriis, a solis tutoribus vel curatoribus datis, clausula heredum necessaria haud est, *VVernher. sel. obs. for. p.1. obs. 245. & p.6. obs. 402.* Aliud *(b)* vero dicendum, si actorio simul principalis, v. g. minor, aut in Saxonia mulier majorennis subscribat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 27. VVernher. c.l.*

2. Ut vero mulier aut minor actorio subscribat, *(c)* ex observantia fori Saxonici de necessitate haud esse, excepto eo casu: si mulier, nomine libero-

(*a*) Quæ expressis verbis confirmata est in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 16. §. 3.

(*b*) Ast clausula heredum, Erben und Erbnehmen, hodie minus necessaria est in foro Electorali Saxonico, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 7. §. 1.

(*c*) Quoad actus speciale mandatum haud requirentes sufficit actorium a solo curatore mulieris subscriptum: quoad actus vero speciali mandato indigentes, ut accedat subscriptio mulieris, necesse est: illos enim actor a solo curatore constitutus expedire nequit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 8. §. 1. Curator autem minoris solus actorem constituere potest, nec requiritur subscriptio minoris, adeo ut ejusmodi actor actus specialis mandati peragere valeat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 9. §. 3.

berorum suorum, tanquam tutrix in judicio experiatur, tradit *Carpz. proc. tit. 5. art. 5. n. 45. seq.*

3. Actor a curatore majorennis fœminæ solo con- vel substitutus, non nisi cum curanda in judicio comparere, nec actus maxime præjudiciales peragere solus potest, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. b. p. 88.*

4. Hinc actor a solo curatore constitutus non potest principalem ad jurandum offerre, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 69.* documenta recognoscere, aut alium passum speciale mandatum requirentem tractare; nec valet ratihabitio a curanda sine præsentia curatoris in termino facta, *Rivin. tit. 8. en. 29.*

5. Actor, mortua principali persona, litem continuare nequit, *(a)* cum officium constituentis, tutoris scil. vel curatoris, extinctum sit, *VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 245.* Actorium vero seu mandatum, a fœmina cum curatore subscriptum, morte (*b*) curatoris ita non exspirare, ut, absque novi curatoris actorio, ulterius actor vel mandatarius non sit admittendus, (*c*) novioribus præjudiciis comprobat *Berger. E. D. F. tit. 9. obs. 2. not. 3. p. 318. & in Supplem. p. 1782.* contra *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 28.* ubi oblatam ab hujusmodi actore probationem a Scabinis Lipsiensibus pro deserta habitam esse, testatur.

ACTORVM RESIGNATIO.

Vid. loc. *Acta. th. 12. 13.*

ACTO-

(*a*) Vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 9. §. 3.*

(*b*) vel renunciatione curatelæ, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 8. §. 3.*

(*c*) Id quod comprobatum est *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

ACTORUM TRANSMISSIO.

Vid. loc. *Acta. th. 8. 9. 10. 11.*

ACTUARIUS.

1. Actuarius judicio ei, cui adhibetur, peculiari juramento obstrictus esse debet, *O. P. S. tit 2. §. 2. Dec. Elect. Sax. nov. 38. ibique Philipp. obs. 2. n. 5. Felin. in c. 11. X. de probat.* etiamsi sit notarius cæsareus publicus, jure scil. Saxonico, *VVernb. sel. obs. for. p. 5. obs. 168.* jure enim communi, hoc casu, ut quoque ad acta juret, necessitatis haud est, *c. 11. X. de probat. VVernb. sel. obs. for. p. 1. obs. 113. n. 2.*

2. Actuarius in præsentia subditorum, iis conspicientibus, & audientibus, jurare debet, *Carpz. proc. tit. 2. art. 4. n. 66. Philipp. d. obs. 2. n. 10.* add. *O. P. S. c. l.* Idemque ad præfecturam & civitatum judicia proferendum esse, ita tamen, ut in his sufficiat præsentia subditorum repræsentativa, scil. per tribunos plebis, durch die Viertels-Meister, tradit *Berger. in E. D. F. tit. 2. obs 5. ibique not. 1. p. 39.*

3. At hoc in civitatibus non observari, testatur *Horn. cl. 12. sent. 47. p. 849. b.* Imo ne quidem in Saxonia, ut actuarius judicii paganici, in præsentia subditorum, juraverit, necesse esse, (*a*) nisi ad eum effectum, ut dominus jurisdictionalis subditos, coram

(*a*) Indistincte actuarium judicii nobilis, vulgo Gerichts-Verwalter, in præsentia subditorum juramento constringendum esse, dispositum est in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 3.* Omnes quidem ad hunc actum sunt convocandi: quod si vero aliqui saltem compareant, sufficit in eorum præsentia juramentum præstitum esse, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* Quo facto ille omnia, nisi quæ dominus jurisdictionalis sibi reservavit, absque eo valide peragere potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

ram proprio judicio, convenire queat, sustinet *Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.229. & p.6. obs.304.* contra *Carpzovium & Bergerum c. l. & in œcon. jur. lib. 2. tit.4. th.2. not.8. p.341. & lib.4. tit.6. th. un. not.5. p.950.*

4. In loco vero judicii, præsentibus, quæ illud constituunt, personis judicialibus, ad acta jurare debet actuarius: illa enim actuarii constitutio, quæ privatim coram notario & testibus facta, invalida est, *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.203.*

5. Eo casu, quo vel ordinarius actuarius litigat cum subditis, vel morbo, itinere, aliave de causa acta conscribere, vulgo registrare, impeditur: sufficit, si alius interim actuarius, in præsentia adversæ partis, ad hunc actum juret, *Berger. E. D. F. tit.2. obs.5. not.5. p.39.*

6. Ut eo certiores sint subditi de judicii integritate, si in judicio feudali causa inter nobilem dominum ac vasallum subditum agitetur, non satis esse, actuarium antea in genere ad causas judiciales jusjurandum præstitisse, sed speciali juramento, *(a)* quod judicio feudali accommodatum sit, opus esse, tradit *Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.229.*

7. Ut actuarius simul sit notarius cæsareus publicus, *(b)* in causis *civilibus* necessitatis haud est: utique vero in *criminalibus*; aut, si actuarius talis non sit, notarius publicus ei insuper jungendus; vel etiam notarius requisitus, juramento ad hoc negotium

(*a*) Plane satis esse videtur, actuarium in genere ad causas judiciales jusjurandum præstitisse, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*b*) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* §. 7. ubi etiam, quod necessitatis haud sit, ut judex militaris, vulgo Auditeur, sit notarius.

-tium dirigendum & registrandum, judicio devinciendus est, *Dec. Elect. Sax. nov 38. ibique Philipp. obs. 2. n. 44. seq.* Quamvis ad actuarium, ut simul sit notarius, in genere requirunt *Berlich. p. 1. concl. 8. n. 16. seq. Carpz. in proc. tit. 2. art. 4. n. 52. seq. & dec. 201. n. 15.*

8. Actuarius ad personas judiciales referri non potest, *l. 15. C. de decur. Carpz. p. 3. c. 3. d. 18. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 191.*

9. Itaque Actuarius, tanquam persona saltem ministerialis, dilationes concedere non potest, *arg. l. 4. C. de dilat. Horn. cl. 12. R 86.*

10. Actuarius registraturas conficere debet 1) in continenti, *(a)* alsbald, bey der gerichtl. Handlung, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 6. th. un. not. 9. p. 951.* 2) jussu judicis, eoque vel speciali vel generali duntaxat, *Berger. c. l.* 3) in consessu judicii, præsente judice, *(b)* vel præsentibus ad minimum duobus assessoribus, *Philipp. d. obs. 2. n. 21. Berger. c. l.* 4) accurate, perspicue, & integre, sine rasura *(c)* atque abbreviatura, 5) accedente prælectione, *(d)* in præsentia partium, 6) annotando nomina assessorum, qui actui interfuerunt, denique 7) nomen suum, adjecta muneris con-

(*a*) cum annotatione temporis & loci, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 6.*

(*b*) Ast denunciationes, actiones, relationes nunciorum, indicationes & positiones partium, productiones documentorum & alia ejusmodi processualia ab actuariis, etiam absentibus judice & scabinis, peragi atque registrari possunt, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*c*) maxime in essentialibus, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*d*) & cum annotatione, quod id factum sit. Nec minus, si in prælectione adhuc quid moneatur, desuper separata conficienda est registratura, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

conditione, geschworner Gerichts-Actuarius, subscribendo, *(a) Berger. c. l. & E. D. F. tit. 2. obs. 2. ibique not. 1. & 2. p. 32. seq.*

11. Absque vitio nullitatis & illegalitatis non est, si actuarius, non adhibitis personis judicialibus, inquisitum vel testes examinaverit, *Wernher. in Supplem. ad. p. 1. obs. 1.*

12. Nec registraturæ, ab actuariis sine scabinorum præsentia confectæ, in foro Saxonico, plenam fidem merentur, sive causa civilis, *(b)* sive criminalis fuerit, quæ tamen propterea non plane nullæ sunt, sed pro diversitate casuum, nunc suppletorio, nunc purgatorio juramento locum dare possunt, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 1.*

13. Quodsi, interjecto insigni spatio, actuarius attestari velit, quid, ipso præsente, in judicio actum, non magis probat, quam alius testis; adeoque assertionem suam jurejurando confirmare debet, & ne tunc quidem majorem, quam semiplenam, probationem

(*a*) Imo actuarius, qui simul est notarius, iis casibus, ubi requiritur, ut actuarius simul sit notarius, se quoque, ut notarium, sub pœna 5. th. subscribere debet *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* §. 7. Nec minus registraturæ, pro qualitate causæ, aut a partibus, aut, si scribere non possint, vel subscribere nolint, a personis præsentibus judicialibus subsignandæ sunt, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* §. 6. quamvis ex solo defectu subscriptionis scabinorum aut partium, si modo reliqua adsint requisita, non sint nullæ, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*b*) Plane in causis civilibus præsentia scabinorum non requiritur, si registratura a partibus subscribatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 2. §. 6. imo quibusdam in negotiis præsentia judicis & scabinorum omnino non est opus, vid. *supra ad* §. 10. *lit. b.*

tionem efficit, *Wernher. sel. obs. for. p.8. obs.428.* confer. vero *Rivin. ad O. P. S. tit.22. en.29.*

14. Actuario abstinendum a rasura, atque adeo potius error, a se commissus, per peculiarem registraturam, exprimendus, & copia quidem partibus data, judice consentiente, *Berger. E. D. F. tit. 2. obs.2. not.6. p.34.*

15. Factum & negligentia actuarii partibus præjudicare non potest, *Berger. E. D. F. tit.35. obs.5. not.1. p.962. Rivin. ad O. P. S. tit.21. en.19.*

16. Jure Electorali Saxonico, actuarii negligentes, pro unoquoque actu illegali, 5. florenos pœnæ loco, in quibusdam casibus, solvere debent, *Resol. grav. de an.1661. tit.* von *Justitien*-Sachen §.32. *Berger. c. l. tit.2. obs.2. not.7. p.34.*

17. Contra actuarium, dolose agentem, datur actio in factum ad interesse, quæ de Syndicatu vulgo dicitur, *Horn. cl.12. R.86.*

18. Actuarius ab officio non est suspendendus ob quodlibet delictum, *Rivin. ad O. P. S. tit.2. en.1.* nec ob crimen falsi imputatum, sed ad acta consignanda admitti poterit, donec convictus fuerit, *Rivin. c. l. en.2.* quippe quæ pro validis habentur, donec ab officio susp ndatur, *Rivin. c. l. en.3.*

19. Vid loc. *consul. th.2.* loc. *judex th.1. 2.*

ACTVS CONTENTIOSÆ JVRISDICTIONIS.

Vid. loc. *jurisdictio.*

ACTVS MERÆ FACVLTATIS.

1. Actus, qui vocantur meræ facultatis, nulli præscriptioni sunt obnoxii, *l.2. de via publ. & itin. publ. refic. Struv. ex.43. th. 22.* nisi accesserit prohi-

bitio

bitio ex una, & patientia ex altera parte, *l.18. §.ult. quemadm. Servit. amitt. Struv. c.l. Berger. dec.14. n.13.*

ACTVS VOLVNTARIÆ JVRISDICTIONIS. Vid. loc. *jurisdictio.*

ADDICTIO IN DIEM.

1. Addictioni in diem communiter dies adjicitur: valet tamen & sine die, *l.41. pr. d.R.V. Lauterbach. compend. jur. h. t.* quo casu per 30. annos, meliore conditione allata adhuc recedi poterit, *arg. l.3. C. de præscript.30. vel 40. annor. Schœpff. synops. jur. h. tit. n.2.*

2. Si hoc pactum emtioni venditioni adjiciatur per conditionem *suspensivam*, omnia illa obtinent, quæ alias in venditione conditionali juris sunt, *Schœpffer. c. l. n.3.* si vero per conditionem *resolutivam*, venditio pura est, *l.2. pr. h. t.* quæ in dubio præsumitur, *Wissenb. vol. 1. disp.34. th.14. Schilter. ex.20. th.47.*

3. Hinc emptor, non obstante hac conditione, ad rem tradendam agere potest, *Hahn. ad Wesenbec. h. t. n.3.* per cujus traditionem dominium transit, *l.4. §.3. h. t.* atque emtor fructus & accessiones lucratur, & rei periculum sustinet *l.2. §.1. h.t. Struv. ex.23. th.31.*

4. Existente conditione omnia resolvuntur; dominium redit sine traditione, pignus alii interim constitutum exspirat, *l.4. §.3. h.t.* fructus sunt reddendi, *l.6. pr. h. t.* & res a quovis possessore vindicari potest, *l.4. C. de pact. inter emt.* modo verbis directis hoc pactum sit conceptum, *Stryck. de cautel. contract. sect.2. c.8. §.27.* Si enim in verbis saltem obliquis consistit, venditori solum actio persona-

sonalis competit, ut emtor conditione satisfaciat, *arg. l.3. C. eod. Schœpffer. h.t. n.7.*

5. E contrario primus emtor repetit pretium, cum usuris, *Brunnem. ad l.6. h.t. n.3.* & expensas in rem necessario factas, *l.16. h.t.*

6. Primus tamen emtor jus protimiseos habet, atque adeo posteriori emtori præfertur, si paratus idem pretium solvere, *l.7. & 8. h.t. Struv. ex.23. th.24.* fructus vero interim percepti & hoc casu restituendi, *l.6. §.1. h.t.* habendum enim, ac si nunc demum emtio venditio celebrata esset, *Schœpffer. c.l. n.8.*

7. Deficiente conditione emptor dominium & omnia commoda irrevocabiliter retinet, *Brüssel. de condit. lib.4. tit.5. n.13.* nec post effluxum tempus duplum offerens admittendus est, *Horn. cl.13. R.15. p.986. a.*

8. Addictioni simile est pactum, quod licere debeat emtori recedere, si res displicuerit, quo casu si per conventionem tempus non sit expressum, intra 60. dies dissensus declarandus, *l.31. §.22. de adil. edict. Schœpffer. h.t. n. ult.*

ADJUDICATIO.

1. Adjudicatio, elapso subhastationis termino, a debitore, per oblatam solutionem debiti, impediri non potest, *Berlich. p.1. dec.98. n.14. Carpz. p.1. c.32. d.44. n.7. Berger. dec.494. n.13. seq.* Re adhuc integra autem, debitor durantem subhastationem, oblata solutione, sistere valet, *l.8. C. de distract. pignor. Philipp. de subhast. c.3. tom.4. n.26. & 27. Martin. ad O.P. S. tit.39. n.75.*

2. Ob jus retentionis uxor debitoris adjudicationem impedire nequit, si sine contradictione

præcesserunt reliqui executionis actus, *Rivin. ad O. P. S. tit.43. en.24.* Nam per subhastationem & adjudicationem etiam jus retentionis, quod creditor ante habuit, expirat, *Philipp. de subhast. c.4. comm.18. n. 11.12. Berger. E. D. F. p.1200. Leyser. medit. ad ff. specim. 236. th.3.*

3. Ob præsumtam collusionem inter licitatorem primum & secundum adjudicatio huic facta impugnari potest, *Rivin. c. l. tit.39. en.53.*

4. De necessitate non est, ut citentur creditores, si bona subhastata licitatori sunt adjudicanda, *Rivin. d. tit.39. en.55.*

5. Adjudicatio rei subhastatæ judicialis plenissimum, etiam in foro Saxonico, tribuit dominium & una periculum in licitatorem transfert, vacua licet nondum existente possessione, *Carpz. p.1. c.32. d.46.* nec ad translationem dominii requiritur traditio & resignatio judicialis, *Berger. E. D. F. tit.39. obs.10. not.2. p.1195. seq. & p.2. Supplem. tit.39. §.12. p.671.679.698.* dissentit vero *Martin. ad O. P. S. tit.39. §.12. n.37. seq.* Unde tutius est, ut præter adjudicationem petatur & impetretur resignatio judicialis, (a) monente ipso *Bergero in E. D. F. c. l. p.1199.*

6. Non autem acquiritur dominium per adjudicationem, nisi soluto, depositove pretio (b) aut, con-

(a) Sed per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 39. §. 18. post factam adjudicationem, fundus licitatori, absque prævia resignatione debitoris, judicialiter traditur.

(b) Licitator, cui, finita subhastatione, res cessit, welcher das Guth erstanden hat, statim aut ad minimum ante terminum adjudicationis, quæ deinde intra spatium trium hebdomadum fieri debet, decimam liciti partem, quam amittit, si forsan licito suo renunciare, &

consentientibus imprimis creditoribus, saltem habita de pretio fide, *Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 10. not. 2. p. 1195.*

7. Licitator tamen compensatione uti potest, sive debitorem obligatum habeat proprio nomine, sive ex jure cesso; modo mutuum creditum prærogativa gaudeat, & sit liquidum, *Berlich. p. 1. concl. 81. n. 212. Philipp. de subhastat. c. 3. comm. 15. n. 25. Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 11. §. 19. p. 348. seq. Horn. cl. 13. R. 16. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 90. lit. c. p. 412. Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 48.*

8. Imo consensu creditoris privilegiati debitum cum hypotheca absque novatione a licitatore in prædio subhastato retineri potest, vid. *Barth. c. l. p. 414. seq.*

9. Licitator, ante traditionem rerum sub hasta ven-

& pœnitere velit, solvere, aut eo nomine idoneam cautionem, per fidejussores aut pignora, præstare tenetur, residuam pretii partem autem in termino adjudicationis vel terminis in licitatione determinatis exsolvit, *O. P. S. R. tit.* 39. §. 16. Ac si deinceps in termino adjudicationis, aut præstituto die reliquum non exsolvat, ipsi, ex abundanti, aliud spatium 3. hebdomadum conceditur, ita tamen, ut ad interesse & refusionem expensarum teneatur. At si ne tunc quidem solutionem reliqui unacum interesse præstet, jus suum & depositam decimam liciti partem amittit. Quæ pœna quoque, parata executione, executione, exigenda ab eo est, qui nihil deposuit, & cautionem non præstitit, aut, si bonis destituatur, carcere aut alia arbitraria pœna plectitur, quæ in concursu creditorum massæ concursus, in aliis autem casibus ergastulo Waldheimensi, dem allgemeinen Armen-Hause zu Waldheim, cedit, subhastatio autem de novo peragitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 17.*

venditarum mobilium, vel vacuam possessionem immobilium pretium solvere non tenetur, *l.2. §.1. l.3. de act. emt. l.9. §.1. de solut. Franzk. ad ff. tit. de act. emt. n.82. Barth. c.l. lit. d. p.410.*

10. Post adjudicationem immobilium exsoluto pretio, in possessionem eorum a judice, per actuarium vel apparitorem judicii, ad hoc ablegatum, inducitur emtor; & nisi debitor, *(a)* cum familia sua, sponte cedat, brevis aliquis, ad evacuandam possessionem, ei terminus præfigitur, &, hoc adveniente, morosus detentor, armata judiciali manu exmittitur, *Barth. c.l. lit. i. p.422.*

11. Per subhastationem & subsecutam adjudicationem omnes extinguuntur hypothecæ, *l.6. l.8. C. de remiss. pign. Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.268. n.3. & p.4. obs.105. n.1. nec non in Supplem. ad d. p.1. obs. 268. Rivin. ad O. P. S. tit.14. en.1. Leyser. meditat. ad ff. specim.236. th.1.* Sed hoc accipiendum esse de eo casu, quando illi, qui jus in re habent, expresse sint moniti, ut id intra certum tempus prosequantur, nec sileant, tradit *Mev. p.4. dec.281. n.3.4. Leyser. c.l.* ubi *th.2.* monet, quod in subhastatione olim facta, etsi de circumstantiis ejus certe non constet, omnia legitime gesta, & necessaria solennia observata præsumantur.

12. Non aliter autem hypothecæ extinguuntur, quam si integrum pretium ab emtore solutum fuerit, *Carpz. p.1. c.28. d.182. & 183. Berger. E. D. F. p.1208. Leyser. meditat. ad ff. specim.236. th.4. Wernher. sel. obs.*

(*a*) Simul ac ad subhastationem devenitur, ex fundo debitor exmittendus est, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 39. §. 4.

obſ. for. p.1. obſ.268. & p.4. obſ.105. & in Supplem. nov. ad d. p.1. obſ.268. Aſt ſi absque reſervatione hypothecæ adjudicatio ſit facta, exiſtente deinde, ſuper emtoris bonis, concurſu, judicem vel priorem debitorem, illiusque creditores, pro reſiduo pretii non ſoluti, gaudere nulla hypotheca, monet *Barth. bodeg. for. c.1. §.90. lit. k. p.425.* add. reſponſum apud *Rivin. c.l.* Sed quum contra emtorem ſub haſta, qui pretium non ſolvit, iterum concurſus creditorum excitatus, creditores quotquot ex primo concurſu reſtant, etiam chirographarios, creditoribus emptoris, jure ſeparationis, præferri, tradit *Leyſer. meditat. ad ff. ſpecim.236. th.5. & 6.*

13. Onera perpetua & intrinſeca, cujusmodi ſunt tributa, itemque ſervitutes, quantumvis fuerint perſonales, ut uſus & habitatio, non expirant, *O.P.S.R. tit.39. §.11. Berger. E.D.F. tit.39. obſ.10. not.13. p.1199. Wernher. in Supplem. nov. ad p.1. obſ.268. n.2. ſeq. Leyſer. ad ff. ſpecim.236. th.7.* Imo nequidem locatio antea contracta deſinit, *Berger. l.c.* ſed in contrariam ſententiam (a) reſpondiſſe Scabinatum Lipſienſem, teſtatur *Barth. c.l. lit. d. p.412.*

14. Sumtus adjudicationis non a creditoribus, ſed a licitatore ſolvendi ſunt, *Berger. p.1. Supplem. ad E.D.F. tit.39. §.11. p.389.*

15. Add. loc. Auszug. *th.25.* loc. *habitatio. th.2.* locus. *poſſeſſio. th.11.* loc. *ſubhaſtatio. th.10.20.35.36.*

ADITIO HEREDITATIS.

Vid. loc. *hereditatis aditio.*

ADMINISTRATIO. ADMINISTRATOR.

1. Adminiſtratorem conſtituens ejus facta præſtare tenetur, *Horn. cl.11. ſent.93. p.766. b.*

(a) quæ comprobata eſt *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.39. §.4.*

2. Administratio libera alienationem & oppignorationem non complectitur, *l. 7. de donat. l. 28. §. 2. de pact. l. 1. §. 1. quæ res pign.* nisi in casu necessitatis, vel evidentis utilitatis, vel quando ratio administrationis id exigat, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 216. & in supplem. ad eand. obs.*

3. Is, cui administratio bonorum, citra necessitatem reddendi rationes, testamento relicta, fructus haud facit suos & acquirit, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 271.*

4. Administrator bonorum & redituum publicorum saltem ad mediam diligentiam obligatur, atque adeo culpam modo levem præstare tenetur, *l. 6. de administr. rer. ad civit. pertin. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 205.*

5. Administratores non tantum de facto proprio, sed etiam de facto collegarum & subordinatorum tenentur, *l. 30. de negot. gest. Heig. p. 1. qu. 20. n. 10.*

6. Cum duobus idem munus pro indiviso est impositum, uterque in solidum obligatur, ita tamen, ut ille prius sit excutiendus, qui in administrando culpam admisit, *l. 1. C. quo quisque ord. l. 3. in fin. C. de administr. rer. ad civit. pertin. Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. p. 528.*

7. Beneficium divisionis autem locum non habet, quamvis inter se privato judicio administrationem divisissent *d. l. 1. & 2.* Cœteri tamen magistratus, qui non administrant, eodem beneficio utuntur, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 15. not. 3. p. 79.*

8. Senatus oppidanus, coram proprio judicio, civem convenire potest, maxime ob administrationem gestam, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 76.*

9. Administrator, qui pecuniam fidei suæ concredi-

creditam clam in usum suum convertit, ad usuras centesimas tenetur, *l.38. de negot. gest. junct. l.54. de administr. tut.* etiamnum hodie, *Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.316.* Imo administrator redituum publicorum interesse moræ de pecunia accepta præstare tenetur: cum constitutus in mora ad interesse teneatur, sive pecunia usus sit, sive non, *l.32. §.2. l.34. l.38. §.7. de usur. VVernher. sel. obs. for. p.3. obs.193.*

10. Vid. loc. *hypotheca tacita th.* - - - loc. *residui crimen.* loc. *cessio actionis. th.5.*

ADVLTERIVM.

1. Moribus hodiernis ubique fere, si duplicatum sit adulterium, mari ac fœminæ pœna gladii dictatur, vid. *Hopp. ad verba: gladio punit, §. 4. J. de public. judic. in us. hod.* de Marchia Brandenburgica constat *ex Brunnem. proc. crim. c.9. n.30.* de Saxonia Electorali, *ex constit. 19. p.4.* vid. *Carpzov. pract. crim. qu.54. n.17. seq. Philipp. ad dec. 82. obs.1.*

2. Qua pœna in Saxonia Electorali afficitur maritus, etiamsi uxor, cum qua concubuit, ab alio jam fuerit compressa, vel more meretricio vivat, *Dec. Elect. Sax. nov. 82. ibique Philipp. obs. 2.*

3. In adulterio simplici, si solutus cum conjugata rem habuerit, soluto pœna gladii dictari consuevit, *Carpz. d. l. qu.53. n.41. Hopp. c. l.* Conjugatæ vero pœna fustigationis infertur, *Hopp. c. l. Philipp. c. l. obs.1. n.10. seq.* Ast in Electoratu Saxoniæ in utraque persona obtinet pœna gladii, *Carpz. c. l. qu.54. n.27. Philipp. c. l. n. 24. seq.*

4. Si vero conjugatus cum soluta congressus fuerit, illi fustigatio cum relegatione, huic autem relegatio temporalis vel carcer dictari solet, *Heig. p. 2. qu.19. n.5. & 22. A. Fab. in Cod. lib. 6. tit.31. def.8.*

n.3. Philipp. c.l.n. 30. 31. Hopp. c.l. add. *Wernher. sel.obs. for. p.10. obs.450.* Ast in Saxonia Electorali marito pœna gladii, & fœminæ solutæ fustigatio cum perpetua relegatione dictatur, *Carpz. d.qu. 54. n.37. Philipp. d.obs.1. n.28. seq.*

5. Nec liberatur maritus a pœna gladii, licet fœmina soluta sit meretrix, sese passim prostituens, *Dec. Elect. Sax. nov. 83. ibique Philipp. obs.1.*

6. Ut ad pœnam adulterii ordinariam deveniri possit, requiritur, adulterium immissione seminis esse consummatum, vid. *Carpz.pract.crim.qu.61. n.2. seq.* quod, cum testibus probari nequeat, confitendum est ab adulteris *Carpz. d.l. qu. 122. n.75.*

7. Si quis concubitum fatetur, immissionem seminis vero negat, torturæ locus est, *Carpz. d.qu. 122. n. 76. Wernher. sel.obs.for. p.1. obs.47. n.2.*

8. Etsi quis adulterium confiteatur, attamen ad pœnam ordinariam deveniri haud potest, si alterius partis confessio deficiat, *Carpz. d.l. qu. 60.n.1. seq. Wernher. sel.obs. for. p.2. obs. 489.*

9. Quod tamen limitatur, nisi confessio in tortura sit facta, *Carpz.d.qu. 60.n.39.* add. *Berger. jurispr. crim c. 2.membr. 4. p.135.* vel altera pars in fuga perseverans in bannum legitimo modo fuerit proscripta, *Carpz. c.l. n.50.* confer. tamen *Berger. c.l. p. 134.* vel certa atque indubitata indicia occurrant, *Carpz. c.l. n.19. seq. Berger. c.l. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 4. n. 80.* Verosimilia & probabilia autem non sufficiunt, *Carpz. c.l. n. 19.23.* dissentiunt, & etiam hoc casu ultimo supplicio locum esse putant, *Berger. c.l. p.135. & Wernher. c.l. n.85. seq.*

10. Hinc, si unam partem, altera licet mortua, aut in fuga constituta, gravia indicia premant, tormentis

mentis in gradu convenienti adhibitis, veritatem extorqueri posse, præjudicio comprobat *Wernber. sel. obs. for. p. 9. obs. 118.*

11. Et nullum fundamentum, cur propter solam unius partis confessionem, quævis pœna, capitali mitior, uti *Carpz. d. qu. 60. n. 34. seq.* statuit, etiam fustigationis dictari queat, etsi nullum criminis commissi indicium probabile concurrat, se videre, ait *Wernber. d. p. 4. obs. 4. n. 76.*

12. Cessat porro ordinaria adulterii pœna, si conjux innocens pro nocente conjuge intercedat, eique delictum remittat, *Carpz. pract. crim. qu. 55. n. 2. seq.* sive expresse, sive tacite, concumbendo scil. cum eo, postquam delictum cognoverit, *Carpz. c. l. n. 40.* conatum concumbendi vero non sufficere, sed saltem juramento purgatorio de remissione delicti locum dare, putat *Wernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 40. n. 98. seq.* sive præsumtive, quando nimirum conjux innocens, post crimen ab altero commissum, moriatur, *Carpz. c. l. n. 50. seq. Philipp. ad dec. 82. obs. 4. VVernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 465.*

13. Ast in foro Saxonico Electorali remissio conjugum in adulterio duplicato non invenit locum, *constit. 19. p. 4. Carpz. pract. crim. qu. 55. n. 109. seq.* nisi in eo casu, quando maritus cum uxore alterius, ab alio sive juvene sive marito prius adulterata, concumbit; vel uxor admittat maritum reum adulterii jam antea commissi, vid. *Dec. Elect. Sax. nov. 82. ibique Philipp. obs. 3. n. 8. seq.*

14. Remissio conjugis revocari non potest, *Carpz. pract. crim. qu. 55. n. 79.* & remissio conditionalis habetur pro pura, *Carpz. c. l. n. 76.* dissentit

VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 40. n. 1. seq. ubi tamen fatetur *Carpzovii* sententiam in praxi observari.

15. Si reconciliatio fiat, pars, quæ deliquit, ad abjurandum adulterium & conversationem illius, cum quo hactenus adulterium commisit, adigi potest, *c. pen. X. de adulter. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 17. §. 24.*

16. Remissio simplex absque receptione in thorum a pœna ordinaria haud liberat, *Carpz. c. l. n. 116.*

17. Nec remissio, in favorem conjugis facta, alteri parti prodest, *constit. 19. p. 4. Carpz. c. l. n. 120.* quod secus est extra Electoratum Saxoniæ, *Carpz. c. l. n. 122. Horn. cl. 15. sent. 49. VVernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 445.*

18. Porro cessat ordinaria pœna 1) in adulterio a sponso, sponsave commisso, *Carpz. pract. crim. qu. 56.* 2) in adulterio a deserto, desertave commisso, *Carpz. c. l. qu. 58.* imo propter diutiorem absentiam alterius conjugis, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. d. 97. n. 12.* secus se res habet in desertore, *Carpz. d. qu. 58. n. 61. Stryck. disput. de desert. malit. §. 45.* 3) in conjuge, qui, quæve, ob alterius impotentiam coeundi, cum aliena persona se commiscuit, item in adultero adulterave, cujus conjux furore aut lepra correptus est, aliove morbo contagioso laborat, *Carpz. c. l. qu. 61. n. 14. 30.* 4) si concumbens cum alterius uxore nesciat, eam esse conjugem, *Carpz. d. qu. 61. n. 42.* 5) in adulterio, post divortium, quoad thorum & mensam, perpetrato, *Carpz. c. l. n. 53. VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 306.* 6.) in juvene, blanditiis fœminæ, capto, & libidine incitato, ex subito & improviso ejus impetu, ad adulterium prolapso, *Carpz.*

Carpz. c. l. n. 58. seq. 7) in adultero adulterave, cujus conjux quoque de adulterio confeſſus & convictus eſt, *Carpz. c. l. n. 74.* antea ſcil. perpetrato, poſtea enim commiſſum ad mitigandam pœnam nihil facit, *Horn. cl. 15. ſent, 45.* 8) in reo, qui, conjuge ad mortem condemnato, adulterium commiſit, *Carpz. c. l. n. 78.* 9) ſi adulterium ſaltem fuerit attentatum, non autem conſummatum, *Carpz. c. l. n. 2. ſeq.*

19. In foro communi præſcriptio quinquennalis non minus in duplicato, quam ſimplici adulterio locum habet, *Philipp. ad dec. 84. obſ. 1.* In Saxonia autem Electorali adulterium *ſimplex* quidem quinquennio, ſed adulterium *duplicatum* non niſi vicennio præſcribitur, *Dec. Elect. Sax. nov. 84. ibique Philipp. obſ. 1. n. 22. ſeq. & obſ. 2.* Quæ quidem diſpoſitio ſingularis ad attentatum adulterii duplicati extendi non poteſt, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 40.*

20. Si, inſtituta, ob hoc delictum, inquiſitione, judex per quinquennium ceſſet, interrupta antea præſcriptio denuo currere incipit, & abſolvitur, *Horn. cl. 15. ſent. 46. p. 1098. b.*

21. Inquiſitio in puncto ſtupri non interrumpit præſcriptionem adulterii, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 24.*

22. Add. loc. *juramentum purgatorium th. 2. 3.* loc. *maritus. th. 32.*

ADVOCATVS.

1. Advocatus, etiam invitus, litigantibus inſervire, & petentium patrocinia ſuſcipere tenetur, *l. 1. §. 4. de poſtul.* ad quod ſub pœna pecuniaria, vel remotionis ab officio cogi poteſt, *l. 7. C. eod.* maxime, ſi quis ob adverſarii potentiam advocatum reperire

perire

VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 40. n. 1. seq. ubi tamen fatetur *Carpzovii* sententiam in praxi observari.

15. Si reconciliatio fiat, pars, quæ deliquit, ad abjurandum adulterium & conversationem illius, cum quo hactenus adulterium commisit, adigi potest, *c. pen. X. de adulter. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 17. §. 24.*

16. Remissio simplex absque receptione in thorum a pœna ordinaria haud liberat, *Carpz. c. l. n. 116.*

17. Nec remissio, in favorem conjugis facta, alteri parti prodest, *constit. 19. p. 4. Carpz. c. l. n. 120.* quod secus est extra Electoratum Saxoniæ, *Carpz. c. l. n. 122. Horn. cl. 15. sent. 49. VVernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 445.*

18. Porro cessat ordinaria pœna 1) in adulterio a sponso, sponsave commisso, *Carpz. pract. crim. qu. 56.* 2) in adulterio a deserto, desertave commisso, *Carpz. c. l. qu. 58.* imo propter diutiorem absentiam alterius conjugis, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. d. 97. n. 12.* secus se res habet in desertore, *Carpz. d. qu. 58. n. 61. Stryck. disput. de desert. malit. §. 45.* 3) in conjuge, qui, quæve, ob alterius impotentiam coeundi, cum aliena persona se commiscuit, item in adultero adulterave, cujus conjux furore aut lepra correptus est, aliove morbo contagioso laborat, *Carpz. c. l. qu. 61. n. 14. 30.* 4) si concumbens cum alterius uxore nesciat, eam esse conjugem, *Carpz. d. qu. 61. n. 42.* 5) in adulterio, post divortium, quoad thorum & mensam, perpetrato, *Carpz. c. l. n. 53. VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 306.* 6.) in juvene, blanditiis fœminæ, capto, & libidine incitato, ex subito & improviso ejus impetu, ad adulterium prolapso, *Carpz.*

Carpz. c.l. n.58. seq. 7) in adultero adulterave, cujus conjux quoque de adulterio confessus & convictus est, *Carpz. c.l. n.74.* antea scil. perpetrato, postea enim commissum ad mitigandam pœnam nihil facit, *Horn. cl.15. sent.45.* 8) in reo, qui, conjuge ad mortem condemnato, adulterium commisit, *Carpz. c.l. n.78.* 9) si adulterium saltem fuerit attentatum, non autem consummatum, *Carpz. c.l. n. 2. seq.*

19. In foro communi præscriptio quinquennalis non minus in duplicato, quam simplici adulterio locum habet, *Philipp. ad dec. 84. obs.1.* In Saxonia autem Electorali adulterium *simplex* quidem quinquennio, sed adulterium *duplicatum* non nisi vicennio præscribitur, *Dec. Elect. Sax. nov. 84. ibique Philipp. obs.1. n.22. seq. & obs. 2.* Quæ quidem dispositio singularis ad attentatum adulterii duplicati extendi non potest, *VVernber. sel. obs. for. p.1. obs. 40.*

20. Si, instituta, ob hoc delictum, inquisitione, judex per quinquennium cesset, interrupta antea præscriptio denuo currere incipit, & absolvitur, *Horn. cl. 15. sent. 46. p.1098. b.*

21. Inquisitio in puncto stupri non interrumpit præscriptionem adulterii, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 24.*

22. Add. loc. *juramentum purgatorium th. 2.3.* loc. *maritus. th. 32.*

ADVOCATVS.

1. Advocatus, etiam invitus, litigantibus inservire, & petentium patrocinia suscipere tenetur, *l. 1. §. 4. de postul.* ad quod sub pœna pecuniaria, vel remotionis ab officio cogi potest, *l. 7. C. eod.* maxime, si quis ob adversarii potentiam advocatum re-

perire

perire non possit, *Christin. vol. 5. dec. 102.* nisi justam recusandi habeat causam, *Gail. l. 1. obs. 43. n. 9.*

2. Nullus sit simul advocatus & judex in eodem negotio, nec sententiam in eadem causa ferat, vel votum saltem proferat, in qua semel patrocinium præstitit, *l. 6. pr. de postul. Swendend. ad Fibig. p. 71.* Contra qui fecerit, arbitrariam pœnam incurrit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 6.*

3. Potest tamen quis, ut advocatus, in alia instantia causam defendere, in qua antea, ut judex, pronunciavit, *Horn. cl. 9. R. 5. p. 527. b.* confer. vero *Rivin. c. l. tit. 2. en. 16.*

4. Senator coram senatu aut Prætorio admittendus non est, ut clientum jura proponat, *l. 5. de offic. adsessor. l. fin. C. de adsessor. domestic. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 7.* Ast, ubi expressa deficit sanctio prohibitiva, senatores a perorandis, coram Senatu aut Prætorio, causis arceri non posse, probat *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 8.* add. *Ziegler. in Dicast. concl. 19.*

5. Non potest quis esse advocatus in causa, in qua notarii officio functus est, *Horn. cl. 12. R. 65.* Contra si fecerit, pœnam incurrit, *Berger. E. D. F. tit. 2. obs. 6. p. 40.* confer. *Rivin. c. l. en. 8.*

6. Actuarius, nequidem, deposito officio, advocati vices subire potest, illis in causis, ubi acta consignavit, *Rivin. c. l. tit. 2. en. 17.*

7. Advocatus contra eam causam, quam antea defendit, non admittitur, *Horn. cl. 1. sent. 21. p. 39. b.*

8. In concursu creditorum aliquis plurium advocatus esse non prohibetur, *Horn. cl. 16. sent. 3. p. 1213.*

9. Advocatus pro cliente testimonium dicere non potest, finita licet advocatione, *l. ult. de test. c. ult. de testib. in 6to. Martin. ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 218.*

n. 218. & 230. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. p. 1047. nec contra clientem testis esse cogitur, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 512.*

10. Hoc vero intelligendum est de arcanis causæ & processus, quæ advocato secreto commissa, non item de iis negotiis, quæ extra specialem causæ tractationem inita sunt, quippe in quibus ad perhibendum testimonium advocatus vel procurator omnino admittitur, imo cogitur, *Berger. dec, 350.*

11. Nec minus advocatus, dimisso citra fraudem officio, ad testimonium pro cliente dicendum admitti debet, quamvis non sit omni exceptione major, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 6. p. 1049.* add. *Mencken. ad ff. tit. de testib.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 292.*

12. Advocatus, subditos contra magistratum excitans, coercitione dignus, & pœnam incurrit, nisi subditi justam litigandi causam habeant, ejusque patrocinium implorent, Torg. Ausschr. *de an. 1583. tit.* von *Advocaten, O. P. S. tit. 3. §. 1. Carpz. p. 1. c. 1. d. 21.*

13. Si advocatus absque mandato procedit, & clientum jura ad acta proponit, prima vice 5. th. secunda vice 10. th. & sic deinceps mulctatur, *O. P. S. tit. 7. §. 1. Carpz. proc. tit. 5. art. 7. n. 25.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 3. 4.* Id quod etiam obtinet, si tutorium vel curatorium non exhibeat, *O. P. S. c. l. Rivin. c. l. en. 2.* Insuper positiones in judicando non attenduntur, sed ab actis removentur, & cliens in expensas condemnatur, *Carpz. c. l. n. 23. 24.*

14. Cessat vero illa pœna, ubi curatorium jam in actis habetur, curator vero in prima positione id alle-

allegare, atque ad illud se referre omisit, *Wernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 265.*

15. Nomina clientum, nec non nobilium castra & habitationes, quibus inter se discerni solent, in primæ positionis frontispicio omittens, incurrit mulctam 5. th. *O. P. S. tit. 7. §. 1.* ibique *Rivin. en. 1.* Quam quoque pœnam incurrit, si positioni non præmittat nomen ejus, contra quem sui principalis jura deducit, *Rivin. c. l. tit. 3. en. 30.*

16. Hinc quoque 5. th. mulctatur, si nomen leuterantis in prosecutionis rubrica omittat, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 76. lit. a. p. 340.*

17. In causis vero pupillorum & minorum nomina tutorum ac curatorum exprimi, necesse esse, negat *Carpz. lib. 3. R. 5. n. 10. seq.*

18. Advocati & procuratores nomina sua singulis positionibus & supplicationibus, quas concipiunt, subscribere jubentur, *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Justitien*-Sachen, § 35. *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 31.* Secus facientes mulcta arbitraria puta 5. imperialium (*a*) puniuntur eorumque positiones & supplicationes a judice rejiciuntur, *Berger. E. D. F. tit. 3. obs. 3. p. 48.*

19. Excipitur casus, ubi supplicans pro se præsumtionem habet, quod ipsemet conceperit, (*b*) vel ubi

(*a*) Vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 3. §. 2.* quam mulctam cliens advocato restituere sub pœna dupli, advocatus autem a cliente repetere sub pœna quadrupli prohibetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi illud ad alias quoque mulctas extenditur.

(*b*) Hoc in subscriptione expresse indicandum est, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* Imo judex subscribenti quandoque desuper, an ipse literas conceperit? juramentum deferre potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

ubi ſupplicationes ex locis remotioribus, exterisve transmittuntur; vel ubi periculum eſt in mora: (a) modo ejusmodi ſupplicationes injurias; vel convitia, aut alias res odioſas non contineant: alioqui prævalet arbitrium judicis, ut nihiloſecius easdem rejicere poſſit, *Berger. c.l. not.2. p. 49.*

20. Hinc in Saxonia Electorali judex inferior appellationes recipere tenetur, etſi nullus advocatus, ſuum, tanquam concipientis, nomen iisdem ſubſcripſerit: rejecta vero appellatione, cliens advocatum jurato indicare tenetur, quo ideo, quod nomen ſuum, tanquam concipientis, non ſubſcripſerit, puniri poſſit, (b) vid. *mand. reg. de an. 1720.* apud *Wernber. in ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 74.*

21. Ob fruſtratorias appellationes advocatis pœna 5. th. dictitari, (c) eaque exaſperari ſolet, ſi non abſtineant; nec ſibi bene proſpiciunt, quando a dictata multa ulterius provocant, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 32.*

22. Si in die termini advocatus coram Secretario nomen ſuum haud profitetur, a Supremo Appellationum judicio, ut expenſas termini, ex proprio marſupio, reſarciat, condemnatur, ejusque poſitio in pronunciando non attenditur, ita ut etiam appellationes juſtificandæ, & leuterationes proſequendæ pro deſertis judicentur, *Rivin, c. l. en. 19.*

23. Advocati utriusque partis, cum ex compromiſſo terminum ſemel dictum circumducere auſint, ſigillatim 5. imperialium pœna plectuntur, niſi

1) man-

(a) Vel res fatalia concernat, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*
(b) *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*
(d) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 7. 8.*

1) mandato poteſtatem compromittendi ſpeciatim acceperint, 2) ratihabitionem clientum vel in termino vel deinceps comprobent, *Berger. E.D. F. tit. 10. obſ. 3. p. 337.*

24. Coram ſupremo Appellationum judicio, ſi advocatus aut mandatarius ad ſe recepit citationem, nec poſtea ejus inſinuationem procuravit, incurrit pœnam 5. thalerorum, & expenſas termini de ſuo refundere tenetur, niſi principalis impune emanere in termino potuit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 18.*

25. Mulctam quoque incurrit advocatus, ſi litem vitioſe conteſtatur, aut in ea verbis obſcuris & prolixis utitur, aut illam in ultimam usque poſitionem differt, *O. P. S. tit. 16. Rivin. c. l. en. 20.* ſi contra manifeſtam veritatem litem negative conteſtatur, *Rivin. c. l. en. 21.* aut ipſe poſtea in termino juratorio fatetur, quod in litis conteſtatione negavit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 128.* item ſi defectus litis conteſtationis ſpecifice non allegat, *Carpz. lib. 3. R. 32.*

26. Mulctam porro incurrit advocatus, ſi in termino productionis, juxta ſpecificationem, documenta, ſuo ordine, non producit, nec ſpecifice de unoquoque, quale id ſit, indicat, *Rivin ad O. P. S. tit. 3. en. 22.* ſi inſufficienter documenta producta recognoſcit, *Rivin. c. l. en. 23.* item, ſi vidimatas copias in originali productorum penes acta non relinquit, *Mandat. Elect. de an. 1638. Rivin. c. l. en. 29.*

27. Contra acta quid affirmantis vel negantis eſt pœna arbitraria, veluti 5. th. *Carpz. proc. tit. 5. art. 7. n. 49. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 25.*

28. Arbitrarie coerceri ſolent advocati, ſi folia actorum vitioſe allegant, aut non ſupplent, *Rivin. c. l. en. 26.* ſi ad marginem actorum quid adſcribunt, corri-

corrigunt, aut radunt, *Rivin. c. l. en. 27.* si abutuntur verbis sacræ scripturæ, *Rivin. c. l. en. 24.*

29. Nimia verbositate utentis vel clientis jura confuse & inepte tractantis pœna quoque est arbitraria, *Carpz. c. l. n. 30. seq. Rivin. c. l. en. 28.* Quo ultimo in casu non male injungitur, ut ea per alium eumque magis idoneum, proponantur, *Rivin. c. l. en. 11.*

30. Rationes decidendi temere perstringentis pœna est arbitraria veluti 5. vel etiam 10. th. *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 15. Berger. E. D. F. tit. 34. obs. 5. not. 3. p. 891.*

31. Advocatus, si judicem vel adversarium injuriis, convitiis, vel cavillationibus lacessit, arbitrarie punitur, *Carpzov. proc. tit. 5. art. 7. n. 42. seq. Rivin. c. l. en. 15.* imo & pro ratione circumstantiarum insimul a praxi removeri potest, *Horn. cl. 4. R. 14. p. 261. b.* Excusandus tamen videtur ille, qui primum lacessitus & justo motus dolore in adversarium invehitur, *Horn. cl. 15. R. 16.*

32. Quod si dubium sit, an advocatus injuriandi, aut reum defendendi animo, aliquid scripserit, jusjurandum decerni potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 104.*

33. In prosecutione leuterationis gravamina in specie non adducentis pœna est 10. th. *O. P. S. tit. 35.* §. Darneben wollen wir, *ibique Rivin. en. 51. Horn. cl. 14. sent. 4.*

34. Secreta clientis sui manifestantis, causamque prodentis, atque utrique colligatori patrocinantis & prævaricantis pœna est arbitraria, *Carpz. lib. 3. R. 32. n. 11. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 3.*

35. Negligentia advocati, sive procuratoris,

n.3. Philipp. c.l.n. 30. 31. Hopp. c. l. add. *Wernber. sel.obs.for. p.10. obs.450.* Ast in Saxonia Electorali marito pœna gladii, & fœminæ solutæ fustigatio cum perpetua relegatione dictatur, *Carpz. d.qu. 54. n.37. Philipp. d.obs.1. n.28. seq.*

5. Nec liberatur maritus a pœna gladii, licet fœmina soluta sit meretrix, sese passim prostituens, *Dec. Elect. Sax. nov. 83. ibique Philipp. obs.1.*

6. Ut ad pœnam adulterii ordinariam deveniri possit, requiritur, adulterium immissione seminis esse consummatum, vid. *Carpz.pract.crim. qu. 61. n.2. seq.* quod, cum testibus probari nequeat, confitendum est ab adulteris *Carpz. d. l. qu. 122. n.75.*

7. Si quis concubitum fatetur, immissionem seminis vero negat, torturæ locus est, *Carpz. d.qu. 122. n. 76. Wernber. sel.obs.for. p.1. obs.47. n.2.*

8. Etsi quis adulterium confiteatur, attamen ad pœnam ordinariam deveniri haud potest, si alterius partis confessio deficiat, *Carpz. d.l. qu. 60.n.1. seq. Wernber. sel.obs.for. p.2. obs. 489.*

9. Quod tamen limitatur, nisi confessio in tortura sit facta, *Carpz.d.qu. 60.n.39.* add. *Berger. jurispr. crim c.2.membr.4. p.135.* vel altera pars in fuga perseverans in bannum legitimo modo fuerit proscripta, *Carpz. c.l. n.50.* confer. tamen *Berger. c.l. p. 134.* vel certa atque indubitata indicia occurrant, *Carpz. c.l. n.19. seq. Berger. c.l. Wernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 4. n.80.* Verosimilia & probabilia autem non sufficiunt, *Carpz. c.l. n.19.23.* dissentiunt, & etiam hoc casu ultimo supplicio locum esse putant, *Berger. c.l. p.135. & Wernber. c.l. n.85. seq.*

10. Hinc, si unam partem, altera licet mortua, aut in fuga constituta, gravia indicia premant, tormentis

mentis in gradu convenienti adhibitis, veritatem extorqueri posse, præjudicio comprobat *Wernber. sel. obs. for. p. 9. obs. 118.*

11. Et nullum fundamentum, cur propter solam unius partis confessionem, quævis pœna, capitali mitior, uti *Carpz. d. qu. 60. n. 34. seq.* statuit, etiam fustigationis dictari queat, etsi nullum criminis commissi indicium probabile concurrat, se videre, ait *Wernber. d. p. 4. obs. 4. n. 76.*

12. Cessat porro ordinaria adulterii pœna, si conjux innocens pro nocente conjuge intercedat, eique delictum remittat, *Carpz. pract. crim. qu. 55. n. 2. seq.* sive expresse, sive tacite, concumbendo scil. cum eo, postquam delictum cognoverit, *Carpz. c. l. n. 40.* conatum concumbendi vero non sufficere, sed saltem juramento purgatorio de remissione delicti locum dare, putat *Wernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 40. n. 98. seq.* sive præsumtive, quando nimirum conjux innocens, post crimen ab altero commissum, moriatur, *Carpz. c. l. n. 50. seq. Philipp. ad dec. 82. obs. 4. VVernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 465.*

13. Ast in foro Saxonico Electorali remissio conjugum in adulterio duplicato non invenit locum, *constit. 19. p. 4. Carpz. pract. crim. qu. 55. n. 109. seq.* nisi in eo casu, quando maritus cum uxore alterius, ab alio sive juvene sive marito prius adulterata, concumbit; vel uxor admittat maritum reum adulterii jam antea commissi, vid. *Dec. Elect. Sax. nov. 82. ibique Philipp. obs. 3. n. 8. seq.*

14. Remissio conjugis revocari non potest, *Carpz. pract. crim. qu. 55. n. 79.* & remissio conditionalis habetur pro pura, *Carpz. c. l. n. 76.* dissentit

VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 40. n. 1. seq. ubi tamen fatetur *Carpzovii* sententiam in praxi observari.

15. Si reconciliatio fiat, pars, quæ deliquit, ad abjurandum adulterium & conversationem illius, cum quo hactenus adulterium commisit, adigi potest, *c. pen. X. de adulter. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 17. §. 24.*

16. Remissio simplex absque receptione in thorum a pœna ordinaria haud liberat, *Carpz. c. l. n. 116.*

17. Nec remissio, in favorem conjugis facta, alteri parti prodest, *constit. 19. p. 4. Carpz. c. l. n. 120.* quod secus est extra Electoratum Saxoniæ, *Carpz. c. l. n. 122. Horn. cl. 15. sent. 49. VVernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 445.*

18. Porro cessat ordinaria pœna 1) in adulterio a sponso, sponsave commisso, *Carpz. pract. crim. qu. 56.* 2) in adulterio a deserto, desertave commisso, *Carpz. c. l. qu. 58.* imo propter diutiorem absentiam alterius conjugis, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. d. 97. n. 12.* secus se res habet in desertore, *Carpz. d. qu. 58. n. 61. Stryck. disput. de desert. malit. §. 45.* 3) in conjuge, qui, quæve, ob alterius impotentiam coeundi, cum aliena persona se commiscuit, item in adultero adulterave, cujus conjux furore aut lepra correptus est, aliove morbo contagioso laborat, *Carpz. c. l. qu. 61. n. 14. 30.* 4) si concumbens cum alterius uxore nesciat, eam esse conjugem, *Carpz. d. qu. 61. n. 42.* 5) in adulterio, post divortium, quoad thorum & mensam, perpetrato, *Carpz. c. l. n. 53. VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 306.* 6.) in juvene, blanditiis fœminæ, capto, & libidine incitato, ex subito & improviso ejus impetu, ad adulterium prolapso,

Carpz.

Carpz. c. l. n. 58. seq. 7) in adultero adulterave, cujus conjux quoque de adulterio confessus & convictus est, *Carpz. c. l. n. 74.* antea scil. perpetrato, postea enim commissum ad mitigandam pœnam nihil facit, *Horn. cl. 15. sent. 45.* 8) in reo, qui, conjuge ad mortem condemnato, adulterium commisit, *Carpz. c. l. n. 78.* 9) si adulterium saltem fuerit attentatum, non autem consummatum, *Carpz. c. l. n. 2. seq.*

19. In foro communi præscriptio quinquennalis non minus in duplicato, quam simplici adulterio locum habet, *Philipp. ad dec. 84. obs. 1.* In Saxonia autem Electorali adulterium *simplex* quidem quinquennio, sed adulterium *duplicatum* non nisi vicennio præscribitur, *Dec. Elect. Sax. nov. 84. ibique Philipp. obs. 1. n. 22. seq. & obs. 2.* Quæ quidem dispositio singularis ad attentatum adulterii duplicati extendi non potest, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 40.*

20. Si, instituta, ob hoc delictum, inquisitione, judex per quinquennium cesset, interrupta antea præscriptio denuo currere incipit, & absolvitur, *Horn. cl. 15. sent. 46. p. 1098. b.*

21. Inquisitio in puncto stupri non interrumpit præscriptionem adulterii, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 24.*

22. Add. loc. *juramentum purgatorium th. 2. 3.* loc. *maritus. th. 32.*

ADVOCATVS.

1. Advocatus, etiam invitus, litigantibus inservire, & petentium patrocinia suscipere tenetur, *l. 1. §. 4. de postul.* ad quod sub pœna pecuniaria, vel remotionis ab officio cogi potest, *l. 7. C. eod.* maxime, si quis ob adversarii potentiam advocatum reperire

perire non possit, *Christin. vol. 5. dec. 102.* nisi justam recusandi habeat causam, *Gail. l. 1. obs. 43. n. 9.*

2. Nullus sit simul advocatus & judex in eodem negotio, nec sententiam in eadem causa ferat, vel votum saltem proferat, in qua semel patrocinium præstitit, *l. 6. pr. de postul. Swendend. ad Fibig. p. 71.* Contra qui fecerit, arbitrariam pœnam incurrit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 6.*

3. Potest tamen quis, ut advocatus, in alia instantia causam defendere, in qua antea, ut judex, pronunciavit, *Horn. cl. 9. R. 5. p. 527. b.* confer. vero *Rivin. c. l. tit. 2. en. 16.*

4. Senator coram senatu aut Prætorio admittendus non est, ut clientum jura proponat, *l. 5. de offic. adsessor. l. fin. C. de adsessor. domestic. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 7.* Ast, ubi expressa deficit sanctio prohibitiva, senatores a perorandis, coram Senatu aut Prætorio, causis arceri non posse, probat *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 8.* add. *Ziegler. in Dicast. concl. 19.*

5. Non potest quis esse advocatus in causa, in qua notarii officio functus est, *Horn. cl. 12. R. 65.* Contra si fecerit, pœnam incurrit, *Berger. E. D. F. tit. 2. obs. 6. p. 40.* confer. *Rivin. c. l. en. 8.*

6. Actuarius, nequidem, deposito officio, advocati vices subire potest, illis in causis, ubi acta consignavit, *Rivin. c. l. tit. 2. en. 17.*

7. Advocatus contra eam causam, quam antea defendit, non admittitur, *Horn. cl. 1. sent. 21. p. 39. b.*

8. In concursu creditorum aliquis plurium advocatus esse non prohibetur, *Horn. cl. 16. sent. 3. p. 1213.*

9. Advocatus pro cliente testimonium dicere non potest, finita licet advocatione, *l. ult. de test. c. ult. de testib. in 6to. Martin. ad O. P. S. tit. 20. §. 2. n. 218.*

n. 218. & 230. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. p. 1047. nec contra clientem testis esse cogitur, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 512.*

10. Hoc vero intelligendum est de arcanis causæ & processus, quæ advocato secreto commissa, non item de iis negotiis, quæ extra specialem causæ tractationem inita sunt, quippe in quibus ad perhibendum testimonium advocatus vel procurator omnino admittitur, imo cogitur, *Berger. dec, 350.*

11. Nec minus advocatus, dimisso citra fraudem officio, ad testimonium pro cliente dicendum admitti debet, quamvis non sit omni exceptione major, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 6. p. 1049.* add. *Mencken. ad ff. tit. de testib.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 292.*

12. Advocatus, subditos contra magistratum excitans, coercitione dignus, & pœnam incurrit, nisi subditi justam litigandi causam habeant, ejusque patrocinium implorent, Torg. Ausschr. *de an. 1583. tit.* von *Advocaten, O. P. S. tit. 3. §. 1. Carpz. p. 1. c. 1. d. 21.*

13. Si advocatus absque mandato procedit, & clientum jura ad acta proponit, prima vice 5. th. secunda vice 10. th. & sic deinceps mulctatur, *O. P. S. tit. 7. §. 1. Carpz. proc. tit. 5. art. 7. n. 25.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 3. 4.* Id quod etiam obtinet, si tutorium vel curatorium non exhibeat, *O. P. S. c. l. Rivin. c. l. en. 2.* Insuper positiones in judicando non attenduntur, sed ab actis removentur, & cliens in expensas condemnatur, *Carpz. c. l. n. 23. 24.*

14. Cessat vero illa pœna, ubi curatorium jam in actis habetur, curator vero in prima positione id alle-

allegare, atque ad illud se referre omisit, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 265.*

15. Nomina clientum, nec non nobilium castra & habitationes, quibus inter se discerni solent, in primæ positionis frontispicio omittens, incurrit mulctam 5. th. *O. P. S. tit. 7. §. 1.* ibique *Rivin. en. 1.* Quam quoque pœnam incurrit, si positioni non præmittat nomen ejus, contra quem sui principalis jura deducit, *Rivin. c. l. tit. 3. en. 30.*

16. Hinc quoque 5. th. mulctatur, si nomen leuterantis in prosecutionis rubrica omittat, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 76. lit. a. p. 340.*

17. In causis vero pupillorum & minorum nomina tutorum ac curatorum exprimi, necesse esse, negat *Carpz. lib. 3. R. 5. n. 10. seq.*

18. Advocati & procuratores nomina sua singulis positionibus & supplicationibus, quas concipiunt, subscribere jubentur, *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Justitien-Sachen*, *§. 35. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 31.* Secus facientes mulcta arbitraria puta 5. imperialium (*a*) puniuntur eorumque positiones & supplicationes a judice rejiciuntur, *Berger. E. D. F. tit. 3. obs. 3. p. 48.*

19. Excipitur casus, ubi supplicans pro se præsumtionem habet, quod ipsemet conceperit, (*b*) vel ubi

(*a*) Vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 3. §. 2.* quam mulctam cliens advocato restituere sub pœna dupli, advocatus autem a cliente repetere sub pœna quadrupli prohibetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi illud ad alias quoque mulctas extenditur.

(*b*) Hoc in subscriptione expresse indicandum est, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* Imo judex subscribenti quandoque desuper, an ipse literas conceperit? juramentum deferre potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

ubi ſupplicationes ex locis remotioribus, exterisve transmittuntur; vel ubi periculum eſt in mora: (*a*) modo ejusmodi ſupplicationes injurias; vel convitia, aut alias res odioſas non contineant: alioqui prævalet arbitrium judicis, ut nihiloſecius easdem rejicere poſſit, *Berger. c. l. not. 2. p. 49.*

20. Hinc in Saxonia Electorali judex inferior appellationes recipere tenetur, etſi nullus advocatus, ſuum, tanquam concipientis, nomen iisdem ſubſcripſerit: rejecta vero appellatione, cliens advocatum jurato indicare tenetur, quo ideo, quod nomen ſuum, tanquam concipientis, non ſubſcripſerit, puniri poſſit, (*b*) vid. *mand. reg. de an. 1720.* apud *Wernher. in ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 74.*

21. Ob fruſtratorias appellationes advocatis pœna 5. th. dictitari, (*c*) eaque exaſperari ſolet, ſi non abſtineant; nec ſibi bene proſpiciunt, quando a dictata multa ulterius provocant, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 32.*

22. Si in die termini advocatus coram Secretario nomen ſuum haud profitetur, a Supremo Appellationum judicio, ut expenſas termini, ex proprio marſupio, reſarciat, condemnatur, ejusque poſitio in pronunciando non attenditur, ita ut etiam appellationes juſtificandæ, & leuterationes proſequendæ pro deſertis judicentur, *Rivin. c. l. en. 19.*

23. Advocati utriusque partis, cum ex compromiſſo terminum ſemel dictum circumducere auſint, ſigillatim 5. imperialium pœna plectuntur, niſi

1) man-

(*a*) Vel res fatalia concernat, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*
(*b*) *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*
(*d*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 7. 8.*

1) mandato poteſtatem compromittendi ſpeciatim acceperint, 2) ratihabitionem clientum vel in termino vel deinceps comprobent, *Berger. E.D.F. tit. 10. obſ. 3. p. 337.*

24. Coram ſupremo Appellationum judicio, ſi advocatus aut mandatarius ad ſe recepit citationem, nec poſtea ejus inſinuationem procuravit, incurrit pœnam 5. thalerorum, & expenſas termini de ſuo refundere tenetur, niſi principalis impune emanere in termino potuit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 18.*

25. Mulctam quoque incurrit advocatus, ſi litem vitioſe conteſtatur, aut in ea verbis obſcuris & prolixis utitur, aut illam in ultimam usque poſitionem differt, *O. P. S. tit. 16. Rivin. c. l. en. 20.* ſi contra manifeſtam veritatem litem negative conteſtatur, *Rivin. c. l. en. 21.* aut ipſe poſtea in termino juratorio fatetur, quod in litis conteſtatione negavit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 128.* item ſi defectus litis conteſtationis ſpecifice non allegat, *Carpz. lib. 3. R. 32.*

26. Mulctam porro incurrit advocatus, ſi in termino productionis, juxta ſpecificationem, documenta, ſuo ordine, non producit, nec ſpecifice de unoquoque, quale id ſit, indicat, *Rivin ad O. P. S. tit. 3. en. 22.* ſi inſufficienter documenta producta recognoſcit, *Rivin. c. l. en. 23.* item, ſi vidimatas copias in originali productorum penes acta non relinquit, *Mandat. Elect. de an. 1638. Rivin. c. l. en. 29.*

27. Contra acta quid affirmantis vel negantis eſt pœna arbitraria, veluti 5. th. *Carpz. proc. tit. 5. art. 7. n. 49. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 25.*

28. Arbitrarie coerceri ſolent advocati, ſi folia actorum vitioſe allegant, aut non ſupplent, *Rivin. c. l. en. 26.* ſi ad marginem actorum quid adſcribunt, corri-

corrigunt, aut radunt, *Rivin. c. l. en. 27.* si abutuntur verbis sacræ scripturæ, *Rivin. c. l. en. 24.*

29. Nimia verbositate utentis vel clientis jura confuse & inepte tractantis pœna quoque est arbitraria, *Carpz. c. l. n. 30. seq. Rivin. c. l. en. 28.* Quo ultimo in casu non male injungitur, ut ea per alium eumque magis idoneum, proponantur, *Rivin. c. l. en. 11.*

30. Rationes decidendi temere perstringentis pœna est arbitraria veluti 5. vel etiam 10. th. *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 15. Berger. E. D. F. tit. 34. obs. 5. not. 3. p. 891.*

31. Advocatus, si judicem vel adversarium injuriis, conviciis, vel cavillationibus lacessit, arbitrarie punitur, *Carpzov. proc. tit. 5. art. 7. n. 42. seq. Rivin. c. l. en. 15.* imo & pro ratione circumstantiarum insimul a praxi removeri potest, *Horn. cl. 4. R. 14. p. 261. b.* Excusandus tamen videtur ille, qui primum lacessitus & justo motus dolore in adversarium invehitur, *Horn. cl. 15. R. 16.*

32. Quod si dubium sit, an advocatus injuriandi, aut reum defendendi animo, aliquid scripserit, jusjurandum decerni potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 104.*

33. In prosecutione leuterationis gravamina in specie non adducentis pœna est 10. th. *O. P. S. tit. 35. §.* Darneben wollen wir, *ibique Rivin. en. 51. Horn. cl. 14. sent. 4.*

34. Secreta clientis sui manifestantis, causamque prodentis, atque utrique colligatori patrocinantis & prævaricantis pœna est arbitraria, *Carpz. lib. 3. R. 32. n. 11. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 3.*

35. Negligentia advocati, sive procuratoris,

in ipſa cauſa, domino præjudicat: datur tamen ei regreſſus adverſus advocatum, ſive procuratorem, *l. 10. C. de procur. l. 13. l. 21. C. mandat.* illumque actione in factum, vel mandati ad intereſſe convenire relictum eſt, *Carpz. proc. tit. 5. art. 7. n. 7. Horn. cl. 12. R. 82.* & quidem non in foro contractus, ſed ubi dolum vel culpam commiſit advocatus, *Berger. dec. 285.*

36. Imo, advocato non ſolvendo exiſtente, atque excuſſo, reſtitutio in integrum conceditur domino ex clauſula generali *l. 1. ex quib. cauſ. maj. Carp. p. 1. d. 22. & 23. & lib. 3. R. 4. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. i. p. 98.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 33.*

37. Et quod magis, principalis, ſi forte res incertæ ſit æſtimationis, ſtatim, nondumque excuſſo advocato, ſive procuratore, in integrum reſtituitur, licet citatio vel notificatio, non procuratori, ſed ipſi principali inſinuata fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 3.*

38. Jure Magdeburgico cliens, adverſus negligentiam advocati, ſtatim, atque adeo, non excuſſo prius advocato, in integrum reſtituitur, teſte *Bergero p. 2. Supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 4. p. 1709.*

39. Sic quoque in caſu, quo in judicio mercatorio Lipſienſi, reus mercator, culpa advocati, non clare & perſpicue, ſed admodum confuſe, ad unum aliquem libelli articulum reſpondentis, pro confeſſo & convicto declaratus, a Potentiſſimo Rege & Electore noſtro reſcriptum eſt, ut mercator in integrum reſtituatur, advocatus vero puniatur, vid. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. i. p. 99. & c. 2. §. 1. lit. b. p. 432.*

40. Plane adverſus ea, quæ advocatus, qui ſimul procurator non eſt, in judicio neglexit, clientem nequidem

quidem in subsidium, in integrum restitui, quamvis advocatus, si culpa sua damnum dederit, clienti ad hoc resarciendum teneatur, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 363.*

41. Contra pœnam advocato dictitatam leuterationi & appellationi locus non est, sed defensioni, *Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 34.*

42. Si advocatus, in causa notorie executiva, vel ex errore, vel ex imprudentia, a reo petiit Antwort und Recognition, judex non tantum secundum naturam processus executivi, non attenta litis contestatione, pronunciare potest, *Berger. E. D. F. tit. 16. obs. 1. not. 2. p. 461.* sed & (a) in conscientia, ex officio suo suppletorio ad hoc obligatus, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. c. p. 479.*

43. Observantia fori, præsertim Saxonici, fert, ut advocati literis, etiam illis, quæ attingunt fatalia, clientum suorum nomina subscribere queant, modo sua quoque, tanquam advocatorum ac concipientium, apponant, *Berger. E. D. F. tit. 3. obs. 4. p. 49.*

44. Nec interest, ipse advocatus, an ejus amanuensis, jussu tamen ac mandato patroni nomen clientis subscripserit: modo 1) advocatus, ut talis, suum nomen apposuerit, 2) idem, ejusve amanuensis, super prædicto mandato, juraverit, *Berger. c. l. not. 2. p. 50.*

45. Hanc observantiam stricte atque adeo solum

(a) Sic in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 5. §. 1.* dispositum reperitur, si advocatus ex imprudentia, in causa executiva, simul Antwort und Einlassung, aut in ordinaria saltem recognitionem a reo petiit, ideo non statim rejiciendum esse libellum, sed secundum naturam processus interloquendum.

lum de schedula leuterationis, & appellationis, itemque oblatione articulorum probatoriorum & reprobatoriorum, & renovatione arresti; non vero de aliis actibus, sive egeant speciali mandato, sive minus, capiendam esse, animadvertit *Berger. c. l. not. 3. p. 50.*

46. Distinguendum esse inter fatalia, quæ in progressu, & ea, quæ sub ingressu litis obveniunt, ita, ut quidem priore casu advocatus valide clientis sui fatalibus invigilet, posteriore autem ea expedire non possit, putat *Berger. dec. 337.*

47. Advocatus, qui in causa patrocinatus est, schedulæ, qua probatio judici offertur, nomen principalis subscribere potest, etsi ne generali quidem mandato instructus fuerit; nec distinguitur, utrum præter advocatum cliens procuratorem in causa constitutum habuerit, nec ne, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 424.*

48. Et leuteratio atque appellatio pro admissibilibus habendæ sunt, quæ ab advocato sunt interpositæ, siquidem ipse, vel, jussu ejus, amanuensis illius, aut alius quicunque nomen clientis subscripserit, ipseque suum, ut advocati & concipientis apposuerit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 47. & tit. 35. en. 6. Berger. E. D. F. tit. 35. obs. 3. not. 2. p. 951. seq.* ubi etiam: nihil referre, ab advocato posteriore, an a priore id factum fuerit.

49. E contra, si mandatarius, idemque advocatus, principalem, vi mandati, non offerat ad jurandum, sed schedulæ oblationis nomen ipsius clientis subscribat, suum vero ceu advocati & concipientis addat, mortuo deinceps principali, juramentum pro deserto habitum esse, refert *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs.*

obſ.127. confer. omnino *Berger. E.D.F. tit.3. obſ.4. not.3. p.50.*

50. Advocatus honorarium petere poteſt, etiamſi nullum promiſſum, *l.1.pr. & §.10. de extraord. cognit.* nec victoriam conſecutus ſit, *Carpz. lib. 3. R.13.* niſi negligentiam & culpam in eadem cauſa commiſerit, *arg. l.8. §.4. in fin. qui ſatisd. cog. Horn. cl.12. R.82. p.903. b.*

51. Advocatus ultra licitam quantitatem nihil exigat, Torg. Ausſchr. *tit.* von *Advoc.* §. Wenn die *Advocat*en ꝛc. nec de quota litis paciſci poteſt, *l.15. C. de procurat.*

52. Valet tamen pactum aut conventio ratione palmarii in caſum victoriæ, *l.1. §.12. de extraord. cognit. Carpz. p.1. c.1. d.24.* atque promiſſum palmarium *(a)* exigere licet, etiamſi ſummam 100. imperialium excedat, *l.1.§.10.& 12. de extraord. cognit. l.3. C. de poſtul. Martin. O.P.S. tit.3. §.1. n.242. Rivin. ad O.P.S. tit.3. en.10. & 14.*

53. Advocato totius anni ſalarium exſolvi debet, finito licet proceſſu intra annum, vel quod ipſemet advocatus, aut reus in cauſa criminali moriatur, vel a litigantibus transactum fuerit, *arg. l.38. locat. l. pen. C. de condict. ob cauſ. Natta conſil.452. Gail. lib.1. obſ.44.* niſi ſub conditione operarum expresſe fuerit contractum, *per l.10. ad L. Rhod. de jact. l.213. de V.S. Gail. d. obſ.44. n.13. Carpz. p.1. c.1. d.ult. & lib.3. R.2. Berlicb. p.1. concl.9. n.78. ſeq.*

D 3 54.

(a) Plane in foro Saxonico Electorali palmaria vel honoraria ſtipulari non licet, quamvis cliens, finito proceſſu ex libera voluntate, advocato, pro præſtito fideli patrocinio, gratum ſe exhibere non prohibeatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.3. §.1.*

54. Honorarium advocato promissum in casu obtentæ victoriæ vel amicabilis compositionis, non debetur ejus heredibus, nisi ab ipso conditio sit adimpleta, *Carpz. lib.3. R.3.* Salarium vero annuum ad heredes transmittit advocatus, *Carpz. lib.3. R.4. Berlich. d. concl. n.79.seq.*

55. Advocatus, in propria causa, a condemnato in expensas, honorarium exigere non potest, *Gail. lib.1. obs.151. n.6.* dissentit *Bachov. ad Treutler. vol.1. disp.4. th.2. lit.c. Titius ad Lauterb. compend. tit. de postul.* nisi id petere possit per modum damni & interesse, *Carpz. p.1. c.31. d.12. Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.279.*

56. Sed cum advocatus propter difficillimam ejus, quod interest, probationem, rarissime aliquid, hoc intuitu, ab adversario consecuturus est, utilius adhibetur cautela, ut quis alterius advocati vel opera, vel saltem subscriptione utatur, *Wernher. c.l.*

57. Num honorarium advocati expositum est moderationi judicis? Resp. aut petita est moderatio ab actore, aut non: illo casu omnino moderandum est; hoc vero casu iterum distinguendum, utrum reus protestatus sit, an siluerit aut emanserit: priore casu iterum judicis moderatio est adhibenda; secus in posteriore, ubi reus secundum petita libelli est condemnandus, *Berger. dec.253.*

58. Sed, instituta ab advocatis expensarum actione, regulariter responsionem reis contumacibus, daß in Verbleibung dessen er pro confesso & convicto gehalten, auch die liquidirten Expensen ex officio moderiret werden sollen, injungi, tradit *Rivin. ad O.P.S. tit.36. en.26.*

59. Falluntur advocati, qui sibi persuasum habent,

bent, quod ipsis non modo, pro singulis parasangis, unus thalerus, cum ceteris sumtibus erogatis, sed praeterea honorarium, pro navata opera, exsolvendum sit: cum enim causidicorum copia ubique locorum haberi possit, credendum non est, quod restituere debeat adversarius expensas, si e longinquo adductus fuerit doctor, *Rivin. c. l. en.23.*

60. Advocatus, qui patrocinium usque ad sententiam definitivam promisit, non cogitur illud praestare, pro eodem pretio, in judicio appellationis, *Carpz. p.1. c. c. d.24.*

61. Advocatus, sive procurator, si in itinere a latronibus damnum patiatur, quod perdit, a cliente repetere non potest: nam hoc magis casui, quam mandato imputari debet, *l.26. §.6. mandat. Berlich. p.1. concl.10. n. ult.*

62. Add. loc. *instrumentorum productio. th.28. & 29.*

ÆDIFICARE.

1. Quilibet in suo pro lubitu ædificare potest, ad cœlum etiam usque, *l.8. l.9. C. de servit. & aqu.* etsi alteri ædificando noceat, *l.9. de S. P. U. l.26. de damn. infect. Berger. dec.64. n.1.2.*

2. Non tamen licet ædificare contra formam & modum, si quis lege, statuto, vel consuetudine observetur, *l.11. pr. d. S. P. U. l.12. C. de ædific. priv. l.6. C. de Servit.* nec contra servitutem constitutam, *l.9. de S.P.U. l.8. C. de servitut. Struv. ex.39. th.8.*

3. Nec ad alterius æmulationem, seu eo tantum fine, ut alteri noceamus, ædificare licet, *l.3. de oper. publ. nov.63. c.1. Struv. c. l.*

4. Neque usum rei communis plane intercipi

 ædi-

ædificando posse, volunt *arg. l.10. in fin. de S.P.U. Struv. c. l.*

5 Locis publicis non licet, ædificando in nostro, aliquod incommodum afferre, *l.3. de oper. publ. l.14. C. eod. Wernher. sel. obs. for. p.2. obs 374. Horn. cl.5. R.2.*

6. Non possumus, ædificando in nostro, quid immittere in alienum, *l.8. §.5. si servit. vindic. l.14. l.17. pr. eod. Struv. c. l.* vel supra alienum solum projecta facere, *l.29. §.1. ad l. Aquil. Struv. c. l.* vel tectum ita porrigere, ut stillicidium in vicini aream noviter cadat, *Cæpoll. de servit. c.41. n.2. Struv. c. l.*

7. Sub solo nostro si cellam fodiamus, non debent ædium vicinarum fundamenta labefactari, *arg. l.24. §. fin. de damn. infect. l.6. C. de metallar. Struv. c. l.*

8. Nec permittitur quicquam exstrui, quod publicæ obest utilitati, *l.3. de oper. public. Struv. c. l.*

9. Pertinet huc quoque, quod jure Saxonico dispositum legitur: Offen, Wassergerinn, Heimlichkeiten und Schwein-Ställe, die sollen drey Füsse von eines andern Mannes Zaune stehen, **Landr.** *lib. 2. art.11.*

ÆDIFICIA FEUDORUM.

Vid. loc. *Feudorum meliorationes.*

ÆDILITIÆ OPERÆ.

Vid. loc. *operæ ædilitiæ.*

ÆSTIMATIO. ÆSTIMATOR.

1. Æstimatio est venditio, *l.10. §.5. de jur. dot.* & dominium pariter ac periculum transfert in accipientem, *l.1. §.1. de æstimator. act. Lauterb. compend. jur. eod. tit.* modo id actum sit, & negotii natura patiatur *d. l.1. de æstimator. l.17. §.1. de præscript.*

2. Fallit igitur hoc, si alia sit mens & intentio con-

contrahentium, si nempe, taxationis causa, saltem apponatur æstimatio, *Carpz. lib.1. R.106.*

3. Quoties debitor rei fungibilis vel speciei est in mora, toties, quod ad rem fungibilem indistincte, quod vero ad speciem, tum, cum eadem vel deterior reddita, vel extincta est, ad præstandam æstimationem maximam, ex tempore moræ usque ad ultimum executionis momentum, tenetur, *l.8. §.1. de condict. furt. l.3. de condict. tritic. l.3. §.3. l.21. §.3. de act. emt. Berger. E. D. F. tit.5. obs.7. p.156. & p.1. supplem. §.21. p.80. nec non p.2. supplem. §.24. p.168.* Casum, quo etiam conductor ad æstimationem maximam condemnatus est, adducit *Berger. dec. 216.*

4. Ampliatur hæc regula 1) ut tempus etiam contractus inspici possit, si eo pluris res valuerit, *arg. l.41. §.1. de V. O. l.59. & 60. eod. l.3. §3. de act. emt. l.7. de aur. & arg. legat. Berger. E. D. F. d. tit.5. obs. 7. not.1. p.156.* 2) ut non intersit, res in specie, an in genere debeatur, *l.37. mandat. l.28. de novat. Berger. c. l.* 3) ut non sit statuenda differentia inter judicia bonæ fidei & stricti juris, *Berger. c. l.* 4) ut æstimationis maximæ ineunda sit ratio, quamvis ea per aliquot saltem dies, aut etiam momentum, cum aliquo tamen temporis spatio acceptum, steterit, *Berger. c. l.* 5) ut etiam accessionum, earumque naturalium, veluti fructuum, æstimatio maxima sit præstanda, *Berger. c. l.*

5. Limitatur autem regula, 1) si convenerit, ut certo tempore merx solveretur, neque tamen soluta fuerit: tum enim æstimatio est consideranda, quæ fuit eo tempore, quo convenit, *Berger. E. D. F. tit.5. obs.7. not.2. p.158.* 2) ut æstimatio maxima spectetur, non fortuita & singularis, sed communis & forensis, *Berger. c. l. p.159.* 3) si quis maximam æstimatio-

 matio-

mationem non exegerit, *Berger. c. l.* 4) si mora initio commissa deinceps per voluntariam rei debitæ oblationem fuerit purgata: tum enim debitor tenetur tantum ad maximam æstimationem ejus temporis, quo moram commiserit, usque ad tempus purgationis, *Berger. c. l.* 5) si actio, quæ propter moram debitoris ad maximam æstimationem competebat, per novationem in aliud obligationis genus fuerit transfusa, *Berger. c. l.*

6. Nunquam interesse moræ cum æstimatione maxima adjudicari solet, quia sub hac illud jamdum continetur, *l. 21. §. 3. de act. emt. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 4. lit. c. p. 24.* Nec in frumento consuetum superadditamentum, die Ausmaasse, simul peti potest, *Barth. c. l. Berger. E. D. F. tit. 5. obs. 7. not. 1. p. 158. & 160. p. 2. Supplem. §. 24. p. 168.*

7. Circa æstimationem rei spectantur omnia, quæ utilitatem aliquam præbere possunt, *Bartol. in l. 2. C. de rescind. vendit.* nec non ædium vicinus rixosus & onerosus spectari debet, *Mev. p. 7. dec. 108. n. 6.*

8. Si plures res uno pretio sint venditæ, tam vitiosarum quam non vitiosarum fit æstimatio, *l. 38. §. 15. de edilit. edict.*

9. Quando quis rem cum alio communem habet, & æstimatio fieri debet, non pars rei separatim, sed tota res æstimanda est, *Berlich. p. 1. concl. 83. n. 70. Horn. cl. 5. R. 10.*

10. Æstimatio facienda est juxta reditus, ex re percipiendos; unde non male se gravatos taxatione dicunt, contra quos habita saltem ratio præsentis perceptionis, *Mev. p. 1. dec. 31.* In æstimatione rei tamen non habetur ratio contributionum, quæ superiori solvuntur, *Mev. p. 6. dec. 158.*

11. Quia

11. Quia æstimatio agrorum secundum quantitatem & qualitatem fieri debet, ea vix persici poterit, nisi prævia agri mensura & inspectione: ea vero neglecta, non statim retractanda & annullanda est æstimatio, sed prius inquirendum, an fuerit necessaria. Fieri enim potest, ut sine ista notoria sit æstimatoribus quantitas & qualitas, veluti si vicini sint, harum rerum probe conscii, aut si ex æstimis constet ejus designatio, *Mev. p.6. dec.164.*

12. In æstimationibus præprimis mos regionis attendendus & sequendus est: Ubi de eo incidit dubitatio, standum est dicto æstimatorum, donec contrarium a parte probatum sit, *Mev. p.6. dec.162.*

13. Æstimatio lucri cessantis certa & exacta haberi non potest, adeo ut ex æquo & bono plerumque ea solum fieri soleat, *Barth. hodeg. for. c.1. §.4. lit. c. p.24.*

14. Unde, si v. g. reus pignoratas oves restituere detrectet, quia generationes sunt incertæ, modo pro uno capite 1. th. 6. gr. modo 1. th. tantum, nonnunquam dimidium floreni & minus, quotannis, loco fructuum, detractis alimentis, & mercede pastorum, quandoque etiam loco perceptorum & percipiendorum fructuum, quantum pro more regionis illius, quotannis, pro usu ovium, locarii loco, præstatur, adjudicari solet, per ea quæ tradit *Mev. p.3. dec. 373. Berger. p.2. supplem. ad E. D. F. tit. 28. p.562. & in additam. p.1969. Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en.13. 14. & 15.* Lucrum vero cessantis equi, v. gr. pignorati in singulos, detractis feriatis, dies ad 6. grossos redactum est, teste *Rivino c. l. en.16.*

15. Æstimatio rerum, quæ perierunt, fieri potest boni viri arbitratu, aut creditoris juramento, modo

modo veroſimile dicat, *Mev. p. 6. dec. 373.* quamvis regulariter non fiat æſtimationis probatio per juramentum, adeo ut, licet ſemiplene probata fuerit, in ſupplementum, iſtud non admittendum eſſe, putet *Bald. in l. un. n. 68. C. de ſentent. quapro eo, quod inter.*

16. Æſtimatio vel taxatio fieri debet partibus præſentibus, illis enim abſentibus, facta, irrita eſt, & denuo fieri debet, *Berger. dec. 419.* Plane, omiſſa citatione, factam taxationem penitus nullam non eſſe, ſed partes ſaltem de iis, quæ deſiderantur, audiri, tradit *Mev. p. 1. dec. 30.* & defectus ſolennium æſtimationem, cum ipſa juſta reperitur, non vitiat, *Mev. p. 6. dec. 159.*

17. Æſtimatoribus vel taxatoribus aliter non creditur, niſi antegreſſo juramento: nam pro teſtibus habentur, teſti autem injurato fides non habetur, *Berger. dec. 419.* Aſt, ut coram judicio publico jurent, non eſſe neceſſarium, tradit *Mev. p. 6. dec. 160.*

18. Defectus taxæ in materialibus eam non annullat, ſed ſupplendus eſt: ſicuti enim partibus defectus æſtimationis poſt eam ſemel peractam allegare integrum eſt: ſic quoque judici injungere ut, cum reperiuntur, ſuppleantur, *Mev. p. 6. dec. 163.*

19. Æſtimatio ſemel a judice approbata, ſi non appellatum, judicati inſtar habet, & irrevocabilis eſt, *Mev. p. 4. dec. 306.* Ante approbationem vero partes de æſtimatorum relatione ſunt audiendæ, *Mev. p. 4. dec. 359.*

20. A partibus, non a judice eligendos eſſe taxatores, juri convenire, & conſuetudine ſervari, prolixius tradit *Rutger. Ruland. de commiſſar. p. 1. lib. 4. c. 24. n. 4.* niſi quando vel ipſæ abſentes ſint, vel de æſtimatoribus convenire nequeant, vel quod ad electio-

ctionem necesse est, justo tempore non præstent, *Mev. p.1. dec.29.*

21. Pluribus per partes electis æstimatoribus, unius absentia efficit, ut taxa non valeat: secus se res habet, quando a judice dantur æstimatores, nisi simul injunctum, ut omnes adsint, *Mev. p.6. dec.161.*

22. Liberi æstimatione bonorum a patre facta stare tenentur, quamvis longe infra verum bonorum pretium sit, cum enim liberi heredes patri suo existant, ejus quoque voluntatem agnoscere tenentur, *Wernher. sel. obs. for. p.2. obs.442. n.1.* sed hoc limitandum, ut non procedat, quando per hujusmodi æstimationem reliquorum legitima læditur, *Wernher. c.l. n.2.* add. loc. *legitima. th.49.*

AGGRATIANDI JUS.

1. Jus veniam delinquentibus dandi, quod vulgo jus aggratiandi vocant, ad pœnam, jure humano sancitam, restringi debet, neque ad pœnas, jure divino universali constitutas, pertinet, *Ziegler. de jur. maj. lib.1. c.8. §.3. Berger. p.1. supplem. ad jurispr. crimin. obs.12. Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.82. n.1.2.*

2. Unde principi fas haud est, pœnam dolosi homicidii capitalem remittere, & in extraordinariam commutare, *Wernher. d. obs.82.*

3. Jus gratiam delinquentibus faciendi, iisque pœnam promeritam remittendi, eamve mitigandi, aut in aliam commutandi ad regalia pertinet, in quæ involare magistratui inferiori fas haud est, *Carpz. in pract. crimin. qu.150. n.8. seq. Ziegler. c. l. §.1. & 12. Berger. p.2. supplem. ad jurispr. crimin. obs.24. & 93. Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.365.*

4. Sed quod dictum de mitigatione pœnæ restringendum ad illam speciem mitigationis, quæ fit ex

ex mera gratia: justis enim de causis & ipse judex, vel potius collegium juridicum pœnam mitigare, in aliamve commutare potest, *Carpz. c. l. n. 69. Berger. p.1. supplem. ad jurispr. crimin. obs. 12.*

5. Plane magistratum inferiorem non quidem supplicium mortis in pœnam mitiorem civilem, veluti relegationis, aut mulctam pecuniariam commutare, vel pœnam mortis severiorem mitigare, atque in gladii supplicium convertere posse: ast pœnam fustigationis, relegationis & carceris in mulctam pecuniariam commutare, ipsi integrum esse, tradit *Carpz. c. l. n. 56. seq.*

6. Sed ab eodem recedunt, & sigillatim magistratum inferiorem fustigationem vel relegationem, sine consensu principis, in mulctam convertere, nisi princeps eam facultatem judici inferiori permiserit, negant, *Ziegler. c. l. §. 12. Wernher. d. obs. 365. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 17. not. 3. p. 907. seq.*

7. Ita in Electoratu Saxoniæ nobilibus, & aliis, merum imperium habentibus, concessa est facultas convertendi fustigationem & relegationem in mulctam pecuniariam, cum distinctione tamen, & sub certo modo. *Primum* enim voluit legislator, ut in collegiis juridicis causæ remissionis examinentur, & quousque ea locum habeat, per sententiam determinetur. *Deinde* ut mulcta, pœnæ corporali surrogata, non adeo modica & exigua sit. *Tertio*, ut mulcta illa in pios usus convertatur. *Quarto*, ut conversionis ratio Consistoriis Ecclesiasticis significetur. *Quinto*, ut delinquens nihilominus extra terminos jurisdictionis, intra quos deliquit, relegetur. In causis autem illis, in quibus temporalis tantum relegatio decreta fuit, mulctam pecuniariam surrogatam Serenissi-

renissimus Legislator magistratibus totam addixit, ut tamen quantitas ejusdem in Collegiis juridicis determinetur, *Resolut. grav. tit.* von Justitien-Sachen, §.39. *Ziegler. de jur. maj. lib.1. c.8. §.15. Berger. c.l.*

8. Hæc commutandi facultas tantummodo de iis, qui patrimonialem jurisdictionem habent, puta, nobilibus & senatibus oppidanis, capienda est, atque adeo minus recte vulgo ad præfectos, quæstores, Amtleute, Schösser, profertur, *Berger. c.l. & elect. proc. matrim. th.14.*

9. Neque hæc commutandi facultas porrigitur ad delicta carnis, utpote crebriora, in iis enim omnino vetita est pœnæ dictitatæ in pecuniariam conversio, *Ord. Pol. de an.1612. tit.* Straff anderer Laster. *verb.* Wie denn ingleichen *Carpz. qu. 150. n.93.seq. Berger. œcon. jur. c.l. & jurispr. crim. p.30.* Et licet *Carpz. c.l. n.97.* prohibitionem Electoralem ad eum adstringit casum, siquidem causa probabilis non exstet, quæ magistratum ad remittendam pœnam compellere possit: ei tamen doctrinæ minus tuto fidendum est, quandoquidem Summus Legislator Saxonicus, mediante Rescripto de an.1700. in delictis carnis, ejusmodi conversione Collegiis juridicis omnino interdixit, vid. *Berger. jurispr. crim. p.30.seq. & p.156.seq.*

10. Sed hoc tantum de delictis carnis consummatis, non de attentatis, capiendum esse, usus fori docet: quum & in pœnam impudicissimi tactus sexagena antiqua, ein Altschock, dictitari soleat, teste *Berger. c.l. p.31.*

ALIENATIO.

1. Alienatio, contra pactum de non alienando rei suæ traditioni adjectum, facta, dominii translatio-

nem non impedit, sed solum actionem ad interesse relinquit, *Stryck. de cautel. contract. Sect. 1. c. 3. §. 32. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 207. n. 2. & p. 2. obs. 372.* quamvis ejusmodi alienationem nullam esse, contendit *A. Fab. de err. pragm. decad. 87. err. 5. Sande tr. de prob. rer. alien. p. 4. c. 2.*

2. Nulla est alienatio, contra pactum de non alienando, suscepta, si pacto adjecta sit clausula commissoria, *Carpz. p. 2. c. 1. d. 17. n. 13. Stryck. c. l. §. 33. Wernher. d. obs. 372. n. 32.* aut hypotheca vel dominium reservatum, cui utilissime jungitur clausula constituti possessorii, *Stryck. c. l. §. 34. 35.* add. *Wernher. c. l. n. 35.*

3. Alienatio, contra pactum familiæ suscepta, est ipso jure nulla, nam huic pacto eadem vis inest, quæ alienationis per legem vel judicem factæ prohibitioni, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 207. n. 4. & p. 2. obs. 372. n. 2. seq.*

4. Alienatio, in ultima voluntate prohibita, etiam est nulla, *Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 3. §. 29. Wernher. d. obs. 372. n. 6.*

5. Valet tamen alienatio, contra testatoris prohibitionem facta, si consenserint, in quorum gratiam facta est prohibitio, *Stryck. c. l. §. 31.*

6. In generali prohibitione alienationis, a testatore facta, semper intelligitur excepta alienatio in favorem piæ causæ, *Auth. contra. C. ad SC. Trebell. Tiraquell. privileg. piæ caus. 102. 118. 130. Horn. cl. 7. R. 33. p. 422. a.*

7. Generalis prohibitio alienationis non impedit successionem ab intestato, *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 5. n. 58. Horn. cl. 10. R. 7. p. 565. b.*

8. Pro-

8. Prohibita alienatione inter vivos, mortis causa manebit permissa alienatio, *Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 3. §. 30.*

9. Eadem solennitas, quæ in alienandis pupilli aut minoris rebus immobilibus requiritur, adhibenda est in alienatione bonorum immobilium absentis majoris, *Berger. dec. 52.* furiosi & mente capti, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 93.*

10. In alienatione bonorum immobilium absentis, furiosi & mente capti, provocatio ceterorum coheredum ad divisionem etiam justa & necessaria causa erit, *Berger. c. l.*

ALIENATIO IN FRAUDEM CREDITORUM.

1. Si quid in fraudem creditorum a debitore alienatum sit, ad id revocandum comparata est actio, *l. 1. & t. t. quæ in fraud. credit.* quæ dicitur, *Pauliana in l. 38. §. 4. de usur. Struv. ex. 44. th. 73. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 2. n. 1.* sive ante, sive post missionis decretum alienatio sit facta, *Huber. prælect. ad J. tit. de act. §. 9. Struv. c. l. th. 44. Wernher. c. l. n. 32, 33.* licet, *Paulianam* jure non dari de rebus ante missionem in possessionem alienatis, putet *Sand. lib. 3. tit. 13. def. 1.*

2. In utilitatem chirographariorum introducta est hæc actio, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 34. p. 289.* Creditores enim hypothecarii non opus habent actione *Pauliana*, cum per alienationem debitoris non lædantur, sed salva ipsis sit actio hypothecaria contra quemcunque rei alienatæ possessorem, *Bœhmer. ad ff. tit. quæ in fraud. credit. Wernher. c. l. n. 41.* In arbitrio tamen creditoris hypothecarii, etiam in possessionem missi, est, hypothecaria, an Pauliana age-

re velit, *Carpz. lib.1. R.83. Struv. ex.44. th.75. Huber. c. l. §. 10.*

3. Actioni Paulianæ ut locus sit, prærequiritur fraus, animo & eventu, *l. 1. pr. l. 6. §. 8. & 9. quæ in fraud. credit. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 34. not. 19. p. 296. Hopp. ad verba: in fraudem credit. §. 6. J. de act.* & quidem in causa lucrativa, ex parte solius tradentis, *d. l. 6. §. 11. Hopp. c. l. Berger. c. l.* qualis non est dos, *l. 56. §. 1. de jur. dot. Huber. prælect. ad ff. tit. quæ in fraud. credit. §. 1.* in onerosa autem, ex parte utriusque, *d. l. 6. §. 8. Hopp. c. l. Berger. c. l.*

4. Fraus, quia in animo latet, ex conjecturis probari potest, *l. 17. §. 1. quæ in fraud. credit. Hopp. c. l. Berger. c. l. Struv. ex. 44. th. 75.* & dolus possessoris, si non aliter, saltem jurejurando, erui atque ad liquidum perduci potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 2. n. 37.*

5. Tunc demum exerceri potest actio Pauliana, cum bona a creditoribus per immissionem sunt possessa, & excussa seu distracta, hacque ratione apparet, debitorem non esse solvendo, *Hopp. ad verba: in fraudem creditorum §. 6. J. de act.* add. *Huber. prælect. ad J. tit. de act. §. 9. 10.*

6. Instituenda est hæc actio intra annum utilem, i. e. quadriennium continuum, *l. 6. §. ult. l. 10. pr. quæ in fraud. credit.* idemque a die demum excussionis seu distractionis bonorum computandum, *d. l. 10. §. 18. Hopp. c. l.* postea autem possessor saltem tenetur, quatenus locupletior factus est, *Struv. ex. 44. th. 78. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 34. not. 19. p. 296.*

7. Si fraudulentus emtor iterum alii, bona fide ementi, rem vendat, hic *Pauliana* conveniri nequit, *l. 9. quæ in fraud. credit. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 2. n. 12.*

8. Cre-

8. Creditor, qui, sciens debitorem solvendo non esse, urget eum ad solvendum, aut ad dandum v. g. merces vel alias res in solutum, a ceteris, qui pari jure nituntur, conveniri non potest, *l. 6. §. 6. & 7. l. 24. quæ in fraud. credit. Berger. œcon. jur. c. l. not. 20. Mev. p. 2. dec. 250. & p. 3. dec. 140. Horn. cl. 3. R. 9. p. 181. b. Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 2. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 2.* tametsi dies solutionis nondum venerit, & brevi post foro cedat debitor, *Barth. bodeg. for. c. 3. §. 17. lit. a. p. 562.* add. *Rivin. c. l.* adeo ut etiam fugitivum persequi debitorem, & in via publica ei extorquere solutionem liceat, dummodo reliqui creditores interea domi missionem in bona absentis debitoris, vel, stylo moderni processus, nondum arresta impetraverint, *l. 10. §. 16. quæ in fraud. credit. Barth. c. l. p. 563.*

9. Unde arrestum rebus debitoris, postquam eæ in solutum tertio cessæ sunt aut assignatæ, impositum, nullius loco habetur, *O. P. S. tit. 51. §.* es soll aber ein solches *Arrest. Berger. dec. 469.* add. *Barth. c. l.* Si vero creditor, cui assignata est res, suspicione fraudis laboret, jusjurandum purgatorium eidem imponi posse, tradit *Berger. c. l.* confer. *responsum*, quod habet *Wernher. c. l. n. 40.*

10. Imo tametsi in simili creditor, a non solvendo amplius existente, & brevi discessuro debitore, in solutum merces accipiens, reliquis contra eum insurgentibus creditoribus literis reversalibus promiserat, se, exigente necessitate, wenn es nöthig und erfordert werden solte, illas ad massam concursus restituturum, nihilominus, quia jure suo in solutum eas acceperat, a restitutione earum liberabatur, teste *Barth. bodeg. for. c. 3. §. 17. lit. a. p. 597.*

11. Sed hæc locum non aliter sibi vindicant, quam si creditores pari jure nitantur, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 293. n. 5.* veluti sunt chirographarii & privilegiati illi, qui non secundum ordinem temporis, sed æqualiter pro rata sua concurrunt, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 178. n. 1. 2. & d. 179. n. 1.* & bona nondum possessa tempore solutionis fuerint, *Carpz. d. def. 178. n. 3. Struv. ex. 44. th. 8. Barth. c. l. p. 563.* & creditor per gratificationem aut vi solutionem non acceperit, *l. 24. quæ in fraud. credit. Carpz. d. d. 178. n. 4. Huber. prælect. ad ff. tit. quæ in fraud. credit. §. 1.* quando enim plures creditores instant, & solutionem urgent, debitor uni præ reliquis gratificari nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 147.*

12. Alia est ratio, si creditores non pari & æquali jure nitantur, sed alii aliis sint potiores: nam creditores hypothecarii vel privilegiati repetere possunt pecuniam vel rem, quæ creditoribus chirographariis, imo & hypothecariis posterioribus soluta vel in solutum data est, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 179. & 180. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 293.* etiamsi pecunia vel res non amplius extet, sed vel bona fide consumta sit, *Carpz. d. def. 179. n. 5. & def. 180. n. 11. seq. Hartm. Pistor. p. 3. qu. 20. n. 19. seq.* dissentit, & de consumta neminem nisi fiscum, propter *l. 18. §. ult. de jur. fisc.* agere posse, ait *Huber. c. l.*

13. Attamen fallit id ipsum, si debitor alia adhuc possideat bona, ex quibus creditoribus anterioribus satisfieri possit; ideoque excussio debitoris semper præcedat necesse est, *l. 6. §. ult. de bon. autorit. judic. possid. Carpz. p. 1. c. 28. d. 181.*

14. Actione Pauliana res revocatur 1) sine pretio, quod tamen, si extet in bonis debitoris, emtori red-

reddendum est, *l.7. 8. quæ in fraud. credit. Struv. ex. 44. th.77. Berger. œcon. jur. lib.2. tit.2. th.34. not.22. p.298.* 2) cum omni causa, i. e. cum fructibus, qui tempore alienationis, & post litem contestatam percepti sunt, aut percipi potuerunt: non item medii temporis, *l.10. §.19.20. l. ult. §.4. eod.* neque cum usuris, *l. 18. §. ult. l.19. de jur. fisc. Struv. c. l. Berger. c. l.*

ALIMENTA. ALIMENTATIO.

1. Pater & avus paternus alere tenentur liberos, etiam naturales & spurios, *l.5. §.5. de agnosc. & alend. liber.* nec non illos, qui improbis corruptisque moribus sunt, *Wernber. sel. obs. for. p.5. obs.200.* nisi semet ipsos exhibere queant, *d. l.5. §.6.*

2. Pater filios, qui propria bona habent, de suo alere haud tenetur: nam obligatio patris ad liberos alendos est subsidiaria, quæ proinde cessat, si filius de suo ali potest. Quocirca pater alimenta, eorumque partem, ad quam bona filii sufficiunt, in restitutione bonorum adventitiorum deducere, vel repetere potest, *Surd. de aliment. tit. 6. qu. 6. in fin. Wernber. sel. obs. for. p.5. obs.73.* add. *Brunnem. ad l. un. C. de negot. gest.* maxime, si desuper protestatus sit pater, *Thomas. de piet. jurid. c. 11. §.23. Horn. cl.7. R. 45. p. 452. a.*

3. Adulterinis alimenta non debentur jure civili, *nov.89. c. ult. Huber. prælect. ad J. tit. de success. ab intest. §. 8.* bene vero jure canonico, *c.5. X. de eo. qui dux. in uxor. quam poll. adult. Carpz. p.3. c. 18. d.25. n.7.8. Beyer. ad J. tit. de success. ab intest. posit. 47.*

4. Patre mortuo, vel inope, avum paternum spurium, non nisi in subsidium, & quando mater ejus

etiam ſit inops, alere teneri, putat *Wernber. ſel. obſ. for. p.1. obſ.134.* quamvis vulgo onus alimentandi ſpurium avo paterno, licet mater non ſit inops, obtruditur, *Carpz. jurispr. eccleſ. lib.2. d.243. Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib.2. c.18. §.28. ad verba: in hujus bona immittenda.*

5. Vinculo conjugii per divortium ſoluto, non præciſe pater liberos ex ſe genitos alit, ſed judicis arbitrio permittitur, ut aliquando etiam matri hoc onus injungere queat, *l. un. C. divort. fact. apud quem liber. ibique Brunnem. Wernber. d. obſ.134. n.10.*

6. Qui concubitum cum fœmina fatetur, ſed plures cum ea rem habuiſſe excipit, ad alimenta infanti, durante lite, præſtanda tenetur, ſi modo ex eo concubitu infans legitime naſci potuerit, atque adeo ut non majus ſpatium, quam decem menſium ſit elapſum, *l.3. §.11. de ſuis & legit. hered. Wernber. ſel. obſ. for. p.1. obſ.63.*

7. Alimenta privigno præſtita, vitricus repetere poteſt, *l. un. C. de negot. geſt.* niſi privignus probet, animo donandi a vitrico ſibi præſtita fuiſſe alimenta, aut privignus in ipſius obſequio & ſervitiis fuerit, *Carpz. p.2. c.10. d.29.*

8. Deficientibus parentibus, liberis, ut & fratribus & ſororibus, agnati & cognati ſecundum ordinem ſuccedendi ad præſtationem alimentorum ſunt obſtricti, *Carpz. lib.4. R.59.*

9. Spurius, matre abſente, patreque ignoto, a proximioribus cognatis, iisque deficientibus, a magiſtratu, ſuperiorem jurisdictionem habente, ali debet, *Carpz. lib.4. R.60.*

10. Ali-

10. Alimenta, quamvis certa temporis determinatione promissa, finiuntur morte ejus, cui debentur, *Carpz. lib. 4. R. 57.*

11. Præteriti temporis alimenta peti nequeunt, ea scil. quæ ex officio judicis debentur: aliter enim res sese habet in alimentis, quæ jure actionis ex promissione facta, vel testamento debentur, *Carpz. lib. 4. R. 58. & p. 2. c. 10. d. 30. & 31.*

12. Mater alimenta, infanti suppeditata, a stupratore repetere potest, non item infans, cujus non interest, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 4. not. 7. p. 826.*

13. Pecunia, propter alimenta in singulos annos, relicta in principio cujuscunque anni exsolvenda, *Carpz. lib. 4. R. 64.*

14. Add. loc. *Mater. th. 4. 5. 6. 7.* loc. *filius. th. 3.* loc. *liberi, th. 7. 10.* loc. *opera. th. 1.* loc. *transactio th. 5.* loc. *uxor. th. 16. 17.*

ALLODIALIA BONA.

Vid. loc. *bona allodialia.*

ALTERNATIVA.

1. In alternativis electio est penes debitorem, *l. 10. §. fin. de jur. dot. c. 70. de R. I. in 6to. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. d. 13. n. 1.* nisi alterum sit adjectum in favorem creditoris, *Gail. lib. 2. obs. 84. n. 12. Carpz. lib. 1. R. 52.*

2. In pœnis alternative dictatis magistratui competit electio, *Carpz. p. 4. c. 47. d. 13. n. 12.*

3. In alternativa juris obligatione altero expresso, alterum tacite continetur, *Berger. elect. proc. exec. §. 26. p. 33.*

4. In obligationibus annuis alternative con-

ceptis, singulis annis, variare licet, *l. 21. §. 6. de act. emt.*

5. Qui ad annuam præstationem alternative obligatus est, unius solutione, diuturno licet tempore facta, electionem haud amittit, nisi in prohibitione creditoris acquieverit, & uniformiter debitum præstiterit, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 461.*

ALTERVM TANTVM.

1. Usuræ ultra alterum tantum peti & exigi nequeunt, *l. 26. §. 1. de condict. indeb. l. 10. l. 27. §. 1. C. de usur. Zanger. de except. p. 3. c. 25. n. 29. Carpz. p. 2. c. 30. d. 26. & lib. 4. R. 48. Finckelth. obs. 40.* in omnibus, cujuscunque generis, etiam bonæ fidei contractibus, *l. 27. §. 1. C. de usur. Berger. dec. 159. n. 2.* licet particulariter sint solutæ, *nov. 121. c. 2. nov. 138.* Ut itaque usuræ, ultra alterum solutæ, etiam particulariter, repeti vel in sortem computari possint, *l. 26. pr. de condict. indeb. Tabor. de alter. tant. part. 2. art. 7. Carpz. d. c. 30. d. 26. 27.*

2. Exceptio est 1) in usuris rei judicatæ, *Carpz. d. c. d. 28. & lib. 4. R. 48. n. 9. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. l. p. 488.* 2) in annuis reditibus, *Gail. lib. 2. obs. 7. n. 7. seq. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 8. §. 4.* 3) si usuræ, non ut usuræ, sed ut interesse petantur, *l. 2. §. 8. de eo, quod cert. loc. Berlich. p. 2. concl. 38. n. 37. Zanger. de except. p. 3. c. 25. n. 29. 30. 46.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 1. Mev. p. 7. dec. 2.* 4) in usuris piæ causæ exsolvendis, *Carpz. lib. 4. R. 49. Mev. p. 7. dec. 136.* quamvis contrarium statuere videatur, *p. 6. dec. 386.* 5) in usuris civitati debitis, *Nov. 160. in præf. & c. 1. Mev. p. 7. dec. 136. n. 3.*

3. Hodie in Saxonia Electorali usuræ ultra alterum

terum tantum indiſtincte currunt, & exigi poſſunt, ſive annuatim, vel diſtinctis temporibus ſolvantur, ſive etiam de iis nihil ſolutum ſit: hoc tamen poſteriori caſu neceſſe eſt, creditoris interpellationem judicialem interceſſiſſe; & excipitur inſolitus caſus: ſi creditor in mora accipiendi uſuras fuerit. *Dec. Elect. Sax. nov. 29. ibique Philip. obſ. 1.*

4. Unde in Saxonia Electorali uſuræ pretii emtionis, des Kauff-Geldes, ultra alterum tantum debitæ exigi poſſunt, *Berger. E.D.F. tit. 50. obſ. 2. not. 2. p. 1657.* Aſt in Luſatia ne has quidem ultra alterum tantum currere, tradit *Berger. dec. 159. n. 5. 6.*

ALVEUS.

1. Alveus derelictus hodie adhuc ad eos pertinet, qui prope ripam ejus prædia poſſident, niſi lex vel conſuetudo contraria oſtendi queat, *Carpz. p. 3. c. 31. d. 14. 15. Hopp. ad §. 23. J. de R. D. in uſ. hod. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 150.*

AMICABILIS COMPOSITIO.

1. Ante omnia amicabilis compoſitio (*a*) inter litigantes eſt tentanda, *O. P. S. tit. 1. Carpz. proc. tit.*

(*a*) Secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 1. §. 1. judex litigantibus, ad promovendam amicabilem compoſitionem, pro qualitate cauſarum & perſonarum, perſonalem comparitionem, ſub certa mulcta injungere debet, nec iis permittitur per procuratorem comparere, niſi morbo, itinere neceſſario, aliaque ſimili ſufficiente cauſa, judicis arbitrio definienda, impediti fuerint: quibus tamen caſibus mandatarius, non ad referendum tantummodo, ſed ad litem amicabiliter componendam ſufficienter inſtructus eſſe debet. Sic quoque univerſitates, integra collegia, aut plures litis conſortes non obligantur in perſona comparere, ſed ſufficit, ſi ſyndicos aut mandatarios ſatis inſtructos mittant.

10. art. 1. n. 13. seq. & p. 1. c. 1. d. 10. n. 9. add. *Berger. E. D. F. tit. 1. obs. 1. p. 10.* quæ tamen, si omissa, processum non vitiat, quanquam judex neglecti officii reus sit, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 224.*

2. Non potest vero judex partes cogere (a) ad amicabilem compositionem, *l. 3. §. 1. l. 27. §. 2. de recept. arbitr. Carpz. lib. 2. R. 51. n. 19. & p. 1. c. 1. d. 11. n. 5. Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 10.* nisi actione injuriarum conveniri velit, *Rivin. c. l. en. 11. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 225.*

3. Plane judex partes ad compositionem amicabilem cogere potest 1) si subsit timor, ne ad arma partes veniant, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. c. 5. cas. 442. n. 9. Carpz. d. def. 11. n. 3.* confer. vero *Wernher. d. obs. 225. n. 2. seq.* 2) dissensio sit inter partes insignis, ex qua respublica turbari possit, *l. 21. §. 1. de capt. Carpz. c. l.* vel 3) lis sit de alimentis, *Carpz. c. l. n. 4.* idque maxime, quando lis vertitur apud judicem supremum, *Matth. de Afflict. dec. 179. n. 7.* de quibus, aliisque casibus, vid. *Tusch. tom. 2. lit. c. verb. concordia. concl. 564.*

4. Etiam per litis moras judicem partes litigantes ad concordiam compellere posse ob publicam utilitatem tradit *Mev. p. 1. dec. 124. & 125.*

AMTSASSIUS.

1. In dubio potius amtsassica quam schrifftsassica conditio præsumitur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 3. not. 7. p. 943.*

ANATOCISMUS.

Vid. loc. *Usuræ.*

ANNUÆ PRÆSTATIONES.

1. Jure civili annuæ præstationes una præscriptione

(a) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 6.*

ptione non expirant, sed singulis annis, tanquam novum debitum, nova præscriptione indigent, *l. 7. §. 6. C. de præscript. 30. annor.* Jure vero Saxonico annuæ præstationes, sive ex contractu, sive ex testamento debeantur, in totum præscribi possunt, *Constit. Elect. 2. p. 2.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 464.*

2. Hoc tamen ad annuos reditus, sub pacto de retrovendendo promissos, haud quaquam extendi debere, tradit *Carpz. p. 2. c. 2. d. 1.*

3. Conductor & colonus pensionem futuri temporis præscribere non possunt, cum illi non sibi sed alii possident, *l. 2. C. de præscript. 30. annor. Carpz. d. c. d. 3.*

4. Annuas præstationes, 20. annorum spatio, in minori summa, recipiens residuum petere nequit, *l. 5. C. de usur. Carpz. d. c. d. 5.* nisi creditor petitionem residui, expressa protestatione, aliove modo, sibi reservaverit, *Carpz. d. c. d. 6.*

5. Ex solutione annuæ pensionis, tribus annis proximis facta, inducitur præsumptio totius debiti in præteritum soluti, *l. 3. C. de apoch. public. Carpz. d. c. d. 7.* Quæ tamen præsumtio admittit probationem in contrarium, *Carpz. d. c. d. 8.*

6. Obligatus solvere annuum censum in certo, vel monetæ, vel frugum genere, si ultra longissimum tempus in alio, vel monetæ, vel frugum genere, eum solverit, ex obligatione priori amplius non tenetur, *Constit. Elect. 3. p. 2.* licet creditor desuper protestatus fuerit, *Carpz. ad d. c. 3. d. 1.*

7. Ex solutione vero annui census, ultra tempus longissimum, in alio genere frugum, difformiter facta non inducitur præscriptio, *Carpz. d. c. 3. d. 2.*

8. Vid. loc. *alternativa. th. 4. 5.* loc. *promissio. th. 3.*

ANNUI

ANNUI CENSUS, SIVE REDITVS.

1. Census annuus, si in pecunia numerata constituatur, legitimam quantitatem usurarum non excedat, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 8.* §. *14. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 13. not. 5. p. 766.*

2. Exceptio est 1) in censibus promobilibus, Rutscher-Zinßen, qui, antegressa semper interpellatione, altero die duplicantur, tertio triplicantur, &c. *Berger. c. l. p. 767.* 2) si in fructibus constituatur census, quamvis, in quantum fieri potest, ejusmodi proportio facienda est, ut fructus æstimationem quantitatis non excedant, *Stryck. c. l.*

3. Si emtor annui census pro 100 pluris quam 5. annuatim emerit, contractus quidem in totum non vitiatur, sed in summa legitima subsistit, & reditus annui, ultra quincunces, soluti, sorti quidem non imputantur, sed de futuris pensionibus detrahuntur, *Carpz. p. 3. c. 24. d. 14. 15.*

4. Emtor, seu creditor a venditore, seu debitore redituum annuorum sortem repetere non potest, sed quamdiu debitor contractui stare, & creditori annuos reditus præstare velit, illos accipere tenetur, *Carpz. p. 3. c. 24. d. 16. Lyncker. de redit. ann. disp. 1.* §. *5. p. 10. 11.* Nec valet pactum, quo ille repetitionem sortis sibi reservavit, *Ord. Polit. de an. 1548. tit.* von wucherlichen *Contracten,* §. Und nachdem, *vers.* unangesehen, *Carpz. d. c. d. 17. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 4. th. 13. not. 3. p. 766.* licet constitutioni imperii renunciatum sit, *Carpz. c. l. Berger. c. l. Horn. cl. 11. R. 13. p. 614. a.*

5. Licet tamen emtori sortem repetere 1) si venditor, in reditu præstando, moram nectere soleat, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 30. d. 22. n. 6. Carpz. d. c. d. 18.*

Berger.

Berger. c. l. add. *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 72.* 2) si contrahentes postea ab emtione recesserint, sortem in mutuum convertentes, *Carpz. d. c. d. 19.* 3) in concursu creditorum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 37.*

6. In annuis reditibus realibus, si ex causa sterilitatis, vel turbulentiæ bellorum fiunt inexigibiles, damnum est emtoris: ille enim est dominus illius sortis, quam annuatim percipere debet, *arg. l. 17. §. 1. de annuis legatis. l. 6. C. de pignor. act. l. 7. de peric. & commod. rei vendit. Carpz. lib. 1. R. 107. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 7. th. 13. not. 1. p 765.*

7. Cum census redimibiles regulariter constituantur, & constituti præsumantur: Venditori permittitur ab hoc contractu recedere, & se, exsolutione sortis, ab onere præstandorum redituum liberare, *Carpz. p. 3. c. 24. d. 16.* nisi aliud testamento vel pacto constitutum est, *Berger. c. l. not. 2. p. 766.* add. *ejusd. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 42. §. 10. p. 503.*

8. Sors redituum annuorum, eadem bonitate, & eodem loco restitui debet, quæ fuit tempore contractus, & ubi solutio ab emptore primum facta, licet in viliori moneta reditus fuerint soluti, *Horn. cl. 11. R. 13. p. 614. b.* add. *Berger. œcon. jur. c. l. not. 4.*

9. Ad resolvendam emtionem annuorum redituum nulla retrovenditione est opus, sed sufficit sola pecuniæ restitutio, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 26. d. 22. n. 9. Carpz. p. 3. c. 24. d. ult.*

10. Juri redimendi, respectu venditoris, nullo tempore præscribitur: at singulis reditibus, jure civili 30. annis, jure autem Saxonico, 31. annis, 6. hebdom. & 3. dieb. præscribitur, *Berger. c. l. n. 6. p. 767. Horn. cl. 10. sent. 12. p. 751. a.* add. *Carpz. p. 2. c. 2. d. 1.*

11. Annui reditus, una cum ipsa sorte, inter res immo-

immobiles referuntur, *clement. 1. de V.S.* sive sint reales, sive personales, *Constit. Elect. Sax. 24. p. 3. ibique Carpz. d. l.*

12. Unde annui reditus, instar aliorum immobilium, non nisi judicialiter oppignorari possunt, *Carpz. p. 2. c. 23. d. 3.*

13. Et eorum possessor a satisdatione pro reconventione & expensis est immunis, *Carpz. p. 1. c. 5. d. 16. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 8. p. 219.*

14 Porro mortua uxore emtrice, maritus, ut heres mobiliaris, neque de ipsa sorte, neque de censibus, in Saxonia aliquid percipit: quod tamen intelligendum de illis, quorum dies nondum venit: illos enim, quorum dies jam venit, lucratur maritus, *d. c. 24. ibique Carpz. d. 5.* add. *Berger. c. l.* Imo defuncta uxore, ante solutionis diem, annui reditus postea exigibiles inter heredes & maritum, pro rata temporis dividuntur, *Carpz. d. c. d. 6.*

ANNUS GRATIÆ, Gnaden-Jahr.

1. Ultra salarium, quod defunctus ecclesiæ minister promeruit, ex singulari beneficio, viduæ ac liberi ejus, quibusdam in locis, totus, *Stryck. disp. de ann. grat. c. 2. n. 1. seq.* In Saxonia vero dimidius annus gratiæ adhuc assignatur, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 1. d. 183.*

2. Vi hujus percipiunt semestria salaria, proventus & accidentia, sive consistant in pecunia numerata, sive in certis aliis reditibus, decimis, frumento, fructibus agrariis & hortensibus, *Carpz. c. l. d. 185. seq. Finckelth. de jur. patron. c. 6. n. 93. Philipp. ad dec. 48. obs. 1. n. 7. seq.*

3. Incipit autem ille dimidius annus, in Saxonia, vi peculiaris *Rescripti* de an. 1721. statim a tempo-

tempore mortis, vid. *Wernher. supplem. nov. ad p. 8. obs. 406.*

4. Hæc salaria & accidentia semestria, in Saxonia, inter viduam & liberos secundum capita dividuntur, *Dec. Elect. Sax. nov. 48. ibique Philipp. obs. 2.* Si vero cum filiis nepotes, aut hi soli concurrant, quoad hos divisio secundum stirpes instituitur, vid. *Carpzov. c. l. d. 210. n. 10. Titius* in der Probe des Teutsch. geistl. Rechts, *lib. 2. c. 7. §. 37.*

5. Annum gratiæ lucrantur heredes defuncti, etiamsi paternæ hereditati renunciaverint; nec de eo æs alienum defuncti exsolvi debet, *Carpz. p. 2. c. 5. d. 9. 10. & jurispr. eccles. lib. 1. def. 225. & 223.* qui igitur ob id nec arresto constringi potest, *Carpzov. jurispr. eccles. lib. 1. def. 224.* add. *Titius c. l. §. 25.*

ANTAPOCHA.

1. Antapocham creditor negligere potest, petenti autem debitor dare tenetur, *l. 19. C. de fid. instrum. Horn. dissert. de antapoch. §. 9. & 16.* ad quod, licet dissentiat *Hillig. lib. 25. c. 7. lit. P.* condictione ex lege compelli potest, *Horn. c. l. §. 31.* qui §. *29. & 30.* suggerit cautelas, quomodo per indirectum ab invito debitore antapocha extorqueri possit.

2. Antapocha peti potest in causis *redituum*, quos coloni dominis præstant pro usu prædiorum rusticorum, & deinde *usurarum*, quas præstant debitores pro usu sortis, quæ apud eos est, aliisque similibus, *d. l. 19.*

3. Hinc necessitatem dandi antapocham DD. extendunt ad omnes annuas præstationes, puta, ad *vectigal & canonem emphyteuticum*; ad *pensionem*, quam *superficiarius* solvit pro ædibus, quas in alieno solo habet constitutas; ad *censum annuum* in alterius

fundo

fundo allodiali vel reservatum vel constitutum; ad *annuos reditus redimibiles*; ad *censum* vel *præstationem*, quam ex *feudo censuali* præstat vasallus; item ad contractus *libellarios*, ex quibus annua pensio præstanda; item ad *annua legata*; & denique ad *omnes alias præstationes annuas*, quæ vel ex pacto, vel ex re judicata, vel ex lege debentur, *Horn. d. disp.* §. *20.*

4. Hoc pertinet etiam ad illas præstationes, quæ *certis anni partibus vel menstruatim* solvendæ sunt, imo ad omnes illas, quæ sunt reiterabiles, licet non sint annuæ nec menstruæ, cujus rei exemplum in *laudemiis* esse potest, *Perez. ad C. de fid. instrum. n. 4. Horn. c. l.*

5. Porro in causis, ubi semel tantum res præstatur, etiam antapocha peti potest, v. c. in *mutuo*, quando debitor totum debitum vel partem ejus solvit, *Horn. d. disp. de antapoch.* §. *21. & 22.* dissentit *Hillig. in Donell. lib. 25. c. 7. lit. P.*

6. Præcipua antapochæ commoda sunt, quod 1) inde probari possit, vel nunquam cœptam, vel si cœpta, interruptam fuisse præscriptionem, *l. 19. C. de fid. instrum. Horn. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 6. not. 11. p. 1059.* quod 2) dominus vel locator contra colonum vel inquilinum, negantem, verum dominum esse dominum, vel rem ab eo sibi locatam esse, jus suum vindicare atque asserere possit, *d. l. 19. Horn. c. l.* §. *7.* quod 3) impediat exceptionem non numeratæ pecuniæ, *Berger. c. l.* condictionem indebiti, *Castr. ad l. 2. C. de condict. sine caus. n. ult. Horn. c. l.* §. *21.* exceptionem solutionis debiti totius, si debitor partem ejus tantum solverit, *Horn. c. l.* §. *22.* quod 4) proficiat ad instituendum proces-

processum executivum, sicubi forte desit instrumentum obligationis originale, & 5) inde probari possit qualitas sive conditio monetæ, ex contractu debitæ, denique 6) ex eadem appareat, quo quidque tempore solutum sit, ad effectum scilicet petendæ usuræ tardioris solutionis, *Berger. c. l. Horn. c. l. §. 22.36. & 37.*

7. Hinc, ut fiscus præcipue & piæ causæ universitates item & collegia diligentius attendant ad usum antapochæ, utpote qui cum e prædictis, tum ex aliis nonnullis, inprimis quod ad administratores bonorum communitatis satis eluceat, monet *Berger. c. l.*

8. Ut vero Antapocha prædictos effectus habeat, requiritur, ut ex ista appareat, quis solverit, cui solutio facta, quid solutum, qualeve, ex qua causa, & quo tempore, imo & quo loco, *Brunnem. ad l. 1. C. de apoch. public. Donell. ad l. 19. de fid. instrum. n. 19. Horn. d. disp. th. 24.*

ANTICHRESIS.

1. In tacita antichresi, quæ intra legitimum usurarum modum coercetur, *l. 8. in quib. caus. pign.* creditori fructus, qui excedunt usuras, imputantur in sortem, non solum quos actu percepit, sed etiam, quos percipere potuit, *l. 3. C. de pign. act. Berger. E. D. F. tit. 46. obs. 5. not. 4. p. 1611.* add. *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 4. §. 24,*

2. Nec valet antichresis expressa, quoad excessum legitimarum usurarum, si fructus sint certi, *Berlich. p. 2. dec. 170. n. 24. Habn. ad Wesenb. tit. de pign. n. 5.* imo etiam, si sint incerti, quando immodicus eorum deprehenditur excessus, *arg. l. 14. C. de usur. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 115.*

3. Sed quod superfluum, rationibus redditis, in sortem est imputandum, aut condici potest, *Carpz. p. 2. c. 30. d. 41. Habn. ad Wesenbec. c. l.* add. *Berger. c. l. p. 1612. & p. 2. supplem. p. 597.* licet debitor se ad exsolutionem sortis obtulerit, *Horn. cl. 12. sent. 4. p. 787. b.* & exceptioni reddendarum rationum renunciaverit, *Stryck. de cautel. contract. sect 2. c. 4. §. 23.*

4. Ob modicum vero usurarum legitimarum excessum, creditor antichreticus non tenetur restituere fructus superfluos, si sint incerti, *l. 14. C. de usur. Carpzov. d. c. d. 40. Horn. cl. 11. sent. 47. Stryck. c. l. §. 21.*

5. Fructus naturales ex hortis & pratis certos esse, adeoque semper in sortem imputari, quatenus legitimas usuras exsuperant, tradit *Carpz. d. c. d. 42.* eos vero etiam incertos esse, notat *Esbach. ad d. loc. Carpzovianum*, & pro talibus etiam in praxi haberi, patet ex *Horn. cl. 11. sent. 47.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 15. not. 4. p. 596. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 157.*

6. Creditorem antichreticum solvere oportere onera qualia qualia fundo pignorato innexa, cum inter eum atque debitorem id actum esse censeatur, ut, quod, deductis oneribus, superest fructuum, id quidem, loco usurarum, cedat creditori, tradit *Berger. in resolut. Lauterb. tit. de pign. act. ad verba: pactum ἀντιχρήσεως. n. 2. & E. D. F. tit. 46. obs. 5. not. 4. p. 1612. & p. 2. Supplem. tit. 46. §. 6. p. 864.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 77.*

7. Creditor, siquidem, factis fructuum quærendorum impendiis, vel ob extraordinariam sterilitatem, vel incursiones hostium, aut similem insperatam causam vel plane nullos, vel modum usurarum legiti-

giti-

gitimarum non attingentes, percipiat fructus, usurarum supplementive vice aliquid a debitore exigere non potest: nihil vero vetat, quo minus in antichresi tacita, imo & expressa, siquidem certi sint fructus, id, quod deest legitimis usuris, peti queat, *Berger. c.l.*

8. Si sub pacto antichretico pignus ad certum tempus creditori traditum est; ante hujus lapsum debitum offerri, & pignus relui non potest, *Richter. p. 2. dec. 36. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 411.*

9. Si in illiquido consistunt fructus, debitor in pignus statim immitti nequit, licet cautionem præstare velit, *Horn. cl. 12. sent. 4. p. 786.* confer. omnino *Mev. p. 9. dec. 90.*

APOCHA.

1. Ex apochis trium annorum præsumitur solutio præteritorum quoque annorum, *l. 3. C. de apoch. publ. Stryck. de cautel. contract. sect. 4. c. 3. §. 7. Horn. cl. 12. R. 30. p. 803. a.* Cujus legis dispositionem etiam ad semestrales, trimestrales, quinquennales, & similes præstationes proferunt, vid. *Berger. E. D. F. tit. 24. obs. 4. p. 746.*

2. Cessat vero illa præsumtio, si tertia apocha non sit perfecta, *Berger. dec. 115.*

3 Exceptio non numeratæ pecuniæ adversus apocham, intra 30. dies, est opponenda, adeo ut onus probandi recumbat in debitore: postea vero præsumitur facta solutio, ita, ut creditor amplius non audiatur, probaturus licet, nihil aut minus solutum esse, *l. 14. §. 2. C. de non. numer. pecun. Zanger. de except. p. 3. c. 14. n. 32. Stryck. c. l. §. 3. Berger. E. D. F. tit. 11. obs. 4. not. 3. p. 375.* Hinc nec jusjurandum de solutione non facta deferri potest, *Berger. dec. 151. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 15.*

4. Exceptio præscriptionis 30. dierum, adversus apocham, non minus mandatario solutionis, quam ipsi debitori competit, licet non illius, sed hujus mentio, uti fieri solet, in illa sit facta, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 456.*

5. Quod si vero creditor, ad dandam apocham, dolo debitoris inductus fuerit, ille habet replicam vel actionem doli specialis, quæ contra apocham, etiam post 30. dies, urgeri potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 355. & in supplem. ad p. 1. obs. 6. Rivin. c. l. en. 16. Berger. dec. 157.* etiam a mandatario, qui nomine principalis illam dederit, & itaque in metu constitutus est, ne ab eo conveniatur ad resarciendum damnum, vid. *responsa*, quæ habet *Berger. in E. D. F. tit. 11. obs. 4. not. 4. p. 376.* Nam quietantia, dolo impetrata, nihil operari potest, *Mev. p. 8. dec. 21. Stryck. c. l. §. 4.*

6. Itaque juramenti delationi locus est, non minus in præcedenti casu, super dolo, vid. memorata *responsa* apud *Berger*, add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 16. Wernher. sel. obs. for. in supplem. ad p. 1. obs. 6.* quam in eo, si apocha sit generalis & obscura, *Horn. cl. 12. R. 42.* quæ non est extendenda ad ea, in quibus captio esse poterit, *l. 6. de pignor. Stryck. de jur. sent. disp. 10. c. ult. n. 28.*

7. Si creditor, cui solvitur, scribere non possit, apocha a tertio, sed voluntate creditoris, conscribi potest; quo casu idem operatur, ac si ipse creditor scripsisset, *Carpz. lib. 4. R. 79. Stryck. de cautel. contract. sect. 4. c. 3. §. 8.*

8. Mulierem Saxonicam, sine curatore, super debito sibi soluto, apocham facere, & debitorem suum liberare posse, contra *Carpz. p. 2. c. 15. d. 3.* id negantem,

gantem, notat *Berger. dec. 49.* Apocham vero mulieris, literarum ignaræ, a curatore, & uno teste, subscriptam, non valere, tradit *id. Berger. dec. 50.*

9. Add. loc. *maritus. th. 22.* loc. *mulieris contractus th. 31. 32.*

APOTHECA.

Vid. loc. *pharmacopolium.*

APPELLATIO.

1. Appellatio fit: vel *viva voce*, in continenti, stante pede, quod regulariter est arbitrii & libertatis: sed in causis metallicis necessitatis, *Ord. Metall. Elect. Sax. art. 104.* vel in *scriptis*, & libello appellatorio, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 2. p. 1132.* add. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 33. §. 5.*

2. In libello appellatorio exprimi oportet 1) nomen appellantis & appellati, idemque judicis a quo, 2) gravamen, cui adjici solet protestatio: *salva autoritate*, 3) nomen judicis ad quem, vel in *specie*, vel in *genere*, puta ad *competentem*, aut *alternative*, v. c. ad Curiam Provincialem, aut judicium Appellationis, modo vel ante, vel etiam post decendium judex ille superior determinetur, 4) imploratio de recipienda appellatione, 5) nomen appellantis, idemque vel ab ipsomet principali, vel ab ejusdem procuratore, vel denique ab advocato causæ subscriptum, *Berger. c. l. not. 2.*

3. Appellatio interdum a judice superiore commutatur (*a*) in leuterationem, Churfürstl.

(*a*) E contra si alter leuterationem, alter appellationem interponat, quod sæpius fit, quando plures litigatores concurrant, præprimis in concursibus creditorum, recepta appellatione, leuteratio, quando ejus gravami-

Sächs. *Appellation-Patent de an. 1670.* §. Darnebst. *Berger. c. l. not. 1.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 80. lib. q. p. 365.*

4. Appellatio appellationis dum demum admittitur, si duæ sententiæ conformes immediate invicem non subsequuntur, *Berger. dec. 432.*

APPELLATIONIS SUBJECTUM.

1. Procurator appellationem interponere potest, quamvis tantummodo generali mandato ad causam sit instructus, *arg. l. 17. C. de procurat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th 3. not. 2. p. 1133.* Absque mandato vero interposita appellatio non admittitur, *Carpz. lib 3. R. 209.* De advocato nomen principalis subscribente vid. loc. *advocatus. th. 48.*

2. Cum plures sint litis consortes, unius provocatio reliquis prodest, *tit. C. si unus ex pluribus appellaverit*, modo eandem habeant defensionis causam, *l. 10. §. ult. de appellat.* & eadem sententia sint condemnati, *d. l. 10. j. l. 17. de appellat. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 3. p. 329. & Resolut. Lauterb. tit. de appellat. qu. 1. Carpz. p. 1. c. 20. d. 15.* Quod igitur ad creditores in concursu, qui litis consortes non sunt, applicari non potest, *Berger. Resolut. Lauterb. c. l. & œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 3. not. 3. p. 1133.*

3. Privilegium de non appellando, nonnullis Ordinibus Imperii datum, exulat in casu justitiæ, aperte vel denegatæ, vel protractæ, *A. B. c. 11. §. 4. Berger. c. l. not. 6. p. 1134.*

4. Non obstante privilegio de non appellando, subdi-

na sint sufficientia, in appellationem commutatur, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 9.*

ſubditos Ducum Saxoniæ, ſuper nullitate ſententiæ, in Camera Imperiali conqueri poſſe, tradit *Carpz. p. 1. c. 20. d. 24. 25.*

5. Et ex ſpeciali conventione obtinere, ut in Epiſcopatibus Saxonicis alternative, vel ad Cameram Imperialem, vel ad Supremum Electorale Judicium Appellationum provocare liceat, refert *Carpz. lib. 3. R. 125.*

6. Si ad ſuperiorem, ſed incompetentem judicem, appellatum eſt, judex inferior in cauſa procedere, & decretum exequi non poteſt, ſed debet cauſam ad judicem competentem referre: error enim circa judicem ad quem commiſſus vim appellationis ſuſpenſivam haud excludit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 460.*

7. A mandatario jurisdictionis non ad mandantem, ſed ad hujus ſuperiorem appellatur, *l. 1. §. 1. quis & a quo appell.* In praxi tamen receptum, quod a mandatarjo indiſtincte appelletur ad mandantem, *Carpz. proc. tit. 18. art. 1. n. 35. Brunnem. proc. civ. c. 18. n. 35.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 10. p. 920. & tit. 28. th. 3. not. 8. p. 1134.*

8. A Commiſſariis, ab Aula Electorali delegatis, ad ſupremum ſolummodo Appellationis judicium Dresdenſe provocatur: non etiam ad Curiam aliquam Provincialem, *Carpz. lib. 3. R. 124.*

9. Jure communi appellatio coram notario & teſtibus eo ſaltem caſu admittitur, quando copia judicis haberi nequit, *l. 7. de appellat. c. 37. X. eod. Carpz. p. 1. c. 20. d. 1. n. 5. & in proc. tit. 18. art. 3. n. 2.* add. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 33.* §. 6. Schlegels *Notarius c. 23. §. 2. & 3.* Quod nec hodie in Saxonia Electorali ſecus eſt, vid. *Reſolut, Grav.*

de an. 1657. §. 39. Schlegel *c. l.* add. *Carpzov. proc. c. l. n. 14. 15. 16.*

APPELLATIONIS MATERIA.

1. Appellari licet ab omni ſententia gravante, definitiva, vel interlocutoria mixta, *l. 2. de appell. recip.* non tamen ab interlocutoria ſimplici, *l. 16. C. de judic.* niſi cum irreparabili damno conjuncta, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 4. p. 1134.* Imo indiſtincte appellatur ab interlocutoria ſimplici gravante jure canonico, *c. 10. c. 12. c. 47. c. 60. X. de appellat.* & in foro Saxonico *(a) Carpz. p. 1. c. 20. d. 12. & proc. tit. 18. art. 2. n. 9. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 33. §. 4.*

2. Jure canonico & Saxonico Electorali appellatur a quovis *(b)* gravamine *c. 12. X. de appellat. Berger. c. l. p. 1135.* judiciali & extrajudiciali, *Horn. cl. 2. R. 2. p. 83. a.* etiam futuro, *Berger. c. l.* & quoque per accidens tali, ut puta cum tertii intereſt, v. c. emtoris, *l. 4. §. 3. de appellat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 4. not. 1. p. 1135.* fidejuſſoris, *l. 5. eod. j. nov. 112. c. 1. Berger. c. l.* itemque magiſtratus *Berger c. l.*

3. Etiam in cauſa criminali admittitur appellatio, *l. 1. l. 6. 29. C. de appellat. Berlich. p. 2. dec. 231.* Et licet hodie aliud juris ſit propter *Rec. Imper. de an. 1530. & Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. 2. Carpz. pract. crim. qu. 139. n. 16. ſeq.* attamen jure Saxonico Electorali in proceſ-

(*a*) In concurſu creditorum a ſimplici interlocutoria neque leuterare neque appellare permittitur; & licet contra ſententiam definitivam vel mixtam appellari poſſit; leuterationi tamen non relinquitur locus, vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 5.*

(*b*) Etiam in cauſis levioribus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 6.*

processu accusatorio recipitur appellatio, *Carpz. p. 1. c. 20. d. 19.* ita tamen, ut coram commissariis justificata ad collegium sapientum transmittatur, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 1136.*

4. In processu inquisitorio, usu totius fere Germaniæ, rejicitur appellatio, *Carpz. d. qu. 139. n. 14. seq. & d. c. d. 20.* ejusque in locum, rescripto principis, defensio surrogatur, *Berger. c. l.* Plane extra Electoratum Saxonicum in causis criminalibus etiam contra inquisitionem appellare licere, respondit Facultas Witeb. vid. *Berger. p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 91. p. 260.*

5. Adversus sententiam, qua inquisitio est dictitata, sive principaliter, sive incidenter, in causa civili, v. c. ob falsum, nec leuteratio nec appellatio admittenda est, *Berger. E. D. F. tit 35. obs. 4. not. 1. p. 954.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en 9.* dissentit *Svendend. ad Fibig. p. 845.* quoad sententiam, qua in causa civili incidenter inquisitio est dictitata, provocans ad usum fori: quem de judiciis inferioribus interpretatur *Berger. c. l.*

6. Denuncians adversus sententiam absolutoriam, in causa inquisitionis, latam, si ejus intersit, remedio suspensivo uti non prohibetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 302.*

7. Jure canonico, adversus sententiam, in judiciis possessoriis, atque adeo in momentaneo latam, appellationi locus datur, eidemque non tantum devolutivus, sed etiam suspensivus effectus tribuitur, *c. 2. X. ut lit. non contest. c. 10. 15. X. de restit. spoliat. Mev. p. 1. dec. 25. n. 10.*

8. Jure civili autem per interpositam appellationem vires ejusmodi sententiæ non suspenduntur,

neque alius, quam devolutivus effectus eidem relinquitur, *l. un. C. si de momentan. possess. Gail. lib. 1. obs. 7. n. ult.*

9. In Saxonia, utrum leuteratio & appellatio, in judicio possessorio summario, vel, ut alii loqui amant, summariissimo, admittenda sit, nec ne? non eadem est Collegiorum, quæ juri dicundo præsunt, sententia. Alia enim, & sigillatim Curia suprema Provincialis Lipsiensis & Scabinatus Lipsiensis juris canonici vestigiis insistunt. Alia ex adverso, nempe, Supremus Appellationum Senatus, Facultas juridica Lipsiensis, & Collegia Witebergensia jus civile presse sequuntur, vid. *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 8. Berger. E. D. F. tit. 35. obs. 2. p. 942. sequ. & p. 1. Supplem. p. 327. seq. nec non p. 2. Supplem. p. 589. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 387.* Imo usu fori, præprimis Saxonici, comprobari jus civile, (a) tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 85. n. 2. & p. 3. obs. 127.* Nec victorem quidem ideo, quod damna & expensæ in sententia sint omissæ, appellare posse, censuisse Senatum, testatur *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 4. not. 2. p. 1135.*

10. In lite jurisdictionis, possessoria, eaque summaria, appellationem admissibilem esse, cum *Carpzovio lib. 1. R. 14. n. 11.* Senatus olim pronunciavit: at hodie, re accurate putata, contrarium placuit, teste *Berger. c. l.*

11. Nec in actione ex *leg. fin. C. de edict. D. Hadrian. toll.* appellationi vel leuterationi locum dari, putat *Berger. dec. 439. n. 8.*

12. Leu-

(a) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. in append.* §. 19. *p. 311.* ubi: quod tamen illis, qui gaudent beneficio restitutionis in integrum, loco illius leuteratio vel appellatio sit indulgenda.

12. Leuterationi tamen & appellationi locus eſt, in poſſeſſorio ſummariiſſimo, a ſententia interlocutoria, v. gr. ſi judex demonſtrationem poſſeſſionis pro deſerta declaret, aut exceptiones audire nolit, *Wernher. ſel. obſ. for. p.1. obſ.85.* add. *Pfannkuch. de poſſeſſ. ſummar. lib.2. c.18. n.32.*

13. Porro locus eſt remediis leuterationis & appellationis, ſi ſententia lata, præter caſum poſſesſionis, damna *(a)* etiam & expenſas complectitur, *Rivin. ad O. P. S. tit.35. en.8. p.1200. Wernher. ſel. obſ. for. p.2. obſ.387. Barth. hodeg. for. c.5. §.13. lit. d. p.822.*

14. Nec minus admittitur utrumque remedium, ſi adverſarius excipiendo id non urgeat. *Berger. El. Proc. Poſſ. p.152.* item ſi utraque pars leuteret vel appellet, *(b)* aut alter alterius leuterationi & appellationi adhæreat, *Wernher. d. obſ.85. n.6.7. Berger. E. D. F. tit.35. obſ.2. not.1. p.942. & elect. proc. poſſeſſ. th.45.*

15. In proceſſu inhibitivo contra inhibitionem decretam nec leuteratio nec appellatio admittitur, *Carpz. proc. tit.14. art.4. n.24.25.* niſi non tam contra ipſam inhibitionem, quam contra ejus formalitatem interponatur, quando ſcil. caſus non eſt inhibitivus, vel ea ſine prævio monitorio ſit decreta, vel clauſula juſtificatoria fuerit deſtituta, *Reſolut. Grav. tit.* von *Juſtitien*-Sachen, *§.9. Spendend. ad Fibig. p. 1233.* item cum multa, aut damnorum pariter ac expenſarum reſtitutio a judice ſit injuncta, *Berger. E. D. F. tit.35. obſ.2. p.942. & œcon. jur. lib.4. tit.28. th.4. not.2. p.1135.* add. *Barth. hodeg. for. c.5. §.21. p.830.*

16. Ap-

(a) Imo non eſt locus, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(b) Nec eapropter illis remediis defertur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

16. Appellatio etiam, a sententia definitiva, exulat, ob periculum in mora, *l. ult. de appell. recip. vel non. Berger. œcon. jur. c. l.* & in causis cambialibus, (a) *Rec. Imper. de an. 1654.* §. *107. Berger. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 10.*

17. Prohibita appellatio est contra propriam confessionem, *l. 2. C. quor. appell. non recip.* nec non ab executione: non vero ab excessu executionis, *l. 5. C. eod. Carpz. p. 1. c. 20. d. 13. & lib. 3. R. 127.*

18. Contumaces jus appellandi non habent, *l. 73.* §. *ult. de judic. l. 23.* §. *ult. de appellat. l. 1. C. quor. appell. non recip. Carpz. p. 1. c. 20. d. 14. & lib. 3. R. 112. Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 6.* Quod de contumacia in non veniendo, non item de contumacia in non-respondendo intelligendum esse, respondit Facultas Wittebergensis, teste *Bergero in œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 4. not. 2. p. 1135. & p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 1979. seq.*

19. Adversus examen testium, in perpetuam rei memoriam, interposita appellatio effectum suspensivum non habet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 27. en. 5. & 6. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 124.*

20. Appellationes frivolæ & frustratoriæ recipiendæ non sunt, *c. 5. de appellat. in 6to.* Absque prægnanti autem causa judex appellationem rejicere non debet, quod si faciat, a rejectione appellationis bene appellari potest, *Carpz. lib. 3. R. 111. Brunnem. proc. civ. c. 28. n. 54. Stryck. introd. ad prax. c. 23.* §. *9.*

21. Hodie nulla appellatio, etsi in se inadmissibilis, a judice inferiori rejici potest, sed quævis effectum devolutivum, utut non semper suspensivum, habet,

(a) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. in append.* §. *12. p. 308.*

bet, ut puta, cum periculum in mora, *(a)* aut fugæ ſuſpicio adſit, vel cauſa etiam politiam, ſive civilem, ſive eccleſiaſticam, concernat, *Wernher. ſel. obſ. for. p.8. obſ.254.* add. *Titius jur. priv. lib.12. c.10.* §.5.

22. Sic jure Saxonico Electorali judici inferiori ſimpliciter neceſſitas imponitur, recipiendi appellationem, ad eamque apoſtolos reverentiales aut refutatorios dandi, ſub pœna 10. aureorum, *Appellation-Patent de an. 1670.* §.1. & *Reſcript. Elect. d. die 18. Febr. 1691.* §.7. *Berger. œcon. jur. lib.4. tit.28. th.4. not.1. p.1136.*

23. Ut itaque cognitio ſuper inadmiſſibilitate appellationis ſemper referenda ſit ad judicem ſuperiorem nunquam ad inferiorem, *Berger. c. l.* idque non tantum in Saxonia Electorali, ſed etiam extra eam, *Berger. E. D F. tit.35. obſ.7. not.3. p.971.*

24. Hinc judex inferior, interpoſita appellatione, usque eo, donec cauſa ad Superiorem relata, & ab eodem appellatio vel ſtatim rejecta, vel per ſententiam pro inadmiſſibili declarata fuerit, ab executione ſententiæ abſtinere debet, *Wernher. ſel. obſ. for. p.2. obſ.387. n.8.*

25. Ad præſcindendas vero frivolas & temerarias appellationes, diſpoſitum eſt in *d. Reſcript. Elect. de an. 1691.* ut certis in cauſis, quando ſcil. appellationes ab inquiſitione, inhibitionibus, quas Curiæ in poſſeſſorio ſummariiſſimo decreverunt, a ſimplici citatione, monitorio, item a publicatione reſcripti,

(a) Veluti in cauſis cambialibus, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append.* §.12. *p.308.* item ſi in concurſu creditorum contra auctionem mobilium & ſubhaſtationem immobilium rerum, earumque adjudicationem appelletur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.41.* §.1. confer. *th.* 25.

ſcripti, vel ſententiæ facienda, nec non a futuro gravamine; porro in cauſis ad politiam ſpectantibus, in Policey-und Diſciplin-Sachen, propter exactionem tributorum, aliarumque collectarum, magiſtratui præſtandarum, nec minus ab actibus executionum, & in cauſis cambialibus, interponantur, ſtatim ad relationem *(a)* a judice a quo factam, absque communicatione, juſtitia earundem excuti, & ſi illæ frivole ac temere interpoſitæ deprehendantur, clienti pariter atque advocato, provocantibus, ſigillatim quinorum Joachimicorum mulcta *(b)* injungi, eoque abuſu provocandi iterato, iterari debeat, vid. *Berger. E. D. F. tit. 35. obſ. 6. p. 952. ſeq.*

26. A nuda citatione appellare non licet, niſi aliquod præjudicium & damnum infert, v. g. ſi perſonalis comparitio, citra probabilem cauſam, alicui injuncta fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 167.*

27. In nonnullis judiciis, in caſum ſuccumbentiæ, ab appellante deponenda certa pecuniæ ſumma, vel fidejuſſoribus, aut pignoribus pro ea cautio præſtan-

(*a*) Ejusmodi in cauſis fatale ad redimendos apoſtolos plane eſt abrogatum: ſed judex a quo ſtatim, & ad ſummum intra octiduum, cauſam ad ſuperiorem, ne appellanti quidem de eo facta notificatione, referre debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit* 35. §. 7. Quod quoque obtinet, ſi contra decretum vel reſolutionem, qua litiganti ejusve advocato juramentum malitiæ impoſitum eſt, interpoſita ſit appellatio, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 33. §. 1.

(*b*) Eadem, imo & major mulcta, iisdem in caſibus, appellanti, ejusve advocato præſtituta eſt, in caſum rejectionis, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* atque aliis in caſibus, ſi frivole appellatum, atque appellatio rejecta eſt, obtinet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 1. §. 6. *tit.* 10. §. 4. *tit.* 20. §. 2. & §. 6. *tit.* 33. §. 1. *tit.* 35. §. 6.

ſtanda eſt; prout Senatui Lipſienſi, ad coercendum frivolas appellationes, pro ſingulari privilegio hoc datum eſt, ut recipere appellationes & apoſtolos dare haud teneatur, priusquam depoſitio pecuniæ, pro arbitrio ad 20. vel 30. Joachimicos definitæ, facta, ſed potius provocationis ſchedulam reddere poſſit. Depoſita autem pecunia, deinde rejecta, vel ſine omni effectu juſtificata appellatione, aut facta illius renunciatione, Senatui cedit, vid. *Barth. hodeg. for. c.1. §. 80. lit. p. pag.363.* confer. tamen *Berger. E. D. F. tit. 35. obſ.4. not.3. p.957.ſeq.* Nondum autem depoſita pecunia non debetur, *Barth. c. l.*

28. Pro declinanda depoſitione pecuniæ, & ſalvanda appellatione aliquoties practicatum eſſe, ut appellans, ſi crediderit, ſibi, injuncta mulctæ loco depoſitione, injuriam fieri, etiam ante notificationem, vel minimum ante lapſum redemtionis apoſtolorum ſpatium, conqueſtus apud Superiorem de abuſu privilegii, pro coercendis tantum frivolis appellationibus conceſſi, cum tamen is juſtiſſimas provocandi cauſas habuiſſet, deductis aliquo modo gravaminibus, petiiſſet, ut appellationi deferatur, & judex a quo, ſine depoſitione pecuniæ, apoſtolos cum actis transmittere jubeatur, aut ut appellatio in leuterationem convertatur, meminit *Barth. c. l. lit. q. p.364.*

29. Juramentum calumniæ ſpeciale advocato æque ac clienti imponi poteſt, ſi ſuſpicione graventur, ut remedium ſuſpenſivum *(a)* contra ſententiam, animo

(*a*) Judex a quo appellanti ejusque advocato juramentum malitiæ imponere non valet: ſed reſervatum judici ad quem eſt, an, emergentibus circumſtantiis, ante receptionem appellationis, illud exigere velit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.33. §.2.*

animo retardandi litem, interponatur, *Resolut. grav. tit.* von Justitien-Sachen. *§. 24. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 221. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 59. p. 284. Horn. cl. 12. R. 100.* add. *Berger. E. D. F. tit. 35. obs. 4. not. 3. p. 957. seq.*

30. Add. loc. *exceptio inadmissibilitatis th. 1.* loc. *leuteratio. th. 11.* loc. *probatio ad perpetuam rei memoriam. th. 6.*

APPELLATIONIS INTERPONENDÆ FATALE.

1. Decendium, intra quod leuteratio vel appellatio est interponenda, currit de momento in momentum, ita ut quamvis gravatus statim post ultimam horam effluxam veniat, non tamen admittatur, *nov. 23. c. 1. auth. hodie autem. C. de appell. Ziegler. ad O. P. S. tit. 35. § 1. verb.* innerhalb 10. Tagen. *Berger. dec. 437.* nisi quis ad publicationem sententiæ haud fuerit citatus, *d. auth. hodie ubi Dd. C. de appell.* vel ex justa causa impeditus fuerit, leuterationem appellationemve interponere, *Philipp. ad O. P. S. tit. 35. obs. 1.*

2. Si hora publicationis a judice in actis fuerit omissa, totus dies cedit leuteranti vel appellanti, *Carpz. lib. 3. R. 114. Berger. œcon. jur. lib. 4. th. 5. not. 1. p. 1138.*

3. Et leuteratio appellatioque stato tempore interposita præsumitur, cum actuarius interpositionis tempus rite in actis non annotavit, *Berger. E. D. F. tit. 35. obs. 5. p. 961.*

4. Plane leuteranti vel appellanti injungi juramentum, si neque insinuatæ citationis ad publicationem sententiæ, neque interpositionis in schedula leuteratio-

teratio-

terationis vel appellationis deprehenditur regiſtratura, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit 35. en.4.*

5. Et ſuper hora publicatæ ſententiæ juramentum deferri poſſe, ſi regiſtratura circa eandem deficiat, putat *Wernher. ſel. obſ. for. p.4. obſ. 213.* ubi quoque teſtatur, aliter ſentire Facultatem Lipſienſem.

6. Clauſula: *ſalvo honore Dnn. judicantium*, ad interponendam appellationem minus neceſſaria eſt; neque eidem officit aſſertio: *male judicatum eſſe*, vid. *Brunnem. ad. l.8. de appellat. Berger. œcon. jur. lib.4. tit.28. th.5. not.2. p.1138.*

APPELLATIONIS PROMOVENDÆ FATALE.

1. Appellatio deſerta eſt, ſi non petantur apoſtoli intra 30. dies, computandos non a die interpoſitionis, ſed latæ ſententiæ, *Carpz. proc. tit.18. art.3. n.43. ſeq. Rivin. ad O. P. S. tit.10. en.6.*

2. Tutius tamen agit appellans, ſi ſtatim in ipſa appellationis ſchedula petat apoſtolos, *Carpz. p.1. c. 20. d.7. n.7. Nicol. proc. p.2. c.4. n.10.* quippe quod requiritur in *Ord. Appell. Sax. rubr.* von *Appellationen*, wie die angenommen ꝛc. ꝛc. *verb.* innerhalb 10. Tagen. *Barth. hodeg. for. c.1. §.80. lit. f. p.356.* confer. *Berger. E. D. F. tit.35. obſ.7. p.970.*

3. Separata petitione apoſtolorum, intra 30. dies, tum opus non eſt, ſi illa in ipſa ſchedula appellationis ſemel jam dum facta eſt, *Svendend. ad Fibig. p. 887. Rivin. c. l. en.7.* modo ſub formula: *inſtanter & ſæpius*, ſive ſtylo vulgari: *inſtanter, inſtantius, inſtantiſſime*, vel adhibita ſola voce: *inſtantiſſime*, petitio ſit informata, *Rivin. c. l. en.8.*

4. Licet enim petitio apostolorum juxta *clement. 2. de appellat.* fieri debet: *instanter & sæpius*, sive stylo vulgari: *instanter, instantius, instantissime*, ita ut sola vox: *instantissime*, non sufficiat, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de appellat. ad verba: possunt tamen uno contextu ita peti: instanter, instantius, instantissime.* Attamen hodie illam scrupulositatem minime amplius attendi in foro, sed unicum vocabulum: *instantissime* sufficere, testatur non modo ipse *Berger. in E. D. F. tit. 35. obs. 7. not. 2. p. 971.* sed quoque *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 9. & Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 132.*

5. Sin absque hujusmodi formula: *instanter & instantissime*, vel *quam instantissime*, simpliciter tantum in appellationis schedula, & sic semel tantum eos petierit, nec, intra 30. dies, pro iis obtinendis ulterius institerit appellans, deserta erit appellatio, tametsi brevi post lapsum mensis denuo eos sollicitaverit, *Rivin. c. l. en. 8. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 80. lit. e. & f. p. 356. seq.*

6. Petitio apostolorum in pura tantum appellatione, non autem in eventuali, necessaria est, nec, ea omissa, appellatio hæc vitiatur, *Rivin. c. l. en. 10. Barth. c. l. lit. e. p. 356.* dissentit *Wernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 102.*

7. Deserta est appellatio, si appellans in termino, a judice præfixo, non redemit *(a)* apostolos, *clement.*

(a) Fatale redimendorum apostolorum abrogatum est quibusdam in casibus, vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 7.* add. loc. *appellationis materia th. 25. lit. a.* ceteroquin etiamnum obtinet, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 8.* Ast, licet apostoli redemti non sint: relatio tamen judici ad quem facienda est, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

clement. 2. de appellat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 5. not. 7. p. 1139. Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en 11. Quod ſecus eſt in cauſis denunciationum & inquiſitionum, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ 386.*

8. Sufficit autem in termino redimendorum apoſtolorum pecuniam, pro exhibendis illis, mitti per amanuenſem, aut alium ſpeciali mandato haud inſtructum, *Rivin. c. l. en. 15. Berger. c. l.*

9. Ceſſat deſertio, ſi judex in termino, ad redimendos apoſtolos præſtituto, eosdem appellanti, ut puta, ſi reverentiales ſint, actu tradat, ſive pecuniam ab appellante accipiat, ſive eosdem gratis, aut certe dilationem intuitu ſolutionis concedat. At ſi in termino appellans dilationem petat, eamque impetret, nec tamen apoſtolos ſimul accipiat, nec iidem ad judicem ad quem transmittantur, deſerta videtur eſſe appellatio, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 14. & p. 3. obſ. 78.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 5. not. 7. p. 1139.*

10. Quando judex geſta, una cum relatione, nondum concepit ad acta, appellantis in termino quidem ad acceptationem apoſtolorum ſeſe offerentis, nequaquam tamen ſportulas ſolventis, contumacia inani conatu accuſatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 12. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 80. lit. r. p. 365.* diſſentit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 90.*

11. Ceſſat deſertio, ſi, citationem ad terminum, ſolvendis ſportulis, præfinitum, principali traditam eſſe, non conſtat, *Rivin. c. l. en. 13.*

12. Nec quoque, ſi dies accipiendorum apoſtolorum in ferias meſſium incidat, intermiſſa redemptio appellationi præjudicat, *Rivin. c. l. en. 19. Barth. c. l. p. 366.*

13. Si appellans, post terminum solutioni expensarum pro precibus refutatoriis, appellationi renunciat, appellatus frustra accusat illius contumaciam & terminum in hunc finem extrahit, *Rivin. c. l. en. 31.*

14. Nihil impedit, quo minus redemtionem apostolorum anticipare liceat: non tamen officio suo satisfacit appellans, si, ante diem præstitutum, se ad redimendos apostolos offerat, actuarius vero tum eos nondum paratos habeat, illeque ulterius nec in termino compareat, apostolosque tum conscriptos accipiat: eo enim casu appellatio pro deserta habenda est, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 80. lit. o. p. 362.*

APPELLATIONIS INTRODUCENDÆ (a) FATALE.

1. Deserta est appellatio, si non introducatur intra tempus, a judice a quo constitutum, *Carpz. p. 1. c. 20. d. 9. Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 16.* quod jure civili arbitrarium est, *l. 2. & 5. C. de tempor. & reparat. appell. Carpz. c. l. n. 2.* in Saxonia vero Electorali mensis unus, a die, quo apostoli dati fuere, computandus, *Ord. Appell. rubr.* von *Appellationen,* wie die angenommen, *verb.* auch darinn dem *Appellanten* eine Monats-Frist 2c. *Carpz. c. l. n. 5.*

2. Hoc

(a) Hoc fatale *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 9.* plane est abolitum: ibi enim judex a quo una cum apostolis, sive sint reverentiales, sive refutatorii, integra acta judici ad quem jubetur transmittere; quo inde fatius cognoscere possit, admittenda sit appellatio, nec ne. Qui deinceps, eadem admissa, ex officio, absque ulteriore instantia terminum ad justificandum legalem, spatium saxonicum continentem, præfigit.

2. Hoc tamen ſic capiendum eſt, modo in apoſtolis judex a quo injunxerit appellanti, ut intra menſem a die datorum apoſtolorum, eos judici ad quem præſentaret, *Ord. App. c. l. Rivin. c. l. en. 17. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 5. p. 1137. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 13.*

3. Quod ſi judex inferior ipſe ſuperiori transmittat apoſtolos, nec eos appellanti in termino ſportulas ſolventi tradit, appellatio pro deſerta nequaquam judicatur, licet non intra menſem, ſed multo poſt, introducatur: modo appellans ex ſua parte ſæpius ſollicitando debitam adhibuerit diligentiam, teſte *Rivin. c. l. en. 16. Berger. c. l. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 81. lit. a. p. 372.*

4. Deſerta non eſt appellatio, *(a)* ob non inſinuatam judici inferiori inhibitionem, *Carpz. lib. 3. R. 117. Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 18.* add. *Barth. c. l. lit. c. p. 376. ſeq. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 33. §. 26.*

5. Poſt inſinuatam inhibitionem accuſatio contumaciæ coram judice a quo, *(b)* ob non acceptos debito tempore apoſtolos, proponi non poteſt, *Rivin. c. l. en. 30.*

G 3 6. De

(*a*) Quæ vero, ob non ſolutas in termino juſtificationis, pro inhibitione & citationibus, ſportulas pro deſerta habetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 9.*

(*b*) Hodie apud judicem a quo, non magis ſuper deſertione appellationis ob non petitos vel acceptos debito tempore apoſtolos, aliasve cauſas, quam ſuper inadmiſſibilitate cognoſcitur atque judicatur: ſed ſemper, ſi appellatio deſerta vel inadmiſſibilis eſſe dicatur, ad ſuperiorem relatio, qua cauſæ cum omnibus circumſtantiis recenſendæ ſunt, fieri debet, qui deinceps deſuper cognoſcit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 8.*

6. De desertione appellationis, ob neglectum fatale introductionis, pronunciat judex superior, *Berger. œcon. jur. lib 4. tit. 28. th. 6. not. 6. p. 1142.*

APPELLATIONIS JUSTIFICANDÆ FATALE.

1. Appellatio justificanda est intra annum, vel justis ex causis intra biennium, *auth. ei, qui. C. de tempor. & repar. appell.* a tempore interpositæ appellationis computandum, *Carpz. p. 1. c. 20. d. 10. n. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 5. p. 1137.*

2. Hoc tempus, etiam jure Saxonico (a) in præfecturis &c. sine additamento Saxonico, attenditur, *Berger. c. l. not. 12. p. 1140.* In Summo vero Provocationum judicio, itemque in Curiis Provincialibus justificanda est appellatio in proximo judicii termino, *Appellation* Ordn. *tit.* von *Appellation.* §. Daraum wenn. *Resolut. Grav. de an. 1661.* §. 28. *Mandat. de an. 1670.* §. Anlangende, *Berger. c. l.*

3. Deserta est appellatio, si appellans non extrahit citationem ad proximum judicii terminum, modo legitimum emittendæ citationi supersit spatium a die admissæ appellationis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10, en. 20.*

4. Imo pro deserta judicatam esse appellationem, cum citatio petita esset, postquam desierant circumcursiones nunciorum, testatur *Rivin. c. l.* ubi tamen hanc habet limitationem: nisi spatium Saxonicum supersit, ac per nuncium in specie insinuatio fieri possit.

5. Ap-

(a) Hodie forsan illud tempus non observatur, cum judex ad quem, admissa appellatione, ex officio, absque ulteriore instantia appellantis terminum ad justificandum præfigere debeat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 35. §. 9.*

5. Appellator desertionem declinare non potest, si prætendat, se ignorasse tempus transmissorum Apostolorum, *Rivin. c. l. en. 21.*

6. Acta prioris instantiæ, sub pœna desertionis, in termino justificationis sunt exhibenda, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 5. not. 11. p. 1140.* nisi judicis inferioris moram, suamque diligentiam in sollicitando, quocunque modo, demonstrare possit, *Ord. Appell. tit.* von *Appellationen*, wie die angenommen. *§. fin.* aut petat compulsoriales, vel ante vel in ipso justificationis termino, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 29. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 81. lit. c. p. 377.*

7. Transmissio autem actorum ab inferiore judice gratis fieri debet, ohne Entgeld, exceptis nonnullis judiciis, quibus ex speciali gratia, a Serenissimo concessum, ut non nisi pro honorario ea tradant, gegen einen billigen Recompens, nemlich zweene Gülden, und ein mehres nicht vor Verfertigung des Berichts und Einpackung derer Acten, *Resolut. Grav. tit.* von *Justitien*-Sachen. *§. 53. Barth. c. l.*

8. Justificanda est appellatio primo termini *(a)* die, aut ad minimum, præter formalia, materialium quoque haud exigua pars, sub pœna desertionis, *Rivin. c. l. en. 23.* ubi quoque testatur, pro deserta judicatam non esse appellationem, cum, in termino justificationis, appellans, quoad materialia, vel unicum saltem deduxisset gravamen, cœtera vero ex schedula, nec non petitum omisisset.

(a) Si in termino justificationis neque appellans, neque appellatus compareat, appellatio, etiam absque prævia contumaciæ accusatione pro deserta habetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 10. §. 3.*

9. Non deserta est appellatio, si formalia sigillatim non sunt expressa, cum sufficiat, se ad acta referre, *Wernber. sel. obs. for. p.5. obs.17.* item, si formalium mentio demum, post materialia, facta est, *Wernber. sel. obs. for. p.6. obs.448.*

10. Appellanti, justificationem in secundo termino repetenti, in prima positione quicquam mutare non licet: in secunda tamen alia quædam inserere haud prohibetur, *Rivin. c.l. en.25.*

11. Justificata appellatione, si in subsequenti termino appellaus emaneat, condemnatur saltem in expensas, & sub præjudicio repetitio injungitur, *Rivin. c.l. en.26. Berger. œcon. jur. lib.4. tit.28. th.5. not.11. p.1140.*

12. Constituto certo ad justificandum termino, appellanti non licet anticipare: verum justificatio appellationis anticipata, nec deinceps in termino repetita, nullius, atque adeo ipsa appellatio desertæ loco habenda est, *Berger. c.l. not.15.*

13. Appellatio, ob justificationem in termino prætermissam, pro deserta non habetur, si appareat, restitutionem in integrum facile impetrare posse appellantem, v. c. si sit minor, universitas &c. vid. *Dec. Elect. Sax. nov.4. Carpz. lib.2. R.95. n.8.seq. Philipp. ad O.P.S. tit.10. consid.3. n.3.seq.*

14. Responsioni ad justificatam appellationem se subducere nequit appellatus, prætextu regulæ generalis: *quod contumax non appellet*, si appellans allegat impedimenta, quæ a contumacia ipsum excusant, *Rivin. ad O. P. S. tit.10. en.69.* item: si appellans supplicando impetrat, ut appellatio, jamjam rejecta, adhuc recipiatur, *Rivin. c.l. en.67.*

15. Ap-

15. Appellato contumaciter emanente, *(a)* aut statim in meritis pronunciandum, sive gravamina videntur nullius ponderis: aut, si causa ulteriori deductione opus hábeat, ei responsio ad justificatam appellationem injungenda est, sub præjudicio, *O. P. S. tit. 10. §.* Wenn aber der *Appellat &c. ibique Philipp. consid. 7. Rivin. ad eund. tit. en. 65. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 5. not. 13. p. 1140.*

16. Si vero appellatus compareat quidem in termino, sed ad deducta gravamina non respondeat, condemnatur in expensas, *Rivin. c. l. en. 68.*

17. Si appellatus parcere sumptibus velit, in altero quoque termino emanere potest, & se declarare, quod se saltem ad dicta in prima instantia referre velit, *Rivin. c. l. en. 66. Berger. c. l.*

18. Non fit deserta appellatio post justificationem, licet appellans annum elabi patiatur, nec petat terminum inrotulationis, transmissionemque actorum, *Rivin. c. l. en. 28.*

APPELLATIONIS INTERPOSITÆ EFFECTVS.

1. Hujus effectus est, quod judex a quo nihil innovare possit, *tit. nihil innovari appellatione interposita,*

(a) Non amplius integrum appellato est, in termino justificationis prima vice emanere, sed præcise, nisi, etiam in scriptis, se ad acta priora referre velit, comparere, & ad justificatam appellationem respondere tenetur: quo non facto statim in meritis pronunciatur. Judicis tamen arbitrio relictum est, ut, si novæ atque non irrelevantes circumstantiæ emergant, appellato responsionem injungere, eumque pariter in restitutionem expensarum termini, & pro re nata etiam ob litem protractam in pœnam 5. aut plurium thalerorum condemnare possit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 10. §. 3.

posita, etiam si nondum recepta sit appellatio, *l. un. pr. d. t.* aut dati sint apostoli refutatorii, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 6. p. 1141.*

2. Attentatum, ex parte judicis commissum, a superiore revocatur, *Berger. c. l. not. 1.* & judex a quo, si, pendente appellatione, appellantem possessione sua privaverit, ex spolio ad restitutionem tenetur. *Carpz. lib. 3. R. 108.*

3. Appellans, pendente appellatione, commissarios admittere, & coram illis respondere non tenetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 206.*

4. Judex, pendente appellatione, absque vitio attentati ad examen testium procedere potest, nisi contra id in specie gravamina fuerint directa, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 69.* imo & hoc casu ipsum testes examinare posse, tradit *Berger. dec. 450.*

5. Post appellationem interpositam si ulterius procedit judex, nulliter agit, & incurrit pœnam 10. florenorum, *Rivin. c. l. tit 38. en. 16.*

6. Innovatio sive attentatum ex parte appellantis operatur desertionem appellationis, *c. 42. X. de appellat. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 6. not. 1. p. 1141.* add. *Lancell. de attent. p. 3. c. 31. n. 7. 19. seq.* dummodo pars inde læsa statim de hoc excipiat, alias enim pro remisso illud, nec appellatio pro deserta ex post facto habetur, vid. *Rivin. ad O. P S. tit. 35. en. 63. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 80. lit. l. p. 361.*

7. A parte appellati commissum attentatum revocari debet, vel, exceptione spolii opposita, efficit, ne appellans, priusquam restitutus fuerit, teneatur ad ulterius procedendum, *Berger. c. l.*

8. Quod si unus vel alter ex pluribus litis consortibus attentatum commiserit, hunc beneficio con-

sortis

ſortis non attentantis juvari, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 62.* quem ſequitur *Barth. c. l.* diſſentit *Berger. E. D. F. tit. 35. obſ. 8. not. 2. p. 977.*

9. Attentare non dicitur, qui poſſeſſionem, licet turbidam, continuat, *A Fab. in Cod. lib. 1. tit. 10. def. 11. Rivin. c. l. en. 64.* vel alias ſuo jure utitur, *A. Fab. c. l.*

10. Quando quis alium implorat judicem, ob eandem cauſam, contra eundem adverſarium, pendente leuteratione vel appellatione, hanc deſeruiſſe, ac tacite renunciaſſe intelligitur, *Rivin. c. l. en. 66.*

11. Pro attentato ad effectum deſertionis habetur, ſi, pendente leuteratione vel appellatione, extrahuntur reſcripta & mandata Electoralia, pro obtinendo eo, cujus nomine vel leuteratum, vel appellatum eſt, *Rivin. c. l. Berger. c. l. p. 976.* Si modo reſcriptum ſubſequatur, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 626.*

12. Appellatio & leuteratio etiam deſertæ erunt pronunciandæ, ſi, interveniente & pendente amicabili compoſitione, fatalia negliguntur, *Gail. lib. 1. obſ. 140. n. 8. ſeq. Berger. dec. 441.*

13. Imo appellatione ſua excidere appellantem, ſi coram judice a quo, vel motu proprio vel inſtinctu appellati, ad tentandam amicabilem compoſitionem, abſque proteſtatione de non renunciando appellationi, compareat, & cum appellato deſuper conferat, ac deliberet, tradit *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 80. lit. l. p. 361.*

14. Pœna attentati, ante introductionem appellationis, ad judicem inferiorem, poſt introductionem autem, ad judicem ſuperiorem pertinet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 209.*

15.

15. Quamvis appellatus consentiat in gravamen, liberum tamen est appellanti, utrum nihilo secius appellationi inhærere velit, propterea quod ejus interesse potest, ne causa ad judicem inferiorem remittatur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 6. not. 5. p. 1142.*

APPELLATIONIS INTRODUCTÆ EFFECTUS.

1. Hujus effectus in eo consistit, quod beneficium appellationis utrique est commune, *arg. l. 4. C. de tempor. & repar. appell.* ita ut, ante introductionem quidem, appellatio renunciatione appellantis extingui possit, *l. 28. C. de appellat. c. 70. §. ille X. eod.* non autem deinceps. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 6. p. 1141.*

2. Effectus devolutivus proprie incipit, si appellatio est introducta, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 80. lit. K. p. 360.*

3. Hinc judex a quo cognoscit (a) super desertione appellationis, quæ ante introductionem contigisse dicitur, *Carpz. proc. tit. 18. art. 6. n. 112.* add. *Barth. c. l.*

APPELLATIONIS JUSTIFICATÆ EFFECTUS.

1. Hujus effectus est, quod sequatur sententia vel *confirmatoria*, daß wohl gesprochen 2c. 2c. und übel appelliret, cum, vel sine expensis, vel *reformatoria*, daß übel gesprochen 2c. und wohl appelliret, vel denique *declaratoria*, daß wohl gesprochen 2c. jedoch mit dieser Erklärung, daß 2c. 2c. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 6. p. 1141.*

2. In

(a) Confer. vero loc. *appellationis introducendæ fatale. th. 5. lit. c.*

2. In sententiis reformatoriis, quibus corriguntur sententiæ Curiarum, itemque Consistoriorum Ecclesiasticorum, & Regiminum intermediorum, ut Martisburgensis, &c. in eorundem honorem, omittuntur verba: übel gesprochen, *Berger. c. l. not. 9. p. 1142.*

3. Sententia prioris instantiæ, in judicio appellationis, confirmata, causa ad judicem a quo remittitur, pro executione ejus sententiæ facienda, vel si interlocutoria sit, ut judex in procedendo pergat, *c. 59. X. de appellat. Carpz. proc. tit. 18. art. 6. n. 65.* licet clausula remissoria in sententia non sit expressa, *Carpz. c. l. n. 69.*

4. Correcta vero prioris instantiæ sententia, acta ad judicem a quo non remittuntur, sed tota causa ad judicem appellationis devolvitur, *Carpz. c. l. n. 42.* quamvis sententia prior non omnino, sed saltem pro parte corrigatur, vel ipsemet appellans petierit remitti, modo contradixerit appellatus, *Berger. c. l. not. 10. & E.D.F. tit. 35. obs. 8. not. 3. p. 978.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 82. lit. c. p. 382.*

5. Limitatur tamen hoc, nisi 1) judici superiori placuerit causam remittere ad judicem priorem, *Carpz. c. l. n. 56.* 2) ipsamet objecti natura causæ remissionem exposcat. 3) Ratio sententiæ correctoriæ non ex actis prioris instantiæ, sed demum ex iis, quæ noviter in secunda instantia producta sunt, elucescat, 4) sententia, quæ corrigitur, attingat personas, non principales, sed accessorias, veluti alterutrius advocatum, 5) in concursu creditorum, *Berger. œcon. jur. c. l. & E. D. F. in Supplem. ad tit. 35. obs. 8. p. 1802.*

6. Quod dictum, correcta sententia, causam

non

non remitti ad judicem a quo, capiendum est de effectu cognoscendi, non exequendi: remittitur enim utique causa ad exequendum. Imo judici a quo nihilo secius competit interpretatio doctrinalis sententiæ correctoriæ, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 11. p. 1144. Barib. c. l.*

7. Judex appellationis etiam super usuris pronunciare potest, licet de his nihil dictum fuerit in priori sententia, *Carpz. p. 1. c. 20. d. 21. 22.*

APPELLATIONIS ADHÆSIO.

1. Appellationis adhæsio ad decendii fatale interponendæ appellationis est adstricta, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28 th. 5. not. 4. p. 1138.* confer. vero *Griebner. proc. lib. 1. c. 6. Sect. 2. §. 14.* nisi ea attingat gravamen commune, *Berger. c. l. & p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 7. p. 336.* Quo casu in ipso justificationis termino demum fieri potest, *Griebner. c. l.*

4. Intra decendium facta adhæsio non opus habet introductione; imo nequidem necesse est, ut in termino justificetur, sed sufficit, in responsione ad justificationem alterius, adhæsionem urgere, *Griebner. cit. loc.*

3. In iis sententiæ capitibus, quæ ab adversa parte in schedula appellationis acceptata sunt, adhæsio exulat, *Berger. p. 1. Supplem. c. l.*

4. Qui, negligendo fatalia, appellationem deseruit, jus adhærendi non habet, *Berger. E. D. F. tit. 35. obs. 8. not. 2. p. 978.*

5. Si appellans appellationi renunciat, adhæsio quoque expirat, *Griebner. c. l. lit. b.*

6. Add. loc. *leuteratio. th. 67.*

APPELLATIONIS RENUNCIATIO.

1. Expressa renunciatione appellationis sententia,

tia, statim & ipso jure, absque nova sententia, in rem judicatam transit, *l. 18. C. de appellat. c. 39. ibique Zanger. fol. 189. X. eod.*

2. Vid. loc. *Appellationis introducta effectus, th. 1. appellationis adhaesio. th. 5.*

ARBITRI.

1. Compromissum in arbitros ad heredes compromittentium non transit, nisi expresse illud ad heredes utriusque extensum sit, *c. ult. X. de arbitr. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 3. not. 5. p. 925.*

2. Compromissum in arbitros indiget speciali mandato, *c. 9. X. eod. Berger. c. l. not. 6.*

3. Arbitrum observare oportet ordinem judiciorum in loco receptum, *l. 1. de recept.* nisi aliter convenerit, *l. 32. §. 15. eod. Berger. c. l. not. 3.*

4. Arbiter, ut, laudum pronunciando, litem finiat, a judice compelli potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 447.*

5. Si plures sint arbitri, major pars concludit, *l. 17. §. ult. l. 27. §. 3. de recept. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 3. p. 924.*

6. Arbitrorum laudo standum est, non propterea, quod habeat autoritatem sententiæ, sed ob compromissum præcedens, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 3.* Nec per solam contradictionem, intra decem dies factam, laudi effectus intercipitur, licet vulgo aliter sentiant, *Ludovic. us. pract. distinct. jurid. lib. 4. tit. 8. dist. 3.* add. *Berger. c. l. not. 3. p. 925.*

7. In laudo non habet locum reductio ad arbitrium boni viri, *arg. l. 27. §. 2. de recept.* nec appellatio, *l. 1. C. eod. Berger. c. l. not. 4.* nec arbiter sententiam mutare potest, *l. 19. §. fin. de recept.*

8. Laudum non valet, si arbiter dolose egerit, *l. 32.*

l. 32. §. 14. de recept. l. 3. l. 6. C. eod. Ludovic. us. pract. distinct. lib. 4. tit. 8. dist. 3. item, si ex pluribus aliqui, reliquis absentibus, pronunciaverint, *l. 18. de recept. Carpz. p. 1. c. 1. d. 14.* nisi arbitri cum clausula: *si non omnes*, constituti sint, *Mev. p. 4. dec. 152. Brunnem. ad l. 17. de recept. n. 7.*

9. Porro non valet laudum, si quis litigatorum abfuerit, nisi in compromissis hoc specialiter expressum sit, ut vel uno, vel utroque absente sententia promatur, *l. 27. §. 4. de recept.*

10. Nec minus ob enormissimam læsionem arbitrium, perinde ac transactionem rescindi, sunt, qui putant, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 3. not. 4. p. 925.*

ARRESTI IMPOSITIO. *(a)*

1. Arrestum petens quodammodo probare debet creditum, *O. P. S. tit. 51.* §. dieweil aber ꝛc. *Reso-*

(a) Hodie in foro Saxonico Electorali arresta realia plane cessant, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 4. §. 2. quandoquidem per arrestum non amplius jus reale & prælationis impetrari potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 48. Quo ipso corruunt, quæ de impositione, renovatione & prosecutione arrestorum disposita sunt: ejus tamen loco permittitur creditoribus, debitore non solvendo existente, ut magistratum implorare, &, deducto credito ac lapsu bonorum, *judicialem inhibitionem* de non alienando aut oppignorando impetrare possint. Cujus deinceps effectus ad omnes creditores, creditum suum, ante illius remotionem vel cassationem, *judicialiter indicantes*, se extendit, nec transactione, cum primo creditore inita, extinguitur, sed & quoad reliquos vim suam prodit, nullitatemque alienationis, de facto susceptæ, inducit, atque actus executionis ulteriores adversus debitorem impedit, minime tamen *creditorem cambialem*, a facultate procedendi *cambialiter* excludit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 51.*

Resolut. Gravam. de an. 1661. tit. von Justitien-Sachen. *Berlich. dec. 107.* & quidem per exhibitionem obligationis vel instrumenti originalis, *O. P. S. c. l. Carpz. p. 1. c. 29. d. 6.*

2. Imo ad probationem crediti sufficit copia, *Carpz. c. l. n. ult.* etiam non vidimata, *Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 6. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 13. p. 550. & lit. b. p. 553.* (quamvis vidimatam requirit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 2 p. 1169.*) nec non extractus non vidimatus ex libro mercatorio, non solum in judicio Mercatorio Lipsiensi, *Rivin. d. en. 6. Barth. c. l. §. 13. lit. c. p. 554.* sed etiam in aliis judiciis, *Rivin. c. l. en. 7.*

3. Requiritur autem, ut extractus ex libro mercatorio causam debiti, h. e. non summam tantum debiti, sed & expressam mercium, pro quibus debitum illud exigatur, contineat specificationem, *Barth. c. l.* Ut itaque non sufficiat, mandato insertam esse quantitatem nominis ex libro mercatorio, *Rivin. d. en. 6.* In contrarium tamen respondit Facultas Wittebergensis apud *Barth. c. l. p. 554.*

4. Quandoque ne copia quidem opus est, sed sufficit, si arrestans se saltim ad acta, in illo judicio ventilata, in quibus vel originale continetur, vel sententia, qua debitor ad solvendum condemnatus est, habetur, ad manus vero ea non sunt, referat, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 13. lit. b. p. 553.*

5. Ad impositionem arresti admittitur quoque probatio crediti per testes duos juratos, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 2. p. 1169.* aut sub jurisjurandi religione, an Eydes-Statt, veritatem crediti asserentes, *Carpz. lib. 4. R. 38. n. 5.* modo sint omni exceptione majores, *Mev. de arrest. c. 10. n. 43.*

dissentit & sufficere testes non omni prorsus exceptione majores, putat *Barth. d.* §. *13. lit. d. p. 557.* imo si fide digni, etiam simpliciter in scriptis, vel viva voce attestantes, *Barth. d.* §. *13. p. 550.* dissentit *Mev. c. l.*

6. Distinguendum est inter impositionem & prosecutionem arresti, ita ut ad impositionem arresti qualis qualis, etiam per injuratos, & non omni exceptione majores testes, demonstratio sufficiat; ad prosecutionem autem & inprimis ad secundam renovationem juramento testium confirmata depositio exigatur, *Barth. hodeg. for. c. 3.* §. *13. lit. d. p. 557.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 51. obs. 2. not. 3. p. 1703. Mev. c. l.*

7. Nec requiritur præcise, ut testes contractui aut numerationi interfuerint, sed sufficit, si ex intervallo, præsente creditore, confessionem debiti, ex ore debitoris audiverint, *Barth. d.* §. *13. lit. d. p. 557.* dissentit *Carpz c. l.*

8. Arrestum, absque demonstratione nominis impositum, postea invalidum judicatur, creditorque inter personaliter privilegiatos collocatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 5.*

9. Præter probationem nominis, demonstrandum quoque, debitorem ita esse obæratum, ut ejus bona creditoribus haud sufficiant, *O. P. S. tit. 51.* §. Dieweil aber 2c. *ibique Rivin. en. 8.* ubi sufficiunt præsumtiones atque conjecturæ probabiles, *Carpz. p. 1. c. 29. d. 8. & lib. 4. R. 83.*

10. Imo si periculum sit in mora, juratæ creditoris assertioni, debitorem facultatibus labi, credendum esse, volunt *Gail. lib. 2. obs. 44. n. 2. Philipp. ad O. P. S. tit. 51. consid. 3. n. 5.*

11. Et

11. Et quod magis, cum lapsus bonorum difficillimæ sæpe probationis sit, sufficiens æstimatum fuit in *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Justitien* Sachen. §. 9. si brevi post alii sequantur creditores arrestaturi, adeo ut retro convalidetur arrestum prius, absque sufficienti demonstratione, petitum, posterioribusque præferatur, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 18. lit. b. p. 574.*

12. Sed demonstrationem, debitorem non esse solvendo, sufficientem haud esse, quod alius judex in quibusdam illius bonis arrestum jam concesserit, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 496.* ubi tamen simul testatur, in ejusmodi casu, propter alias circumstantias concurrentes, & inprimis confessionem debitoris, arrestum pro valido judicatum fuisse, confer. *Responsum*, quod refert *Barth. c. l. §. 13. lit. e. p. 557.*

13. Nihil refert, arrestum petatur oretenus, an in scriptis, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 38. th. 3. not. 1. p. 1168.* sive in judicio, sive extra judicium, in ædibus privatis, præsente vel absente actuario, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 14. p. 558.*

14. Non valet vero arrestum, extra locum jurisdictionis illius judicis subjectum, impositum, *Barth. c. l. lit. a. p. 559. Berger. E. D. F. tit. 51. obs. 4. not. 7. p. 1722. seq.*

15. Arrestum quocunque die, etiam feriato, peti, imo de nocte concedi potest, *Carpz. p. 1. c. 29. d. 16.*

16. Ad arresti impositionem speciale mandatum requiritur, *Carpz. proc. tit. 21. art. 2. n. 11.* Exceptio est in causis mercatorum, ubi nudæ literæ sufficunt, *Carpz. lib. 4. R. 36. Philipp. ad O. P. S. tit. 51. consid. 8.* Quod *Rescripto Electorali Saxonico de dato*

Dreda d. 26. Sept. 1682. limitationem accepit, ut ad impetranda ac prima vice renovanda arresta sufficiant quidem literæ ad exigendum debitum, cujus nomine arrestum impositum est, transmissæ, ad renovationem vero secundam & oblationem libelli arrestatorii requiratur solenne mandatum, *Rivin. spec. except. for. c. 28. n. 10.* Plane in genere arresti impositionem contentam esse mandato generali, itemque nudis literis, docet *Richter. dec. 77. n. 13. Berger. E. D. F. tit. 51. obs. 5. p. 1723. sequ. & p. 1. supplem. pag. 651. nec non œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 11. p. 1170.*

17. At arrestum sine legitimatione ad causam non valet, *Berger. c. l.*

18. Absque mandato, cum cautione tamen rati, ad imponendum arrestum, admittitur conjuncta persona, ut frater pro sorore, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 332.* correus credendi, nec non socius pro socio, *Ord. P. S. tit. 51. §.* von eines andern ꝛc.

19. Illegitimum est arrestum, quod persona conjuncta, absque cautione rati realiter præstita, obtinuit, *Rivin. specim. except. c. 28. n. 9.* Plane arrestum, quod frater pro sorore, absque cautione rati, petiit, pro valido declaratum esse, refert *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 284.*

20. Sororem, assistentia curatoris, per actorem, pro fratre, reipublicæ causa absente, defensorio; nec non uxorem, absente marito, ob interesse commune, propter illatam marito pecuniam, & ab hoc sub usuris elocatam, valide arrestum imposuisse, testantur *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 13. lit. a. p. 552. Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 11.*

21. Multo magis ergo fœmina, absque curatore,

tore, in causa propria arrestum impetrare potest, *Barth. c. l.*

22. Arrestum a curatore mulieris, sine ejus interventu, impetratum jure subsistit, *Rivin. c. l. en. 10.*

23. Ast arrestum ab eo, qui neque curator, neque consanguineus est, nomine mulieris, impositum non valet, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. p. 652.*

24. Arrestum impetrare possunt vasallus in bonis domini, *Carpz. proc. tit. 21. art. 2. n. 2. seq.* dissentit *Berlich. p. 1. concl. 74. n. 16.* liberi in bonis suorum parentum, *Horn. cl. 13. sent. 6. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 1. p. 1168.* dissentit *Berlich. c. l. n. 9. 10.* & creditor contra debitoris debitorem, si obligatio illi in solutum sit cessa, vel oppignorata, *Berger. c. l. not. 16. p. 1171.*

25. Arrestari possunt omnia indifferenter bona, sive mobilia, sive immobilia sint, annuæ præstationes, *Carpz. p. 1. c. 29. d. 29.* libri studiorum, deficientibus scil. aliis bonis, ut & salaria professorum & advocatorum, *Carpz. proc. tit. 21. art. 2. n. 31.* quin & novo jure Elect. Saxonico per *mandatum de an. 1713.* partes metallicæ, earumque proventus, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 12. lit. b. p. 546.*

26. Non autem arrestari possunt bona ad alimenta debitoris destinata, & stipendia studiosorum, qui alimentis æquiparantur, *Carpz. d. c. d. 33. 34. & proc. c. l. n. 35. seq.*

27. Nec minus recte impetrari potest arrestum pro debito in diem, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 147. & c. 29. d. 30.* item ob debitum nondum adeo liquidum ratione quantitatis, *Horn. cl. 13. sent. 6.*

28. Defuncto debitore locus est arresto, etiam intra trigesimum, *Carpz. d. c. 29. d. 38.* imo & ante

 nonum

nonum diem: non vero denunciationi, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 3. not. 6. p. 209.* Sed arrestantes intra trigesimum nullum jus reale consequi, cujus ratione aliis post trigesimum arrestantibus præferantur, propter Landr. *lib. 1. art. 22.* tradunt *Color. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 415. Berlich. p. 1. concl. 74. n. 104. aliique.*

29. Post citationem creditorum ad liquidandum, quomodocunque sive edicto, sive ordinario modo, factam, arresta amplius non admittuntur, *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* von Justitien-Sachen ꝛc. *Rivin. ad O. P. S. tit. 48. en. 1. Berger. dec. 465.* confer. *Barth. c. l, §. 16. p. 560.*

30. A judice competente impetrari debet arrestum, *O. P. S. tit. 51.* §. Es soll aber ein solcher. *ibique Rivin. en. 14.* Competens autem est ille, sub quo debitor habet suum domicilium, *O. P. S. c. l. ibique Philipp. consid. 5.*

31. Quod arrestum afficit etiam bona mobilia, alibi sita, *Carpz. p. 1. c. 29. d. 21.* etiam extra territorium, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 25. p. 1172.* non vero immobilia sub alia jurisdictione constituta, *Carpz. d. c. d. 19. Philipp. c. l.*

32. Ratione bonorum mobilium peti etiam potest arrestum eo in loco, ubi sunt sita, *Rivin. c. l. en. 15.*

33. Eadem non est ratio nominum debitoris: frustra siquidem petuntur arresta ad consequendum jus reale coram judice illius loci, ubi debitoris debitores commorantur, *Rivin. c. l. en. 16.* Illa enim coram judice domicilii debitoris constringenda sunt, & denuntiatio non debitori solum, sed hujus etiam debitoribus fieri debet, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 5. p. 1169.*

34. In superiori judicio arresta contra eos, qui imme-

immediate subjecti haud sunt, regulariter recipi non debent, nisi bona debitoris diversis in foris ejusdem territorii existant, vel quædam saltem inter ea bona immediate superiori subjecta sint, *O. P. S. tit. 51.* §. **Wann aber in unserer** *ic. ibique Philipp. consid. 6. Carpz. p. 1. c. 29. d. 23.* add. *Barth. hodeg. for. c. 3. § 12. lit. b. p. 546.*

35. Quando vero immobilia sub uno saltem judice inferiore sita sunt, non subsistit arrestum, coram Superiore impetratum, etiamsi mobilia atque nomina in diversis Electoratus locis fuerint dispersa, *Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 17.*

36. Licet tempore nundinarum Lipsiensium, vi rescripti nundinalis, nulla arresta sint admittenda, generalia tamen in Cancellaria Dresdensi in bona debitoris Lipsiensis impetrari posse, præjudiciis comprobat *Barth. c. l. p. 547.* Verum sententias in eo dissentientes refert atque examinat *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 51. p. 635. seq. & p. 2. supplem. p. 2076.*

37. Non satis est, imperasse generale arrestum, sed notificari etiam illud debet, quamprimum fieri potest, inferioribus domicilii vel immobilium immediatis magistratibus, *O. P. S. c. l. ibique Philipp. consid. 6.* Quodsi enim, priusquam id factum, alius pignus a debitore, vel hypothecam aut arrestum ab inferiore judice obtinuerit, jure prioritatis in istis bonis gaudebit, *Barth. c. l. Ziegler. ad O. P. S. tit. 51. verb. notificiret* **werden.** dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 36.*

38. Qui arrestum generale impetravit, & notificationem intermisit, chirographariis, & personaliter privilegiatis nihilominus præfertur, teste *Carpz. dec.*

 64.

64. en. 27. Nec illi jus reale in re postmodum vendita denegandum est, *Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 22.*

39. Arrestum contra Schrifftsassium, eumque intuitu muneris, quod sustinet, talem, ratione bonorum immobilium, quæ in universum inferioris judicis jurisdictioni subjecta sunt, coram superiori imponi non potest, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 7. p. 1169.*

40. Arrestum in bonis feudalibus impetratum a judice, qui dominus feudi non est, fructus solummodo feudales jure pignoris afficit, *O. P. S. tit. 51. §.* Sonderlich aber 2c. *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 12. lit. b. p. 548.*

41. Si vero judex dominus feudi simul est, in ipsa feudi substantia, non vero in fructibus tantum & commoditatibus ejus, pignus, arresto impetrato, constituitur, *Carpz. p. 1. c. 29. d. 22.*

42. In dubio tamen in solos fructus illud impetratum esse intelligitur, ut itaque expressus Domini consensus adesse debeat, si illud ipsam substantiam afficiat, id quod contra *Zieglerum* urgent *Berger. E. D. F. tit. 48. obs. 3. p. 1639. seq. & Barth. c. l.*

43. Sicuti Dominus jurisdictionis seu territorii, sine consensu Senioris, in feudi substantiam arrestum permittere nequit, nisi debitor potestatem, sine consensu Domini requisito, alienandi feudum habeat: ita nec a solo feudi domino concessum arrestum subsistit, *Barth. c. l.*

44. Coram Curiis Provincialibus, Lipsiensi & Wittenbergensi, arrestum in feudo sive sit Schrifftsassicum, sive Ambtsassicum, imponi atque impetrari non potest, sed hoc soli Cancellariæ reservatum est, *Berger. E. D. F. tit. 51. obs. 4. not. 5. p. 1715.*

45. Conveniri potest judex ad interesse, si pro arresto decernendo requisitus absque justa causa, illud recusaverit, *arg. l. ult. C. de pœn. jud. qui mal. jud. Carpz. p. 1. c. 29. d. 24. & lib. 4. R. 40. l. crüber. sel. obs. for. p. 7. obs. 220.* Licet tamen judici, cautionem de se indemni servando exigere: quo casu vero nuda etiam creditoris promissio admittenda est, si ex inopia cautionem præstare nequeat, *Carpz. d. c. d. 25. 26.*

46. Arresti impositio, statim notificanda est debitori, vel, absente eo, tabernæ illius administratori, denen Handels-Dienern ꝛc. Provisori, der Ehefrauen oder Kindern: quo ipso iis simul alienatio interdicitur, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 17. p. 562.*

47. Notificationis seu interdictionis bonorum & alienationis effectus est, ut omnis alienandi potestas debitori adempta sit, adeo ut cuncta ab eo, ex illo tempore, alienata a quocunque, etiam bonæ fidei possessore, absque pretii refusione, revocari possint, *Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 24. Barth. c. l. lit. a.*

48. Ante denunciationem autem debitor liberam rerum suarum adhuc administrationem habet, easque valide alienare vel oppignorare potest, nisi tertius iste in præjudicium creditorum cum debitore colluserit, consiliumque defraudandi eos cum illo inierit, *Barth. c. l. Berger. E. D. F. tit. 48. obs. 2. ibique not. 1. p. 1637.*

49. Quod tamen de eo creditore dici nequit, qui sciens, debitorem solvendo non esse, urget eum ad solvendum, aut ad dandum v. gr. merces, vel alias res in solutum, tametsi etiam dies solutionis nondum venerit, *Barth. c. l.*

50. Debitor quoque, qui, creditori, ignorans,

bonis illius, arresta imposita esse, solvit, denuo solvere haudquaquam tenetur, *Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.351.*

51. Invalide impetrata arresta in bonis debitoris liberam alienandi facultatem non impediunt, *Wernher. sel. obs. for. p.5. obs.44.*

52. Arrestum, absque causa sufficiente & injuste indultum, in totum relaxari debet, *O. P. S. tit.51.* §. Wann aber 2c. etiam extra processum, *Carpz. lib.4. R.38. & p.1. c.29. d.39.* & talis creditor injuriarum conveniri potest, *Rivin. ad O. P. S. tit.51. en.9.*

53. Arrestum, legitime impetratum, sub cautione quidem de judicio sisti, & judicatum solvi, relaxatur, salvo tamen jure prioritatis arrestanti acquisito, *O. P. S. tit.51.* §. Wenn aber in der Ausführung 2c. *Carpz. d. c. d.40. Berger. œcon. jur. lib.4. tit.30. th.3. not.26. p.1172.*

54. Vid. loc. *annus gratiæ. th.5.*

ARRESTI RENOVATIO.

1. Arrestum impetratum de una quaterdena in aliam von 14. Tagen zu vierzehen Tagen, bis renovandum est, *O. P. S. tit.51.* §. wie aber, *Constit. Elect. Sax.29. p.1. ibique Carpz. d.9. Rescriptum decisivum de an.1606. quod extat in Cod. August. vol.1. p.166. Berger. œcon. jur. lib.4. tit.30. th.3. p.1168.* quod contra *Moller. lib.2. Semestr.11. n.3. Rauchb. p.1. qu.3. n.21. Zanger. de except. p.2. c.1. n.268.* notandum est.

2. Tempus renovationis, sive quaterdena non incipit a die petiti, sed impetrati arresti, *Carpz. proc. tit.21. art.4. n.11,12.* Hodie vero rem arbitrii, non necessitatis esse, an quis computare velit quaterdenas

nasa die petitionis atque registraturæ, an a die concessionis, testantur *Rivin. ad O. P. S. tit.51. en.25. Berger. E. D. F. p.1734.*

3. Et quamvis visum fuerit *Carpzovio ad d. c. d.10.* tempus quaterdenarum de momento in momentum currere: hoc tamen non amplius observari, sed totum diem decimum quartum renovationi cedere ipse testatur *Carpz. in proc. tit.21. art.4. n.18. & lib.4. R.37.* add. *Berger. dec. 470.*

4. Renovationem arresti quidem anticipare haud licet, *Rescript. Decis. de an.1606. quod extat in Cod. August. vol.1. p.166. O. P. S. tit.51. §. Wenn auch ꝛc. Carpz. d. c. d.9.* Non tamen nocet anticipatio, si debito tempore de novo renovatur arrestum, *Rivin. c. l. en.26.* add. *Berger. p.2. supplem. ad E. D. F. p.991.*

5. In secunda renovatione creditor præcise libellum arrestatorium offerre tenetur, *O. P. S. tit.51. §.10.* nec valet arrestum, si libellus in primo vel secundo termino statim exhibeatur, *Carpz. p.1. c.29. d.12.* Sed in arbitrio arrestantis fuisse videtur, an libellum actionis arrestatorium in primo vel ultimo termino exhibere voluerit juxta *Constit. Elect. Sax. 29. p.1. & Rescriptum decisivum de an. 1606. quod extat in Cod. August. vol. 1. p.166.*

6. Insimul necesse est, ut creditor petat, debitorem citari, *O. P. S. tit.51.* §.10. *Carpz. d. c. d.13. Rivin. ad O. P. S. tit.51. en.31.* Arrestum tamen propterea non est invalidum, quod is, qui illud imposuit, citationem non expresse, sed tantum prosecutionis terminum præfigi petit, *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.76.*

7. Arrestum non subsistit, si impetrans cum libello

bello in renovatione secunda non exhibet obligationis instrumentum in originali, aut saltem copiam vidimatam, *Rivin. c. l. en. 27. per O. P. S. tit. 51. §. 10. verbis:* die Klage mit genugsamer Ausführung und Bescheinigung der Schuld Forderung eingebracht. Subsistit tamen arrestum, si jam in impositione documentum originale vel in copia vidimata productum fuerit, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 13. lit. c. p. 556.*

8. Etiamsi quis ratione liquidi jamjam contra debitorem obtinuerit rem judicatam, formam tamen præscriptam quoad demonstrationem observare tenetur, nec sufficit provocasse ad acta judicialia, *Rivin. c. l. en. 28.*

9. Si in documento debendi causa non est expressa, arrestum pro infirmo habetur, *Rivin. c. l. en. 29.*

10. Validitas arresti non obtinetur, si pro demonstratione debiti creditor juramenti delatione utatur, *Rivin. c. l. en. 30. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 21. p. 1171.* Demonstratio nominis per testes autem admittitur, *Berger. E. D. F. p. 1733. seq.* add. *loc. arresti impositio. th. 6.* salva reo contra demonstratione, *Berger. c. l. p. 1738.*

ARRESTI PROSECUTIO.

1. Arrestante in prosecutionis termino emanente, arrestum propterea non statim pro invalido habetur, atque cassari debet, *Svendend. ad Frbig. p. 1187. Rivin. ad O. P. S. tit. 51. n. 35. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 18. lit. a. p. 573.*

2. Plane arrestum nullum esse, non solum, si arrestans non compareat, sed etiam, si compareat quidem, justificationem vero omittat, docent *Mev. p. 5. dec.*

dec.286. Richter. p.2. dec.77. Martin. ad O.P.S. tit. 51. §.11. Berger. dec.472.

3. Arrestum pro deserto declarandum non est, si in termino prosecutionis liber mercatorius originalis, ad confirmandum inde creditum, non producatur, *Rivin. c.l. en.7. Barth. c.l.*

4. Arresto licet haud subsistente, reus tamen conventus ad libellum respondere & litem contestari tenetur, modo debitor ratione domicilii vel contractus ibidem forum sortiatur, *Carpz. p.1. c.29. d.43. 44. Rivin. ad O.P.S. tit.51. en.37.*

5. Contra libellum arrestatorium exceptiones, in scriptis exhibitæ, non attenduntur, sed oretenus sunt proponendæ, *Rivin. c.l. en.33.*

6. Processus arrestatorius in foro concursus exercetur, ita, ut eodem omnia arresta oporteat remitti, *Berger. œcon. jur. lib.4. tit.30. th.3. not.13. p.1171.*

7. Processus arrestatorius est vel executivus, si ex instrumento guarentigiato arrestum impetretur; vel summarius, si ex libro mercatorio. Priori casu juramenti delatio super exceptionibus non habet locum, bene tamen posteriori, *Rivin. ad O.P.S. tit. 51. en.32.*

ARRESTI EFFECTUS.

1. Effectus arresti, ejusdemque justificati, est jus pignoris Prætorii, ex eoque prioritas a tempore petiti non impetrati, aut denunciati, computandum, *O.P.S. tit.51.* §. Wenn auch ein Kummer. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit 30. th.3. not.23. p.1172. Barth. hodeg. for. c.3.* §.17. *lit. a. p.562.*

2. Unde non interest, quis prius impetraverit arrestum, *Horn. cl.13. sent.17. p.993.b.* & utrius arrestum prius debitori fuerit denunciatum, *Berger. E. D.F.*

D. F. tit. 48. obs. 2. not. 2. p. 1638. Quamvis jus prioritatis a tempore demum denuntiationis computare velit *Carpz. p. 1. c. 29. d. 2.* imo, omissa denuntiatione, arrestum corruere, ipse dicitur *Berger. œcon. jur. c. l. not. 15. p. 1171.*

3. Creditor arrestans, a tempore notificationis, præfertur omnibus posterioribus hypothecariis, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 143.* non autem anterioribus, nequidem quoad mobilia, conventionalibus, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 12. lit. a. p. 546.*

4. Imo pignus Prætorium, quod per arrestum impetratur, hypothecæ extrajudiciali priori minus anteferri, tradit *Berger E. D. F. tit. 48. obs. 2. not. 3. p. 1638. seq. & œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 8. not. 5. p. 528. & lib. 4. tit. 30. th. 3. not. 24. p. 1172.* Et arrestantibus posterioribus hypothecam extrajudicialem duorum vel trium testium subscriptione & sigillis corroboratam præfert *Carpz. p. 2. c. 23. d. 14.* Quod in foro tamen Saxonico non obtinet vid. *Dec. Elect. Sax. nov. 60. ibique Philipp. obs. 1. Barth. c. l.*

5. Vendita re oppignorata, creditores, in pretio arrestum impetrantes præferuntur hypothecariis anterioribus, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 148.* Contrarium tamen placuit Serenissimo Legislatori Saxonico in *dec. nov. 58. ubi Philipp. obs. 1.*

6. Non extenditur arrestum ad bona ea, quæ jam alius creditor detinet saltem, in iisque jus retentionis vel compensationis exercere potest, *O. P. S. tit. 51. §. 5. ibique Martin. Carpz. p. 1. c. 29. d. 37. Mev. de arrest. c. 9. n. 6.* nam concursus creditorum aut curatoris constitutio non tollit jus retentionis, & quod ei consequens est, *Mev. p. 1. dec. 172. n. 11.* Sed hodie in Saxonia Electorali, si concursus creditorum exi-

existat, jus retentionis cessat, vid. *loc. pignus. th. lit.* & *locus retentionis jus ad rubr. lit. a.*

7. Creditor, qui certa ex causa arrestum impetravit, bona arrestata etiam ex alia causa, pignoris jure, retinere potest, eoque nomine prioritatis jure gaudet, *Carpz. d. c. d. 5.* & *proc. tit. 21. art. 5. n. 30.* Sane, sicuti jus arresti per cessionem valide in alterum transferri potest, *Carpz. d. c. d. 3.* modo in Saxonia cessio fiat judicialiter, *O. P. S. tit. 51. §. ult. ibique Philipp. consid. 11.* Sic quoque cessionarium non duntaxat in illa summa, pro qua sibi arrestum cessum est, sed etiam in multo majori summa, pro qua debitorem sibi obligatum habet, omnibus aliis creditoribus præferri tradit *Carpz. d. def. 5. n. 5.* & *Berlich. p. 1. concl. 74. n. 153.* dissentiunt in totum *Svendend. ad Fibig. p. 1195. Berger. E. D. F. tit. 51. obs. 10. not. 1. p. 1744. seq.* & *œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 14. not. 3. p. 539. Mencken. disp. de retent. pignor. ob aliud debitum. c. 2. th. 6.*

8. Creditor, qui jus reale per arrestum in bonis debitoris sui jamjam impetravit, etiam contra hujus personam jus cambii exercere potest, *Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 36.*

9. Add. loc. *litispendentia. th. 8.*

ARRESTVM COMMUNE SIVE SEQUESTRVM.

1. Arrestum commune renovatione opus non habet, *Coler. proc. exc. p. 1. c. 2. n. 184. seq.* nec jus reale & prioritatis tribuit, vid. *O. P. S. tit. 51. §. 1. Mev. de arrest. c. 15. §. 24. Ludovic.* Einleitung zum *Civil-Proc. c. 4. §. 2. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 62. n. 1.* sed solam juris ac debiti conservationem respicit, idque efficit, ne persona extra jurisdictionem judi-

judicis arrestantis secedere, vel res quascunque inde dimovere possit, donec rationi impositionis satisfa-ctum fuerit, *Mev. d. tr. c. 1. §. 12. Wernher. c. l.*

2. Quod præcipuum est, hoc arrestum forum competens reddit, & litis pendentiam inducit, *Mev. d. tr. c. 15. §. 24. & 26. Ludovic. c. l. Wernher. c. l.* perinde ut arrestum Saxonicum, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 8. p. 935.* non solum actione reali, ad quam modo competentiam fori ex arresto restringit, *Carpz. lib. 2. R. 31. n. 9. 10.* Sed quoque in personali, *Struv. jurispr. lib. 4. tit. 5. §. 10.* add. *Responsum*, quod exhibet *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 199. & in supplem. ad eand. obs.* quamvis reus sit privilegiarius, ut clericus, aut jure de non evocando communitus, *Berger. c. l. p. 936.*

3. Hujusmodi arrestum, sive sit in re, sive in persona, regulariter est prohibitum, *O. P. S. tit. 51. §. 1. ibique Martin. n. 14.* nisi inter partes ita convenerit, & debitor ad carcerem vel arrestum sese obstrinxerit, *l. 9. de serv. export. l. 1. & 2. C. si serv. export. Rec. Imper. de an. 1594. §.* und so viel die ungleiche Meynung. *Constit. Elect. Sax. 21. p. 2. ibique Carpz. d. 1. 2. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 6. def. 7. n. 2.* vel causa justa & sufficiens extiterit, *Mev. de arrest. c. 6. n. 1.*

4. Justa atque sufficiens causa arresti, sive in re, sive in persona, est, si debitor sit fugitivus, *O. P. S. tit. 51. §. 1. ibique Martin. n. 22.* sive vagabundus, *Mev. d. c. 6. n. 3.* si immobilia non possideat, de fuga tamen sit suspectus, *l. 8. de pollicit. l. 7. §. fin. qui satisd. cog. O. P. S. c. l. n. 6. seq.* Si debitor ex una provincia in aliam emigrare velit, nec tanta immobilia relinquat, ut de iis creditori satisfieri possit, *O. P. S. c. l. ibique Martin. n. 30.*

5. Por-

5. Porro justa causa hujus arresti est, si debitor forensis, advena vel extraneus contraxerit in civitate, ibique solutionem promiserit, *Constit. Elect.30. p.1. ibique Carpz. d.4. O.P.S. c. l. ibique Martin. n.31. Mev. d. c.6. n.53.* etiamsi saltem in transitu reperiatur, *Carpz. d.c. d.6.* vel sit debitoris heres, *Carpz. d. c. d. 7.* vel fidejussor, *Carpz. d.c. d 8.* Secus autem est, ubi creditor, debitoris fidem secutus, in alios dies distulit solutionem, *Mev. c.l. Martin. c.l. n.34. Rivin. ad O.P.S. tit.51. en.2.*

6. Plane moribus Germanorum receptum esse, ut, si bona debitoris in aliquo loco deprehendantur, per modum arresti procedi, & sic forum ibi fundari posse, quamvis eo in loco haud sit contractum, nec debitum plene demonstratum, adeo ut quævis justa & probabilis causa judicis arbitrio æstimanda sufficiat, testantur *Struv. ex.9. th.42. Stryck. us. mod. de judic. §.32. Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.62. & 199. nec non in supplem. ad d. obs.199.*

7. Nec minus sufficiens causa arresti est, si quis ab opificibus quid emerit, vel sibi parari fecerit, nec solverit, *O.P.S. tit.51. §.1. ibique Martin. n.32.* nisi fides ad tempus habita statim demonstretur, *Mev. de arrest. c.6. n.54.* In dubio enim opifices sic operas conficere censentur, ut statim sequatur solutio, *Peck. de jur. sist. c.4. n.4. Carpz. p.1. c.30. d.18. n.3.*

8. Deinde justa causa est, si inquilinus, sive conductor, mercede non soluta, emigrare & discedere velit, *O.P.S. c.l. ibique Martin. n.60.* Si hospes, priusquam cauponario solverit, discedere velit, *O.P.S. c.l. ibique Martin. n.57.*

9. Denique justa arresti causa est, si debitor bona sua dilapidando consumat, & ad inopiam vergat,

 l.22.

l. 22. §. fin autem. solut. matrim. O. P. S. c. l. ibique Martin. n.38. item si creditor, in loco domicilii debitoris, jus & justitiam impetrare nequiverit, *O. P. S. c. l. ibique Martin. n.35.* ubi plures recenset casus, add. *Mev. d. c. 6.*

10. Hoc arrestum in persona non habet locum in debito minimo, *Carpz. d. c. d. 9.* in comitibus, nobilibus, doctoribus, militibus & legatis, *Carpz. d. c. d. 10.* in eo, qui testimonii dicendi causa, vel justificandæ appellationis gratia commoratur in loco, ubi contraxit, & solutionem promisit, *Carpz. c. l.* in ministris mercatorum, *Constit. Elect. 30. p. 1. ibique Carpz. d. 11.* in cadavere defuncti debitoris, *l. 6. cum. auth. C. de sepulch. vio. Carpz. d. c. d. 22.* adeo ut, contra qui facit, debitum amittat, & aliud tantundem heredibus injuriati solvere cogatur, ac insuper tertiæ partis omnium bonorum suorum confiscationem pati teneatur, cum infamia, *nov. 60. c. 1. Philipp. ad O. P. S. tit. 51. consid. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 1. th. 3. not. 5. p. 209.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 25.*

11. Porro arrestari non possunt cives singuli, eorumque bona pro debito civitatis, sive universitatis, *d. c. 30. ibique Carpz. d. 12.* nisi semetipsos singulatim, obligaverint, *Carpz. d. c. d. 13.* mercatores, eorumque bona, durantibus nundinis solennibus, *d. c. 30. ibique Carpz. d. 23.* licet sint fugitivi, & de fuga suspecti, *Carpz. d. c. d. 25.* & debitum in ipsis nundinis contractum, *Carpz. c. l. d. 26.* nisi privilegio nundinarum sit renunciatum, *Carpz. d. c. d. 27.* vel debitor non sit mercator, *Carpz. d. c. d. 24.*

12. Nec arrestari possunt tutores, curatoresve & bona eorum, si nomine & in rem pupillorum vel minorum contraxerint, *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 23. def. 5.*

def. 5. Mev. de arrest. c. 8. n. 24. nisi proprio nomine contraxerint, *Mev. c. l. n. 28.*

13. Pupilli & minores non quidem in persona, in rebus vero arrestari possunt, si talis causa subsit, ex qua obligantur, vid. omnino *Mev. c. l. n. 6. seq.*

14. Fœminæ vero, etsi pro debito civili incarcerari nequeant, *auth. hodie novo C. de custod. reor.* attamen non modo quoad personam quam quoad res recte arrestari possunt, ut se sistant, & respondeant, *Mev. c. l. n. 3. seq.*

15. Judex non adeo facilis in concedendo arresto esse, sed probe considerare debet, an revera debitum subsit, & causa ad impetrandum arrestum sit sufficiens, *Martin. ad O. P. S. tit. 51. §. 1. n. 69. seq. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 4. §. 4.* & si hæc deprehendatur, ceteris paribus non adeo quoque difficilis sit in eo decernendo, *Ludov. c. l.*

16. Arresto personali decreto, debitor plerumque prehenditur, & in carcere civili detinetur, vel custodia ei ad domum ponitur, *Ludov. c. l. §. 7.* Aliquando etiam ejus custodia injungitur illi, penes quem commoratur, *Mev. de arrest. c. 15. n. 63.* Imo debitori regulariter saltem imponi, ne deserat judicium, ante finitam litem, & decisam causam, innuere videtur *Mev. c. l. n. 1.* add. *c. 24. per tot.* ubi quoque de aufugientis & arrestum frangentis pœna agit.

17. Quod ad arrestum reale, illud vel concernit res debitoris in loco existentes, vel ejus nomina activa: priori casu illi, penes quem reperiuntur, injungi solet, ne debitori illas auferre permittat, quamvis securius est, ut statim in judicium transferantur; posteriori autem casu debitori debitoris inhibetur solutio, quandoque sub pœna, *Ludov. c. l.* add. *Mev. d. c. 15. n. 64.*

18. Rite impetrato arresto arrestans illud prosequi, & jus suum, pro re nata, vel in processu executivo, vel ordinario deducere debet, quod dicitur justificatio arresti, *Ludovic. c. l. §.8.* vid. omnino *Mev. de arrest. c.16.17.*

19. Arrestum, præstita cautione sufficienti, relaxatur, *Constit. Elect. Sax.30. p.1. ibique Carpz. d.19.* confer. *Mev. p.1. dec.239.* juratoria autem non sufficit, *Carpz. d.c. d.20. Martin. ad O.P.S. tit.51. §.1. n.76.*

20. Plane interdum in loco initi contractus, aut destinatæ solutionis, arrestum commune denunciatur hospiti, in hunc tantummodo finem, ne arrestatum discedere, ac res suas secum auferre permittat, donec se steterit judicio: post comparitionem autem ad instantiam rei iterum relaxatur, *Rivin. ad O.P.S. tit.51. en.4.*

21. Arrestum si injuste fuerit indultum absque omni cautione statim relaxandum est, *Martin. c.l. n.78.* & tenetur injuste arrestans arrestato ad refusionem sumtuum, damnorum & interesse, *Carpz. d.c. d.21. Mev. de arrest. c.20. n.9. & c.23. n.14.seq.*

22. Personaliter arrestatus, si inops sit nec habeat, unde impensas faciat, una cum jumentis ac familia, quam secum habuerit, alendus est a creditore: alias abire, aut a judice dimitti, atque arrestum relaxari potest, *Coler. proc. exec. p.1. c.2. n.111.seq. Mev. d.tr. c.15. n.19. & c.25. n.24.*

23. Ne tamen creditor habeat, quod conqueratur, judex, ubi arrestatus eguerit, prius mandare debet, ut sumtus litis & necessaria alimenta porrigat, sub comminatione relaxationis. Nec remorabuntur disputationes adversarii, prætendentis forte, ipsi arre-

arrestato suppetere victus occasiones, nisi easdem manifeste statim doceat, & judici approbet, *Mev. d. c. 25. n. 25.*

24. Quo circa prudentes judices id præcavere solent, ut a petentibus arrestum non modo exigant cautionem indemnitatis judicii, sed etiam ob impensas, ne postea ex publico illas suppeditare necesse sit, *Coler. c. l. n. 116. Boer. dec. 303. n. 2. Mev. d. c. 15. n. 19.*

ARRHA.

Vid. loc. *emtio venditio* th. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

ARRHA SPONSALITIA.

1. Arrham sponsalitiam, Mahlschatz, ab una tantum parte dari posse, non vero reciproce, asserunt *Bartol. ad l. Titia. 134. n. 9. de V. O. Covarr. de matrim. c. 3. §. 7. n. 9.* Verum, cum utraque persona hic constringenda sit per arrharum dationem, utrinque intervenire potest, nec, ut hoc fiat, ullo jure prohibitum est, *Carpz. p. 3. c. 19. d. 13. n. 11. Stryck. in addit. ad Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 16. §. 4. verb. arrham dare.*

2. Arrhas post consummationem matrimonii redire ad illum, qui dedit, asserit *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 36. n. 2.* Quod vero moribus fere universalibus refragatur, ubi post matrimonium contractum unusquisque retinet, quod in desponsatione arrharum nomine accepit, *Christin. vol. 3. dec. 127. n. 12. Stryck. c. l.*

3. Quod in *l. 3. C. de spons.* dicitur arrhas restituendas esse, si sponsus vel sponsa ante nuptias decesserit, quam sententiam quoque tenet *Lauterb. disp. de arrh. sect. 5. th. 136.* hodie non obtinet, sed arrhæ pro simpliciter donatis habentur, adeoque revocari nequeunt, *Carpz. p. 3. c. 19. d. 13. Hahn. ad Wesenbec.*

tit. de sponsal. n. 5. Stryck. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 6. not. 1. p. 105.

4. Cum sponsalia declarantur nulla, arrhæ ex utraque parte sunt reddendæ, *arg. l. 5. C. de sponsal. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 6. not. 1. p. 105.* v. gr. ex causa clandestinitatis, *Carpz. jurispr. eccl. lib. 2. def. 51.* Sed introductum esse, ut, si ex causa clandestinitatis sponsalia dissolvantur, arrha cedat consistorio, & si forte una pars ab altera inducta fuerit ad contrahenda ejusmodi sponsalia, pars nocens innocenti damnum, quod sine culpa ex amissione arrhæ sentit, una cum expensis restituere teneatur, tradit *Beyer. in addit. ad Carpz. c. l.* confer. vero *Wernher. sel. obs. for. n. 10. obs. 269. & 270.* ubi: quando sponsalia per se invalida, veluti clandestina, contracta sunt, regressus cessat. Item si justa causa a sponsalibus discedendi adest, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 51. n. 6. Stryck. de dissens. sponsalit. sect. 4. c. 5. §. 10.*

5. Matrimonio non secuto culpa unius desponsatorum, v. c. ob bina sponsalia, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 64.* arrha restituitur, si quidem sit innocentis, *Berger. c. l.* confer. vero *Beyer. in addit. ad Carpz. c. l.* sin nocentis Consistorio attribuitur, *Carpz. d. def. 64. n. 14. Berger. c. l.* Extra Saxoniam vero partem innocentem acceptam arrham retinere, putat *Stryck. de dissens. sponsalit. sect. 4. c. 5. §. 10.* add. *id. in addit. ad Brunnem. jus. eccles. lib. 2. c. 16. §. 9. verb. alia sponsalia concedere potest.*

ASSASSINIUM.

1. Pœna in *assassinatore*, i. e. conductore, est pœna gladii, ita ut cadaver post factam executionem rotæ imponatur; in *assassino* vero, i. e. locatore ope-

ræ

ræ supplicium rotæ, *Carpz. pract. crim. qu. 19. n. 15. & 19. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 12. p. 834.*

2. Ut vero hæc pœna, tam in assassinatore, quam assassino, locum habeat, requiruntur tria copulative: 1) mandatum ad occidendum, non vero solum ad vulnerandum, 2) ut interveniat pecunia vel alia merces data vel promissa, 3) ut hujus præmii intuitu, aut ejusdem saltem certa spe, assassinus mandatum exequatur, aut ad minimum ad actum effectui proximum deveniat, *Theodoric. in colleg. crimin. disp. 7. th. 4. lit. a. Carpz. c. l. n. 27.*

3. Exasperatur pœna in assassinatore, si parentem, filium, vel conjugem per alium occidi faciat, ita, ut pœna culei vel rotæ, deficiente copia fluminis, plectendus sit, *Carpz. c. l. n. 28. seq.*

4. Mitigatur vero pœna assassinii, & in extraordinariam, arbitrio judicis relictam, convertitur, si in conatu substiterint rei, *Carpz. c. l. n. 55.* Ubi tamen ad actum morti proximum perventum est, & non per assassinum stetit, quin consummatum sit delictum, sed occidendus forte fortuna evasit, pœna gladii, cum impositione cadaveris in rotam, indistincte tam assassinatori, quam ipsi assassino imponi solet, *Carpz. c. l. n. 58. seq.* confer. *Horn. cl. 15. sent. 36.*

ASSECURATIONIS CONTRACTUS.

Vid. loc. *contractus assecurationis.*

ASSIGNATIO.

1. Assignatio est dimissio creditoris a debitore in aliam personam, accipiendæ pecuniæ causa, facta, eine Anweisung an einen andern, von welchen er, statt des Debitoris, seine Zahlung empfangen soll, *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 3. lit. b. p. 447.*

2. Est vero juxta *Rescriptum Electorale de anno 1699.* alia *plena*, quæ a creditore assignato ita in solutum recipitur, ut assignans statim liberetur, tametsi solvendo esse desinat debitor assignatus; eaque fit vel data eapropter apocha aut subscripto etiam syllabo mercium debitarum ut solutarum, his verbis: ist bezahlt, item: ist durch Anweisung bezahlt; vel, viva voce: si interrogante, post acceptationem assignationis, debitore: also ist der Herr bezahlt, hic respondeat: Ja. Secus, si cum addito, ut prudentiores faciunt: Ja, wenn ich das Geld in Cassa haben werde; alia *minus plena*, quæ saltem mandatum est, quod creditori, ad exigendam ab assignato pecuniam, defertur, qualis in dubio assignatio præsumitur, quo illud referendum: Anweisung ist keine Bezahlung. *Barth. c. l. p. 447. seq.*

3. Differt assignatio a Scontratione potissimum in eo, quod assignatio, etiam absente assignato, per modum quasi cessionis, fieri possit: Scontratio vicissim omnium, assignantis scil. & assignatarii, nec non assignati præsentiam requirat, ita ut assignans assignatario creditori suo assignatum debitorem in solutum cedat, hicque, interveniente stipulatione, assignatario solutionem promittat, quo ipso cum delegatione convenit, novatioque & liberatio ab obligatione in persona assignantis inducitur. *Barth. c. l. p. 448.*

4. Juxta memoratum Rescriptum Electorale, quod typis excusum habet *Berger. E. D. F. tit. 11. obs. 6. not. 1. p. 403.* assignatio plena, quæ vim dationis in solutum, & delegationis habere debet, non nisi in scriptis fieri potest, assignanti data insuper apocha ab assignatario; atque, his non observatis, assignatio, per modum saltem mandati, facta esse intelligitur, in tantum,

tantum, ut probationi in contrarium, neque per testes, neque per juramenti delationem, locus sit, nisi fiat per scontrationem, add. *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. p. 352.* ubi, quod nec aliud in causis cambialibus obtineat.

5. Itaque minus plena assignatio, sive sola acceptatio assignationis assignantem ab obligatione non liberat, sed si nomen assignatum non solvatur assignatario, assignans assignationem non solum ad se recipere tenetur, sed quoque nominis periculum sustinet, vid. *alleg. mand. Elect. Barth. c. l. p. 450.* ubi Responsum. add. *Berger. c. l.*

6. Assignatarius, ad minimum, culpam levem, tanquam procurator in rem suam, præstare debet: quo etiam pertinet remissio assignationis, vel etiam protestatio, in casu non secutæ solutionis, hoc tamen cum discrimine, ut, si pro debito cambiali assignatio data fuerit, die ad minimum solutionis, in aliis vero ex negociatione mercium, vel alia quacunque causa, oriundis debitis, certum terminum solutionis non habentibus, intra octiduum, in habentibus autem solutionis diem, die ad minimum sequenti exactio, vel non secuta solutione, redditio assignationis, aut, si assignans non sit in loco, protestatio fieri debet: alias, debitore facultatibus lapso, damnum cedit assignatario, vid. *alleg. mand. Elect. de anno 1690. Barth. c. l. p. 448.*

7. De cetero, cum debitor assignatus, ex acceptatione assignationis, assignatarii debitor fiat, hinc, ulterius forte transferente in alium assignatario assignatum debitum, assignatusque debitor deinde huic cessionario non in parata pecunia solvere, sed compensare cum eo assignatum debitum velit, tertius ve-

ro ille assignatus creditor, seu cessionarius, compensationem admittere nolit, patet ei contra assignantem, debitorem suum regressus, & hic etiam ei, invito licet debitore cesso, seu assignato, salva contra hunc ei pristina, ex acceptata assignatione, competente actione, & non obstante cum assignata creditore intentata compensatione, solvere potest. *Barth. c. l. p. 488. & seq.*

ATTENTATVM.

1. Attentatum non est, ignorata appellatione, ideo de eo conquerens probare notitiam debet, *Mev. p. 3. dec. 121.* Non autem pro attentato præcise necessaria est intimatio appellationis, sed qualis qualis sufficit notitia, *Mev. p. 3. dec. 122.*

2. Vid. loc. *appellationis interposita effectus. th. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 14.* & loc. *avocatio causa th. 3.*

AVOCATIO CAVSÆ.

1. Magistratus superior causas a judice inferiori avocare, & processum, in judicio inferiori inchoatum, continuari coram se facere, & jubere potest. *l. 58. de judic. c. 56. X. de appell.* etiamsi judex inferior ordinariam habeat jurisdictionem, *Carpz. proc. tit. 3. art. 4. n. 98. 99. & lib. 2. R. 20.*

2. Prærequiritur vero, præcipue in casu jurisdictionis patrimonialis, tanquam privative, aut subordinate concessæ, justa atque sufficiens causa (a) cujusmodi est, justitiæ protractio, *Carpz. proc. c. l. & d. R. 20. n. 9. seq. Berlich. p. 1. concl. 6. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 28. th. 12. not. 1. p. 147. Horn. class. 12. R. 1.* nec non causæ continentia, *Mev. p. 2. dec. 135.*

3. Per

(a) Aliqualis igitur causæ cognitio præcedere debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 9.*

3. Per avocationem ita ligantur manus judicis inferioris, ut amplius in causa procedere nequeat, &, si processerit, attentatum committat, quod revocari debet non aliter, ac per appellationem jurisdictio ejus esset suspensa, *d. c. 56. X. de appell. Carpz. d. R. 20. Berlich. d. concl. 6. n. 23. Berger. c. l. not. 2.*

AVRIGA.

1. Actionis de recepto genere comprehenduntur etiam hodiernis moribus aurigæ, veredarii, rhedarii, non quidem privati, ubi tamen dissentit *Richter. p. 3. dec. 141. n. 15. 16.* sed publici, qui publica autoritate constituti, statis diebus, de loco ad certum locum personas, vel res transvehere solent, Land-Gutscher, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. not. 3. p. 731. & Christoph. Henric. Berger. dec. 209. n. 1.*

2. Non distinguitur, an res currui impositæ fuerint, cum perierint, an minus: sola enim receptio causa & fundamentum hujus actionis est, *l. 1. §. ult. naut. caup. stabul. Horn. c. l. 12. sent. 6. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 463. Berger. c. l. not. 7. p. 733.*

3. Nihil quoque interest, an culpa aurigæ damnum contigerit, necne, cum etiam aliorum factum præstare debet, *d. l. 1. §. ult. Wernher. c. l. Berger. c. l. p. 732.*

4. Hinc opus non est, ut in libello culpæ ab auriga commissæ fiat mentio, multo minus, ut ista probetur, *Horn. cl. 12. sent. 6.* confer. *Berger. c. l. p. 733.*

5. Nec requiritur, ut persona, quæ furtum fecit, vel damnum dedit, nominetur, ac probetur, *Struv. ex. 8. th. 111.*

6. Casum tamen fatalem, v. g. qui ab externa vi provenit, auriga non præstat, *l. 3. §. 1. naut. caup. stabul.* qui vero, cum non præsumitur, ab eodem probari

bari debet, *l. 2. C. de naufrag. Struv. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 463. n. 6.*

7. Imo aurigam se tueri posse exceptione furti, modo illud & omnem diligentiam adhibitam probet, tradit *Berger. d. dec. 209.* add. *ejusd. Dn. parentis œcon. jur. lib. 3. tit. 6 th. 8. not. 7. p. 733.*

Auszug, Ausgedinge, RESERVATVM RVSTICVM.

1. Reservata, die Auszüge, servitutibus personalibus annumerantur, *O. P. S. R. tit. 39. §. 11. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 24. not. 5. p. 336. Kraus. diss. de reserv. rustic. c. 2. §. 3.* modo verba in rem sint concepta, ex. gr. Doch will ich mir Jährl. aus dem Guthe 6. Scheffel Korn ꝛc. ꝛc. ausgedungen haben. E contra ea verba: Er wolle sich aber von Käuffern Jährl. 2. Scheffel Korn ausgedungen haben, jus duntaxat ad rem seu personale tribuunt, dum hæc solam personam, nulla ad prædium habita ratione, spectant, adeo ut hoc jus reservati appellationem non mereatur, *Kraus. c. l. §. 2.*

2. Etiamsi illa verba: Jährl. und Lebenslang, non sint addita, si modo quædam præstationes sub sola voce des Auszugs veluti: zum Auszuge will sich Käuffer zu seinem Unterhalt in dem Guthe ausgedungen haben ꝛc. ꝛc. nihilo secius annuæ inde ad reservantis usque obitum creduntur, *Kraus. c. l. §. 4.*

3. Non solum sibi, sed & aliis, veluti uxori aut filio valetudinario, constitui potest reservatum, tanquam prælegatum, *Kraus. c. l. §. 6.*

4. Quamvis in ipso alienationis contractu de reservato, dem Auszug, convenerint partes, in ipsa autem traditione de eo vel per incuriam aut errorem nihil amplius commemoraverint: Attamen reservatum

tum reale constitutum dici non posse, sed ad realem vigorem huic pacto comparandum necessario requiri, ut in ipsa dominii translatione illud excipiatur, ita tamen ut sufficiat, si tradens ad contractus conscriptam formulam se referat, putat *Kraus. d. diss. de reserv. rustic. c. 3. §. 3.*

5. Et quamvis jure civili sola reservatio des Auszugs jus reale inferat, per *l. 3. de oblig. & act. l. 48. de pact. l. 20. C. eod.* Attamen jure Saxonico, quo nullum jus reale citra consensum & confirmationem judicis hodie constituatur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 1. not. 2. p. 299.* ad jus des Auszugs reale perfecte constituendum, judicis confirmationem & consensum requiri, ita tamen ut hypothecæ reservatio non desideretur, *Mandat. Elect. Sax. de an. 1726.* & speciali ad reservatum, den Auszug, directa confirmatione non indigeat, sed sufficiat, si contractus in scriptis propositus, cui adjectum pactum des Auszugs fuerit, a judice per omnia agnoscatur, confirmetur, atque in libros publicos redigatur, *Kraus. c. l. §. 5.*

7. Reservans ad cautionem, quæ alias ad usufructuarium & habitatorem præstanda pertinet, nisi quarundam rerum intuitu, veluti agri, horti, ut constituat compelli non potest, *arg. l. 11. quemadm. usufruct. cav.* præsertim, cum reservatas pensiones ex manu possessoris expectare teneatur, & plerumque illi, qui sibi den Auszug reservant, parentum personam sustineant, *Kraus. d. dissert. de reserv. rustic. c. 4. §. 1.*

7. Illi reservantes, quibus non nisi certa inhabitandi facultas, freye Herberge, Wohnung und Auffenthalt, una cum quibusdam determinatis fundi reditibus debetur, hoc jus in alium transferre, locare aut

aut vendere prohibentur, quod tum adhuc magis probatur, cum in ipsius domini æstuario mansio fuerit excepta. veluti: zur freyen Herberge und Auffenthalt in Käuffers Wohn-Stube, die Helffte beym Offen und die halbe Hölle, zur Lagerstatt aber Käuffers Schlaff-Kammer samt ihm zu gebrauchen, *Kraus. c. l.* §. 2.

8. Cum vero ejusmodi reservationes, præprimis, quæ facultatem commorandi, Wohnung und Auffenthalt, tribuunt, varias secum afferunt rixas: hinc in casum futuræ discordiæ hoc pactum adjici solet, ut vel pretium loco des Auszugs præstandum, vel separatum tuguriolum, emtoris plerumque sumtibus exstruendum, excipiant, cujusmodi Casarii, sive Häußler, ad alium illud transferre & locare non possunt. Id quod tamen ad fructus annuatim præstandos, ceu res dividuas minime, extendendum, cum debitori des Auszugs nullum inde damnum, nullaque molestia inferatur, *Kraus. c. l.* §. 2.

9. Reservanti omnia illa, sine quibus commode jus des Auszuges exercere nequit, simul tacite reservata intelligantur, *arg. l. 2. de jurisdict.* Quo pertinet jus itineris ad mansionem & agrum, sub hoc jure exemtum, per prædium & omnes ejus partes, *Kraus. c. l.* §. 3. Aqua tamen in aheno fornaci affixo calefacta, das Offen-Blasen-Wasser, item suspenso mantili, aufgehengte Handquelle, & aliis ad coquenda & apponenda esculenta & potulenta ibi positis instrumentis non utitur, nisi fide pactorum aliud placuerit, *Kraus. c. l.* §. 3.

10. Si vacca, vel aliud hujus generis pecus fuerit reservata, pabulum reservans præbere, omnesque

que impensas modicas ferre tenetur, nisi aliud conventum fuerit, *Kraus. c. l.*

11. Vidua, cui a defuncto marito reservatum est constitutum vel relictum, id in communem mariti hereditatem inferre non tenetur, etsi portionem statutariam petat, *Kraus. c. l.* §. 4.

12. Qui solus quoddam conclave, eine Cammer über der Stube zur Lagerstatt, aut separatum æstuarium, freye Wohnung und Herberge in gantz neuen Häußgen, Jure des Auszugs possidet, modicas, ceu conductor, impensas sufferre debet, magnæ autem & ad perpetuam rei conservationem necessariæ fundi dominum spectant, *arg. l. 13. de expens. in rem. dot. fact. l. 7. §. 2. & ult. de usufr. l. 7. C. eod. Kraus. c. l.* §. 5. Et reservans, qui sibi in vendito prædio separatum tuguriolum inædificavit, hujus intuitu, von seinem Auszugs-Häußgen, onera separatim sustinet, fundi autem dominus pro suo solummodo ædificio, von seinem Hause oder Giebel, in quem deinceps, habitatione illa quocunque modo extincta, consueta illius des Auszugs Häusel onera etiam devolvuntur, ex eo quod pro singulis ædibus, von jedem Hause oder Giebel, etiam postea unitis, onera sunt præstanda realia, *Kraus. c. l.*

13. Ex adverso autem omnibus oneribus realibus, adeoque refectionis impensis tributis, pensionibusque publicis, *arg. l. 59. in fin. de usufr.* solutus creditur, qui in eodem cum domino simul æstuario, & conclavi moratur, & certas annuas in fructibus præstationes ex manu domini expectat, aut, qui convictu domini utitur, freyen Tisch so gut als Käuffer mit dem seinigen die Kost geneust, *Kraus. c. l.*

14. Cum rustici consueverint, prædia sub one-

re

re gravioris reservati, eines starcken unziemlichen Auszuges vilissimo pretio vendere, eo consilio, ut diminuant laudemium, Præfecti Electorales Saxonici jussi sunt, ut, si hoc animadvertant, juxta verum prædii pretium, nach des Guthes rechten Anschlage oder auf Gerichtliche taxation, plenum laudemium exigere, *Mandat. Elect. Sax. d. d. 12. Jul. 1681. quod exstat in Cod. Aug. Vol. 2. p. 26.*

15. Reservantes se subducere non possunt oneribus personalibus, sed illi, qui separata tuguriola in vendito prædio inædificata reservarunt, spectantur ut cassarii, als Häußler, ratione tributorum & servitiorum præstandorum, reliqui autem ut inquilini, *Mandat. Elect. Sax. de an. 1709.* adeo ut illi manuarias præstare operas teneantur, quo pertinent, Geträydig abschneiden, item in pagis nobilium das Lehen- und Erb-Treschen, Heumachen, Mistladen, Mistbreiten, Verrichtung der Schutz-Tage, jagen, mit Schuppen und Spaden zukommen, hi vero ad censum incolatus, den Hauß-Genossen-Zinß, protectionis, das Schutz-Geld, & servitia ipsis incumbentia obligata sint; a quibus oneribus ne parentes quidem sunt immunes, nisi sexagenarii, vel alias miseri & mutilati, vid. *d. Mandat. de an. 1681. & 1709. cum subsec. Rescripto d. d. 7. Jun. 1710. Kraus. diss. de reserv. rustic. c. 4. §. 6.*

16. Sicuti vero ratione onerum personalium illi habitatores, qui proprio igne & foco utuntur, ab iis, qui eo non utuntur, ubique separari solent: Ita posterioribus accedere videntur, qui penes fundi dominum eandem cum ipso habitationem inhabitant, & eodem simul convictu, wenn sie an einem Tische aus einer Schüssel mit einander essen, und nicht eigen Feuer

Feuer und Rauch halten, tanquam domestici fruuntur; ita ut hac ratione ab inquilinorum oneribus vacationem habere credantur, *Kraus. c. l.* Hinc istiusmodi reservantes non, tanquam inquilini, illis ordinariis præstationibus, quas Quatember vocant, subesse censentur, qui non nisi ad modicas quasdam Collectiones, prout eorum facultates conditionesque ferre intelligantur in subsidium universitatis, zur Erleichterung und Beyhülffe der Gemeinde, separatim conferendas tenentur, ita ut mox ubi istæ Collectiones quantitatem eines halben oder gantzen Quatembers adimpleverint, universitatem tanto minoris liberent, *Mandat. Elect. Sax. d. d. 16. Jul. 1716. §. 1. & 2. Cod. Aug. Vol. 2. p. 1835. Kraus. c. l.*

17. Onus reservati, des Auszugs, reale ad omnes subsequentes prædii possessores devolvitur, etiam conductores, *Kraus. d. c. 4. §. 7.* ita ut præsens possessor, non ratione futuri solum, sed & præteriti temporis, si forte quædam præstationes des Auszugs ex prioris possessoris mora debeantur, teneatur, in tantum ut nequidem beneficio excussionis juvetur, *Mev. p. 4. dec. 403. Kraus. c. l. §. 8.* nisi creditor reservati moram vel culpam in exigendo commiserit, *Mev. d. dec. 403. n. ult.*

18. Emtor vero, a venditore de onere reservati non præmonitus in venditione, contra eum actionem ex emto ad interesse habet, *Kraus. c. l. §. 7.* ubi putat, quod si de æstimatione juris des Auszugs ob venditionem ineunda quæratur, illam juxta tempora in *l. 68. ad L. Falcid.* determinata instituendam esse, ita tamen ut, si reservantis vita illud spatium excesserit, emtori de eo, quod plus in debito extat, satisdatio sit præstanda.

19. Sicuti creditor reservati pretium loco rerum præstandarum petere non potest: Sic quoque nec debitor solutione æstimationis se liberare valet, nisi pacto ita placuerit, vel per rerum naturam præstari ipsa res non possit, vel novus possessor de præstationibus præteriti temporis conveniatur, *Kraus. c. l.* §. 8.

20. Ob moram debitoris in præstatione des Auszugs præstanda est æstimatio maxima, a tempore moræ usque ad novissimum executionis momentum computanda, *l. 8.* §. *1. de condict. furt. l. 3.* §. *3. l. 21.* §. *3. de act. emt. Kraus. d. c. 4.* §. *9.* Quodsi vero nulla possessori mora aut culpa imputari possit, sed ob sterilitatem vel devastationem aut nihil prorsus, aut non tantum, quantum debetur, perceperit,, ultra ea, quæ percepit, minime tenetur, *Kraus. c. l.*

21. Si reservatum contineat certas præstationes annuas fructuum, absque agrorum, ex quibus desumantur, determinatione, veluti 5. Scheffel Korn, Weitzen rc. rc. aut eorum nomine pretium, tum reservatum sub cujuslibet anni initio, à tempore contractus vel aditæ hereditatis computando, præstandum est, nisi aliud constitutum fuerit, *arg. l. 42. de V. O. Kraus. c. l.* §. *10.* Victualia vero, veluti: lac, ova, carnes, casei & alia per singulos menses aut hebdomadas, nisi in dies paciscentes convenerint, porriguntur, *Kraus. c. l. Franch. dec. 155. n. 1.* E contra, si fundi partes, veluti agrum, arbores, & pecora rerestrictive contrahentes denominaverint, ex quorum proventibus reservatum, der Auszug, præcise desumi oporteat, tum non nisi a collectis primum & separatis fructibus illud præstandum; subest enim hic conditio: si fructus ex illis partibus provenerint, *arg. l. 99. de*

con.

condit. & demonstr. Jac. Faber. de alim. p. 143. Kraus. c. l. ut hinc ante eorum collectionem obligatio venire nequeat, neque actio cum effectu institui possit, *arg. l. un. §. 4. quand. dies leg. usufr. ced.* si reservans tempus colligendorum fructuum minime supervixerit, *Kraus. c. l.*

22. Reservatum in cohabitatione & convictu una cum fundi possessore consistens extra limites prædii, cui inhæret, non debetur, *arg. l. 4. §. ult. de alim. leg. Kraus. d. c. 4. §. 11.* Et præstationes, quæ in fructibus, veluti frumento, caseis &c. annuatim debentur, in ipso prædio expectari debent: non tenetur tamen quis illos in eodem prædio consumere, sed suis impensis in alium locum deferre valet, nec debitor des Auszugs impensas ad translationem fructuum necessarias ferre tenetur, etsi convenerint, ut venditori ex fundo reservatum deferre liceat, veluti: Und solte Verkäuffern nicht länger anstehen im Guthe zu bleiben, so soll Käuffer den Auszug folgen lassen, wohin er sich wendet, *Kraus. c. l.*

23. Mansio, der Auffenthalt und Wohnung ammittitur, quando reservans, der Auszugs-Genoß, contra omnes bonos mores, fures veluti & istius furfuris homines recipiendo, vel pudicitiam impie prostituendo, ea abutatur *arg. nov. 14. c. 1. §. 1. Kraus. differt. de reserv. rustic. c. ult. §. 4.* Et vidua jure des Auszugs per maritum relicto cadit, quæ more turpissimo se prostituit, *arg. l. 1. & auth. iisdem pœnis. C. de sec. nupt.* vel intra annum lugubrem stuprum commisit, *nov. 39. c. 2.* non autem jure Saxonico, Landr. *lib. 1. art. 5.* confer. *Carpz. pract. crim. qu. 65. n. 37. seq. & p. 4. c. 21. d. 7. & 8. Kraus. c. l.* ubi testatur

Scabinos Lipsienses tamen haud ita pridem in contrarium respondisse.

24. Reservatum, der Auszug secundis nuptiis non expirat, *arg. l. 4. §. 1. de us. & habit. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 24. not. 5. p. 336.* nisi ita constitutum sit, *donec vidua permanserit*, so lange biß sie ihren Wittibten Stuhl verrückt, *Kraus. c. l.* §. *5.* qui *ibid.* putat, quod, si testator uxori jus des Auszugs reliquerit sub conditione viduitatis, & sub alternativa, si nubat, quod tunc certæ pecuniæ summam habitura sit, & vidua ab initio viduitatem elegisset, indeque reservatas pensiones per aliquot annos recepisset, deinceps autem mutans consilium ad altera vota transeat, ea nec amplius ad annuum reservatum nec ad lucrum pecuniæ admittenda sit.

25. Reservatum, der Auszug, per publicam sub hasta venditionem non expirat, *O. P. S. R. tit. 39.* §. *11.* Hinc si forte domus subhastata sit, in qua debitor venditori suo, habitationem, nomine des Auszuges, præstare tenetur, hunc is, qui domum sub hasta emit, expellere nequit, etsi forte illius oneris nulla mentio in subhastatione facta fuerit. Quo tamen casu æquum, ut periti arbitrentur, quanto minoris, propter tale onus, æstimanda sit domus, quam summam emtor retinebit, eamque utetur tamdiu, quoad onus duraverit, h. e. quoad vixerit is, cui habitatio competit, *Wernher. supplem. nov. ad p. 1. obs. 268.*

B.

BACILLI FISSI.

1. Bacillis fissis eadem inest vis probandi, quæ privatæ scripturæ, *Carpz. p. 2. c. 4. d. 7. ibique Esbach.* modo non tumultuarie, in uno bacillo, omnia consi-

gnata,

gnata, sed in uno accepta, in altero expensa fuerint incisa, *Stryck. in differt. de bacill. fiss. c.3. n. 24. Hopp. ad §. 8. J. de excus. tut. vel curat. verb. quamvis.*

2. Vim quoque suam perdunt bacilli fissi, si falsitas aliqua ex incisione appareat, præsertim si utraque pars bacilli fissi disparis numeri crenas contineat, wenn in einem Kerbstocke mehr Schnitte seynd, als in dem andern, *Stryck. d. differt. c.5. n.17.*

3. Non tamen integer bacillus fissus vitiosus est, sed tantum pro illa parte, qua numeri sibi non correspondent, ne utile per inutile vitietur, *Stryck. c. l. n. 18.*

BENEDICTIO SACERDOTALIS.

1. Publicæ proclamationes copulandorum non sunt omittendæ, quo vel parentes, vel illi, cum quibus forte contracta sponsalia, debito tempore intervenire, & benedictionem sacerdotalem impedire possint, *Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 16. §. 6.*

2. Non ergo probandum, quod una proclamatio pro tribus fiat, & mox altero die copulatio sacerdotalis sequatur, *Brunnem. c. l.* Et quamvis hoc moribus receptum videamus, nec id improbet *Carpz. in jurispr. eccles. lib. 2. def. 140.* hic tamen actus erit frustraneus & comminatio silentii nihil operari poterit, si nullum contradicendi tempus relictum fuerit, *Stryck. in addit. ad Brunnem. jus eccles. lib. 2. c. 16. §. 6. verb. una proclamatio pro tribus.*

3. Si vero satis constet, inter partes desponsatas nullum impedimentum, vel sanguinis, vel alterius desponsationis, adesse, etiam sine proclamatione publica benedictio sacerdotalis concedi potest, *Stryck. c. l.* Proclamatio enim ex speciali dispensatione omitti potest, si causa adsit rationabilis, *Carpz. c. l. def.*

def. 139. imo absque dispensatione in casu extremæ necessitatis, *Carpz. c. l. def. 141. n. 3. 4. & def. 145. n. 7.*

4. Vagabundis benedictio sacerdotalis non est concedenda, nisi requisito parentum consensu, *Brunnem. c. l.* Plane ubi periculum est in mora, & probabiles causæ, cur credibile sit, parentes haud dissentire, concurrunt, jurijurando suppletorio de credulitate locum relinqui, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 82.*

5. Copulatio sacerdotalis in privatis ædibus non, nisi ex speciali dispositione peragenda est, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 144. & 145. n. 1.* quam Superintendens in casu extremæ necessitatis permittere potest, *Carpz. c. l. n. 6.*

6. Nobiles tamen jus privatæ copulationis, absque prævia proclamatione & dispensatione, sibi proprium faciunt, vid. *Ord. Polit. de an. 1661. tit. 16. §. 1. Beyer. in addit. ad Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. d. 137. 144. & 249.* Quo jure etiam utuntur officiales militum superioris ordinis, quia illi plerumque sunt nobiles, aut illis æquiparantur, *Carpz. d. def. 249. n. 7. ibique Beyer.*

7. Personæ desponsatæ regulariter copulari solent a parocho loci, ubi sponsa habitat, *Bœhmer. jus paroch. sect. 4. c. 3. §. 21.* Permittitur tamen desponsatis, benedictionem sacerdotalem in parœcia sponsi assumere, nuptiasque celebrare, *Horn. in addit. ad Schilter. instit. jur. can. lib. 2. tit. 11. §. 9. verb. sponsæ.* Quo casu jura stolæ & consuetum honorarium pastori, qui benedictionem sacerdotalem peregit, tantum debentur, *Horn. c. l. Bœhmer. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 71.*

8. Quod si vero in tertio loco benedictionem sacerdotalem assumere malint desponsati, parocho etiam

etiam loci, ubi habitant, honorarium solvendum est, *Horn. c. l.* Ast ad copulationem novorum conjugum parochus alterius diœceseos non est admittendus, nisi in casu necessitatis, aut specialis dispensationis, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 248.*

BENEFICIUM CEDENDARVM ACTIONVM.

1. Fidejussori, solventi solidum, absque actionum cessione, nulla competit actio adversus confidejussores, *l. 39. de fidejuss. l. 11. C. eod. Carpz. p. 2. c. 17. d. 15. & lib. 2. R. 70. Horn. cl. 11. R. 9. p. 609. a.* Plane, consuetudine fori, dari actionem utilem negotiorum gestorum, testantur *Mev. p. 6. dec. 387. n. 3. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 14. not. 5. p. 624.*

2. Absque cessione actionum fidejussori, qui solvit, competit actio mandati adversus debitorem principalem, *§. 6. J. de fidejuss.* Utilis tamen est cessio actionum, si v. gr. actio creditoris annexam habet hypothecam, vel, propter privilegium, pinguior sit, quam actio propria mandati: sic enim jus illud creditoris per cessionem transit in fidejussorem, *Brunnem. de cession. act. c. 3, n. 9. Hopp. ad §. 4. J. de fidejuss. verb. hujus solius.*

3. Post solutionem jam factam, cessionem a creditore adhuc fieri, imo fidejussorem, ad cedendas sibi actiones, creditorem compellere posse, licet fidejussor ab initio id petere neglexerit, propter *l. 36. de fidejuss.* tradit *Carpz. d. c. 17. d. 16. & lib. 2. R. 70.* Quod tamen aliter non admittunt, quam si de cedendo actiones expresse pactum fuerit, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 6. §. 28. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 11. §. 1. p. 132.* confer. *Horn. cl. 11. sent. 9. p. 609. a.* nec non *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 172.* ubi: quod ille

qui creditori cambiali solvit, ad cedendas sibi literas cambiales, post factam solutionem, agere nequeat.

4. Beneficio cedendarum actionum valide renunciari potest, *Constit. Elect. Sax. 17. p. 2. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 15. not. 3. p. 623.* add. *Rivin. spec. except. dilat. c. 39. n. 16.* Ast renunciationem hujus beneficii esse nullam, putat *Bachov. ad Treutler. vol. 2. disp. 28. th. 6. lit. a.* & non obstante renunciatione, creditorem fidejussori, facta solutione, actiones cedere teneri, tradit *Carpz. ad d. c. 17. d. 17.*

5. Renunciatio exceptionis cedendarum actionum hunc quoque producit effectum, ut creditori facultas exigendi solidum ab uno ex fidejussoribus, & reliquos per gratificationem dimittendi, tributa esse intelligatur, *Mev. p. 1. dec. 125. n. 8. Berger. p. 1. suppl. ad E. D. F. tit. 11. § 1. p. 136.* add. *Rivin. c. l. n. 8. seq.*

6. Add. loc. *fidejussor. th. 20. 25. 28.*

BENEFICIVM COMPETENTIÆ. *(a)*

1. Illud habent parentes & liberi erga se invicem, *l. 16. l. 17. l. 30. in fin. de re judic. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 5. ibique not. 1.* non autem vitricus & noverca, *Hopp. ad §. 38. J. de act. verb. cum parente suo.*

2. Eodem quoque gaudent fratres & sorores, *arg. l. 63. pro soc. Zanger. de except. p. 2. c. 15. n. 9.* socer. *l. 21. l. 22. pr. de re jud.* conjuges inter se *l. 17. §. 1. l. 20. eod.* nisi actione rerum amotarum conveniantur, *l. 21. §. ult. de act. rer. amot. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 6. not. 8. p. 780.*

3. Nec

(a) Beneficium competentiæ per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 52. §. 2.* non plane quidem sublatum, ita tamen restrictum est, ut non nisi illi, qui infortunio præter culpam suam depauperati sunt, eodem frui possint.

3. Nec minus illud competit donatori, ſi ex cauſa donationis conveniatur, *l. 19. §. 1. de re judic. Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 7. obſ. 85. n. 47.* niſi donatio ſit remuneratoria, vel donator a donatario delegatus alii promiſerit, ab eoque conveniatur, *Wernher. c. l. n. 183.* item ſocio univerſali & particulari, ſi ex debito ad ſocietatem pertinente conveniatur, *l. 63. pro ſoc. l. 16. de re judic.*

4. Porro hoc beneficio fruuntur milites actu militantes, *l. 6. l. 18. de re judic.* nobiles, *Struv. ex. 44. th. 20.* etiam contra nobiles, *Lauterbach. de benefic. compet. Horn. cl. 12. ſent. 109.* confer. *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 7. p. 380. & p. 2. tit. 39. §. 10. p. 655. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 124. & 125.* Doctores, Licentiati, Magiſtri, Profeſſores, Advocati & Scholares, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 15. & 18. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 218.* Quod ad advocatos diſſentit *Berger. d. p. 2. tit. 39. §. 9. p. 655.* nec non ſacerdotes, *Brunnem. ad l. 6. de re judic.*

5. Denique fruuntur hoc beneficio civitates & univerſitates, *Carpz. dec. 278. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. p. 376. ſeq.* debitor, qui bonis ceſſit, & poſtea ad pinguiorem fortunam pervenit, *§. fin. J. de act. Coler. de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 112.* & omnis debitor, bello, incendio, vel naufragio depauperatus, *Carpz. proc. tit. 25. art. 6. n. 36.*

6. Ceſſat beneficium competentiæ, ſi creditor æque ſit inops, *Meier. Colleg. Argent. tit. de re judic. th. 35. n. 2.* diſſentit *Manzius in patroc. debit. p. 3. qu. 6. n. 25. ſeq.* item ſi debitor dolo fecit, quo minus ſit ſolvendo, *Wernher. ſel. obſ. for. in ſupplem. nov. ad p. 7. obſ. 85. n. 117.*

7. Nec hujus beneficii participes fiunt debitores, qui bonis cesserunt, quoad creditores, post cessionem, tales factos, *l.3. C. de bon. aut. jud. possid. Hopp. ad* §. *40. J. de act. verb. in id quod facere potest*, item debitores illi, qui post excitatum concursum transactionem inierunt cum creditoribus, vel particularem solutionem, vel plenam satisfactionem certo tempore promittendo, *Nicol. proc. p.3. c.5. n.23. Berger. dec.514.*

8. Beneficio competentiæ renunciari potest, excepto duntaxat eo, quod reverentiæ & sanguinis ratione datum est, *l.14.* §.*1. solut. matrim. Stryk. de cautel. contract. sect.2. c.10.* §.*23. Berger. œcon. jur. lib.4. tit.29. th.5. not.2. p.1159. Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p.7. obs.85. n.176.*

9. Privilegium competentiæ personale est, nec transit ad heredes & fidejussores, *l.24.25. de re judic. Hopp. ad* §.*37. J. de act. verb. quatenus facere possit.* In definiendis tamen alimentis *(a)* & vitæ subsidiis etiam uxoris, liberorum, famulorumque habenda est ratio, *Carpz. p.1. c.32. d.17. Wernher. c.l. n.171.* ubi etiam, quod hæc subsidia non ex ipsa sorte, sed ex usuris & proventibus suppeditari debeant. *(b)*

10. Illud, quod vi beneficii competentiæ debitori relinquendum, non uni, sed omnibus creditoribus pro rata *(c)* detrahendum est, *Horn. cl.12. R.19. p.811. b.*

11. Dum

(*a*) maxime debitoris status atque conditio spectari debet, ita tamen determinanda sunt alimenta, ut singulis septimanis 1. vel 2. thaleros non excedant. *Ord. Proc. Sax Rec. tit.52.* §.3.

(*b*) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c.l. verb.* auch hierzu ein gewisses *Capital* ausgesetzet.

(*c*) Secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. c.l.* sors propter benefici-

11. Dum super beneficio competentiæ disceptatur, executio in solidum fieri nequit: bene tamen pro parte, *Horn. cl. 12. sent. 109.*

12. In processu executivo exceptionem competentiæ non attendendam, sed in separatum judicium rejiciendam esse, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th 5. not. 3. p. 1160.*

13. Beneficium illud, & quod exinde debitori relictum, tamdiu tantummodo durat, donec debitor se aliunde exhibere possit, *Horn. cl. 12. R. 19. p. 811. b.*

14. Debitori incumbit, cautionem, pro ratione circumstantiarum, fidejussoriam, juratoriam, vel etiam nude promissoriam præstare, de residuo solvendo, siquidem ad pinguiorem fortunam perveniat, *l. un. §. 7. C. de rei ux. act. Schneidew. ad §. 38. J. de act. p. m. 949. seq. Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 7. obs. 85. n. 21. & 159. seq.*

15. Add. loc. *dos. th. 13.*

BENEFICIUM DIVISIONIS.

1. Beneficium Divisionis non nisi in causis dividuis locum habet, vid. *Rivin. ad O. P. S. tit. 6. en. 21.*

2. Huic beneficio locus datur, quamvis fidejussores se obligaverint: samt und sonders, einer vor alle, und alle vor einen, *arg. l. 3. C. de fidejuss. Carpz. p. 2. c. 17. d. 9. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 6. §. 25.* clausula enim illa non infert beneficii divisionis renunciationem, *Horn. cl. 22. R. 72. p. 888. b.* Atque hanc sententiam in foro esse receptam, nisi alicubi specia-

neficium competentiæ determinata, creditoribus, qui solutionem consequuntur, non detrahitur, sed a massa concursus, ante distributionem, separatur, &, cessante demum eo beneficio, sequentibus in ordine creditoribus cedit.

ſpeciali lege obruta ſit, teſtatur *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 14. not. 2. p. 624.*

3. Aſt in Saxoniæ provinciis, excepto Electoratu, beneficio diviſionis in eo caſu locum non dari, tradit *Hopp. ad §. 4. J. de fidejuſſ. in uſ. hod. p. 652.* ſecutus *Colerum p. 2. dec. 220. n. 42.* add. *Zpſel.* von Wechſel-Briefen ꝛc. *p. 707.* ſed diſſentit *Carpz. c. l.*

4. Pluribus conſtituentibus datur beneficium diviſionis, *l. ult. C. de conſtit. pecun.* add. *nov. 99. c. 1. Huber. prælect. ad ff. tit. de pecun. conſtit. §. 5. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 11. not. 3. p. 570.*

5. Ceſſat beneficium diviſionis in fidejuſſoribus ab eodem tutore datis, *l. ult. rem pupill. ſalv. fore.* non vero, ſi a diverſis tutoribus dati ſint, *l. 6. de fidejuſſ. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 9. not. 9. p. 188.* nec non ſi eidem renunciatum fuerit, *Conſtit. Elect. Sax. 17. p. 2. ibique Carpz. d. 19. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 14. not. 3. p. 624. Hopp. ad §. 4. verba: ex epiſtola divi Hadriani. J. de fidejuſſ.*

6. Pater, qui uno inſtrumento, una cum matre dotem promiſit, beneficio diviſionis non gaudet, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. not. 6. p. 125.*

7. Renunciatio beneficii diviſionis tum demum fidejuſſori nocet, ſi non dolo ad fidejubendum & renunciandum inductus fuerit, *Carpz. p. 2. c. 17. d. 10.*

8. Creditor ab uno ex pluribus fidejuſſoribus, qui diviſionis beneficio renunciaverunt, virilem portionem recipiens, deinceps reliquos non niſi pro rata convenire poteſt, *l. 18. C. de pact. Carpz. d. c. d. 11.*

9. Vid. locus: *cambium, ſub ſpeciali rubrica: de aliis exceptionibus, quæ contra literas cambiales locum habent vel non. th. 8. 9. 10.* loc. *beneficium excuſſionis th. 13.*

th. 13. locus: *administratio. th. 7.* loc. *commodatum. th. 13.* loc. *Correi credendi & debendi. th. 6.7.* loc. *damnum. th. 6.* loc. *fidejussor. th. 7.8.9.10.11.12.13.14.* loc. *mensores agrorum. th. 7.*

BENEFICIUM EXCUSSIONIS.

1. Fidejussor se, tanquam principalem, als Selbst-Schuldner, obligans gaudet beneficio ordinis, *Constit. Elect. Sax. 18. p. 2. ibique Carpz. d. 2. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 28. def. 31. Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 6. §. 22.* nisi creditor principaliter fidem fidejussoris secutus sit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 12. not. 4. p. 620.* vel in aliquibus locis aliud sit introductum, vid. *Hopp. ad §. 4. verba: ex epistola divi Hadriani. J. de fidejuss. in us. hod. p. 653.*

2. Verba statuti, e. g. Dresdensis: daß ein Selbst-Schuldiger Bürge præcise, und ohne einigen Behelff bezahle, non excludit beneficium excussionis, *Carpz. lib. 2. R. 74.*

3. Clausula: alles treulich, sonder Gefährde, cautioni fidejussoriæ addita non facit cessare beneficium excussionis, *Carpz. p. 2. c. 18. d. 3. Berlich. p. 2. concl. 24. n. 62.*

4. Etiam constituenti exceptio ordinis datur, *Rittersh. ad nov. p. 1. c. 10. n. 380. & 411. Mev. p. 2. dec. 360. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 29. & p. 4. obs. 26.* nisi animo novandi debitorem se constituerit, i. e. nisi expromissor fuerit, *Carpz. d. c. d. 2. n. 6. seq.* add. *Mev. p. 1. dec. 228. & 229.* vel constitutum sic fuerit, ut quis ad certum diem se recipiat soluturum, quod alius debet, *Huber. prælect. ad ff. tit. de pecun. constit. §. 5.* etiamsi id factum sit absque animo novandi, *Huber. c. l. §. 6.*

5. Nec minus competit hoc beneficium emtori

ri

ri hereditatis, *Mev. p. 2. dec. 296.* legatario, *Mev. p. 5. dec. 142. n. 3.* possessori rei in fraudem creditorum alienatæ, *Lauterb. de benefic. excuss. th. 27.* correo debendi, *Carpz. d. c. d. 10.* debitori debitoris, *Born. dissert. de act. qua credit. adv. debit. debit. compet. th. 28. seq.* tutori, *Lauterb. c. l. th. 28. seq.* & magistratui subsidiaria actione convento, *Carpz. p. 2. c. 11. d. 41.* add. *Rivin. spec. except. dilator. c. 38. n. 1.*

6. Beneficio excussionis fruitur tertius hypothecæ possessor, *auth. hoc si debitor. C. de pignor. Carpz. p. 2. c. 18. d. 17.* nisi sit specialis hypotheca, *nov. 112. c. 1. Carpz. d. c. d. 18. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 4. §. 16. Rivin. ad O. P. S. tit. 44. en. 2.* dissentiunt *Bachov. de pignor. lib. 3. c. 17. n. 3. Franzk. lib. 1. resol. 12. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 130. & supplem. nov. ad d. obs.* vel quis sciens rem alii hypothecatam emat, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 6. def. 33. Carpz. d. c. 18. d. 19. Berger. dec. 135.* vel debitor est absens, nec facile conveniri potest, aut notorie solvendo non est, *Carpz. d. c. d. 20.*

7. Cessat beneficium excussionis, si ei renunciatum sit, *l. pen. C. de pact. Constit. Elect. Sax. 17. p. 2. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 12. not. 6. p. 620.* Exceptio est in fidejussore indemnitatis, qui licet huic beneficio renunciaverit, eodem tamen uti potest, *Carpz. p. 2. c. 17. d. 7. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 6. §. 24.*

8. Cessat quoque hoc beneficium, si fidejussor promittat ea, quæ incontinenti debentur, *Mev. p. 1. dec. 229. n. 5.* si delegans debitorem alteri promiserit, se soluturum, pro delegato, si is definita die non solverit, *Carpz. p. 2. c. 18. d. 5.* item inter mercatores, modo & ipsemet fidejussor sit mercator, *Carpz. d. c.*

d. 7.

d. 7. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 13. p. 61. ut vero creditor sit mercator, non requiritur, licet, ut debitor talis sit, necesse est, *Berger. œcon. jur. c. l. p. 621. & lib. 2. R. 134.* confer. vero *Zipfel.* von Wechselbriefen. *p. 80.*

9. Nec habet beneficium ordinis, qui fidejussit pro principe, fisco, vel communitate aliqua, *Carpz. d. c. d. 9. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 151. Berger. c. l.* pro pupillo, minore, furioso & prodigo, *l. 25. de fidejuss. Carpz. d. c. d. 8. Hopp. ad §. 4. verba: ex epistola divi Hadriani. J. eod.* item pater pro filio fidejubens, *Berlich. p. 2. concl. 24. n. 6. Berger. c. l.*

10. Si difficilis sit excussio debitoris, *nov. 4. c. v. c.* ob ejus absentiam qualemcunque, *Carpz. p. 2. c. 18. d. 11. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 12. not. 6. p. 621.* vel quando bona debitoris extra territorium sunt sita, *Carpz. d. c. d. 14.* vel ob potentiam ejusdem, *Berger. c. l.*

11. Denique cessat beneficium ordinis, quando debitor notorie non est solvendo, *Zanger. de except. p. 2. c. 16. n. 15.* veluti: si debitor juramentum paupertatis præstitit, vel ostiatim vadit, *Gail. lib. 2. obs. 27. n. 15.* item si motus est creditorum concursus, utut spes supersit in ordine creditorum aliquid obtinendi, *Mev. p. 9. dec. 187. Rivin. spec. except. dilator. c. 38. n. 8.* confer. tamen *Berlich. p. 2. dec. 207. Carpz. p. 2. c. 19. d. 10. Brunnem. ad l. 62. de fidejus. Rivin. c. l. c. 39. n. 3. Berger. c. l.* ubi quod creditor debet expectare sententiam designationis. Et exceptioni ordinis locum esse, cum debitor non sufficienter solvendo est, monet *id. Berger. c. l. not. 2.*

12. Nihil refert, utrum exceptio excussionis ante, an post litem contestatam opponatur, modo po-

ſteriori caſu, ſecundum ſtylum Saxonicum, litis conteſtationi adjiciatur, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 12. not. 7. p. 622.*

13. Imo hæc, nec non diviſionis, exceptio, etiam in proceſſu excutivo, a fidejuſſore opponi poteſt, prout contra *Colerum in proc. exec. p. 1. c. 10. n. 380. & 411.* & alios notant *Carpz. p. 2. c. 18. d. 4. Zanger. de except. p. 3. c. 26. n. 93. 94.*

14. Vid. loc. *cautio judicatum ſolvi. th. 1.* loc. *cambium, ſub ſpeciali rubrica: de aliis exceptionibus, quæ contra literas cambiales locum habent vel non, th. 10.* loc. *adminiſtratio. th. 6.* loc. *commendatio. th. 4.* loc. *correi credendi & debendi. th. 8.* loc. *creditor. th. 14.* loc. *exceptio excuſſionis. th. 1.* loc. *fidejuſſor. th. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*

BENEFICIUM LEGIS 2. C. de RESCIND. VENDIT.

Vid. loc. *Læſio.*

BIBLIOPOLA.

1. Typographi vel bibliopolæ, juxta conſtitutiones imperii, puniendi ſunt, qui ſine cenſura libros imprimunt, vel imprimi curant, *Horn. cl. 1. ſent. 14.*

2. Bibliopolis, intuitu librorum, quos ab autoribus emunt, etiam citra ſpeciale privilegium, jus prohibendi competit, ne alii, eosdem typis exſcribi, curent, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 448.* add. *Berger. E. D. F. tit. 39. obſ. 5. not. 2. p. 1096. ſeq.*

3. Alia fuerit ratio librorum, qui in aliam plane formam translati ſunt, demtis eisdem, additisve nonnullis: hoc enim imprimere denuo & vendere omnino licet, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 1. p. 362.*

4. Sed additiones, quæ libro recudendo hinc inde

inde inserendæ sunt, nec separatim eduntur, non possunt priori bibliopolæ, cujus impensis liber jam ante impressus est, subtrahi, aliique editori vendi: separatim autem edendæ additiones ad librum alii bibliopolæ vendi queunt, *Lyncker. dec. 1304.*

5. Bibliopolam, qui queritur de subtractis sibi exemplaribus libri, quem suo sumtu typis exarandum curavit, von seinem Verlags-Buche, possessorem nonnullorum exemplarium eorundem cogere posse, ad indicandum autorem, seu eum, a quo illos accepit, præjudiciis comprobat *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 26. §. 557.*

BIGAMIA.

1. Pœna bigamiæ, tam in viro, quam in muliere, est gladii, & jure imperii, *ord. crim. art. 121.* & Saxonico Electorali; *p. 4. c. 20. ibique Carpz. d. 1. & pract. crim. qu. 66. n. 30. seq.* add. *Berger. jurisp. crimin. p. 135. seq. Horn. cl. 15. sent. 41. & 52.*

2. Quæ pœna etiam obtinet, cum quis sponsalia publica celebravit cum alia, cum eaque concubuit, quamvis non accesserit copula sacerdotalis, *d. c. 20. ibique Carpz. d. 2. & pract. crimin. c. l. n. 44. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 6. not. 1. p. 828.* add. *Horn. cl. 15. sent. 50.*

3. Ast sola benedictio sacerdotalis absque commixtione carnali, non sufficit, ad infligendam pœnam ordinariam, *Carpz. d. c. d. 3. & pract. crim. c. l. n. 52.*

4. Bigamum tamen proprie non esse, qui, posteaquam sponsalia publica cum Caja celebravit, talia quoque cum Mevia contraxit, & per copulationem Sacerdotalem ac carnalem consummavit, mox, memor priorum sponsaliorum, eadem pariter perfecit; adeoque in hanc circumstantiam, a qua dependeat

temperamentum pœnæ inquirendum esse, tradit *Berger. œcon. jur. c. l. not. 4.*

5. Remissionem prioris conjugis ad mitigandam pœnam nihil facere, cum pluribus aliis statuit *Carpz. ad d. c. 20. d. 4. & pract. crim. qu. 66. n 39.*

6. Sed hæc sententia jamdudum neglecta est, si extra Saxoniam respondendum fuit, teste *Hornio cl. 15. sent. 51.* Jure enim communi, per intercessionem conjugis pœnam gladii remitti, ita tamen, ut nihilosecius reo dictitanda sit fustigatio cum perpetua relegatione, putat *Berger. jurispr. crim. p. 136. seq. & œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 6. not. 2. p. 828.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 133. & p. 3. obs. 91.*

7. Imo nec aliter hodie in Saxonia, relicta *Carpzovii* sententia, aliquoties responsum esse, testantur *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crimin. obs. 153. p. 417. & œcon. jur. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 189. & in supplem. ad eand. obs. nec non in supplem. nov. ad eand. obs.*

8. Cessat pœna ordinaria in marito aut uxore, qui, quæve a conjuge desertus, vel deserta, matrimonium cum alia persona contrahit, *Carpz. pract. crim. qu. 66. n. 60. Berger. p. 2. supplem. ad juris. crim. obs. 144. p. 388.*

9. Nec locum habet pœna ordinaria in viro & uxore, qui, quæve, conjuge ex justa causa absente, quem decessisse probabiliter credit, secundum matrimonium contraxit, *Carpz. c. l. n. 65.*

10. Bigamus tamen, allegans, se tum temporis, quo secundas contraxisset nuptias, putasse, uxorem primam jam antea decessisse, si de eo aliter non constet, ceteris paribus, torturæ subjici potest, ad eruendam veritatem, *Horn. cl. 15. sent. 51.*

11. Ne-

11. Neque obtinet pœna ordinaria in fœmina soluta, quæ cum marito, qui uxorem habet, matrimonium contrahit & concumbit, *Carpz. c. l. n. 69.* Imo plane impunis est, si ignoranter marito alieno nupserit, *Carpz. p. 4. c. 20. d. 5.* nisi forsan culpa ipsi possit imputari, quod non diligentius in conditionem delinquentis inquisiverit, aut alio modo deliquerit, *Carpz. pract. crim. qu. 66 n. 78.*

12. Potest tamen illi juramentum purgatorium: daß sie ihr Gewissen zu reinigen, und daß sie, als sie sich mit N. verlobet, und trauen lassen, nicht gewust, daß er bereits mit einer andern verehliget sey, auch, nachdem sie davon Nachricht bekommen, ihm ehelich ferner nicht beygewohnet habe, zu schwören schuldig. vid. *prejudicium*, quod habet *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 189.*

13. Fœmina enim soluta, quæ, primum ignorans, marito alieno nubit, deinceps matrimonii, ab eodem antea cum alia contracti, certior reddita, cum eo porro concumbit, perpetuo relegatur, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 6. not. 3. p. 228.*

14. Crimini bigamiæ, etiam in Saxonia, præscribitur quinquennio, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 415.* quod ab eo demum tempore, quo non amplius superinducto conjugi cohabitavit reus, computandum est, *Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 6. obs. 415. Horn. cl. 15. sent. 42 & 52.*

BLANQUETUM.

1. Charta blanca non habet vim mandati, nec ad legitimationem personæ sufficit, licet in subscriptione notatum fuerit, hoc esse mandatum in tali vel tali causa, *Berlich. p. 1. concl. 14. n. 91. seq. Carpz. p. 1. c. 1. d. 28. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 11. §. 10.*

2. Qui chartam blancam alteri dat, concedit simul facultatem extendendi eam, prout visum; ad minimum, quæ in extenso continentur, tamdiu stringunt subscribentem, donec probatum, contra ejus voluntatem chartam esse extensam, *Horn. cl. 12. Sent. 73. p. 888. a.* Chartam blancam enim, secundum intentionem subscribentis, esse extensam, præsumitur, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 42. n. 7. Stryck. c. l. Sect. 1. c. 6. §. 12.*

BLASPHEMIA.

1. Blasphemiæ *mediatæ*, quæ fit nefariis maledictionibus, atque imprecationibus, Fluchen, Sacramentiren, pœna est arbitraria, *Ord. Pol. Imper. de an. 1577. tit. 2. Carpz. pract. cr. qu. 45. n. 79. seq. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 1. p. 875.* & jure Saxonico Electorali, blasphemia *mediata* etiam plectitur pœna numellarum, *p. 4. c. 1.* imo relegatione temporali, ob frequentiam hujus blasphemiæ, ejusdemque in abstracto, per dei sacramenta, *Berger. c. l. not. 2.* vid. omnino *ejusd. jurisprud. crim. p. 126. seq.* & *Thœnniker. advoc. prud. in for. crim. c. 4. §. 14.*

2. Blasphemia vero immediata gladio punitur, ut gladio, *nov. 77. c. 1. Carpz. p. 4. c. 1. d. 1. & pract. crim. c. l. n. 24. seq. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 18. §. 58. ibique Stryck. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 332. Berger. jurispr. crim. c. l.*

3. Si vero circumstantiæ mitigationem pœnæ suadentes concurrant, abscissio membrorum, *Reform. Polit. Imper. de an. 1548. tit. 1. §. 2.* i. e. secundum interpretationem *d. const. Sax. 1.* linguæ blasphemantis, hodie autem in Saxonia Electorali, juxta *dec. nov. 75.* fustigatio cum perpetua relegatione dictitatur, vid. *Carpz. ad. d. c. 1. d. 3. Philipp. ad d. dec. 75. obs. 1.*

Berger.

Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 1. p. 815. Wernher. c. l. Horn. cl. 15. sent. 20. & 21.

4. Circumstantia pœnam ordinariam mitigans est summa ebrietas, quæ mentis alienationem inducit, *Carpz. pract. crim. qu. 45. n. 57. seq. & p. 4. c. 1. d. 4.* quæque per torturam exploranda est, *Stryck. ad Brunnem. jus eccles. c. l. Berger. c. l. not. 1. Horn. cl. 15. sent. 23.*

5. Nec minus mitigat pœnam justus calor atque dolor, *Carpz. pract. crim. c. l. n. 62. seq. Berger. c. l.* pœnitentia in continenti subsequens, *Carpz. c. l. n. 66. seq. Berger. c. l. & in jurispr. crim. p. 125. seq.* Imo & quævis alia causa, quæ judici ad mitigationem pœnæ sufficiens visa fuerit, *Carpz. c. l. n. 71. seq. Horn. cl. 15. sent. 21.*

6. Minister ecclesiæ, qui verba: GOtt sey des Himmels nicht werth, oder nicht werth, daß er in dem Himmel wohne, wenn er ihm in seiner gerechten Sache nicht beystehen würde, evomuit, si quidem jurarit, se, fiducia erga deum, & justitiam causæ, ea prolocutum esse, ordinaria pœna liberatur quidem, attamen admissæ procacitatis, indeque excitati scandali nomine, officio removetur, *Berger. p. 1. supplem. ad jurispr. crim. obs. 35.*

7. Qui blasphemiam auditam ad magistratum intra octiduum non defert, arbitrarie punitur, *nov. 77. c. 1. §. 2. Ord. polit. Imp. de an. 1548. tit. 1. §. 2. & 4. Ord. Polit. Sax. de an. 1612. §.* So lassen, *& de an. 1661. tit. 3. §. 2. Horn. cl. 15. sent. 25.*

8. Si vero reus neget, se imputatæ sibi blasphemiæ conscium esse, propterea, quod eo tempore, ob ebrietatem, aliisque de causis, usu rationis caruisset, ita ut torturam eo nomine ipsi oportuerit imponi, interea suspendendam contra ceteros, qui non denunciant, sententiam esse, cum ex eventu torturæ dijudi-

 can-

candum sit, mitiusne illi, an durius debeant puniri, animadvertit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 1. not. 3. p. 816.*

BONA.

1. Dicuntur in bonis esse non ea solum, quæ in dominio existunt, sed illa etiam, quæ quis bona fide & justo titulo detinet, *l. 52. de A. R. D. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 484.* item quæ per actionem peti aut per exceptionem retineri possunt, *d. l. 52. & l. 143. de V. S. Carpz. p. 1. c. 5. d. 17. n. 6.*

2. Bona non intelliguntur, nisi illa quæ, deducto ære alieno, supersunt, *l. 72. pr. de jur. dot. l. 39. de V. S.*

3. Bona in dubio magis pro propriis, quam communibus sunt habenda, *Horn. cl. 12. sent. 8. p. 792.*

4. Bonis indefinite venditis, vel etiam omnibus, regulariter præsentia, non futura intelliguntur, *l. 22. de donat. l. 49. de V. S. Carpz. p. 2. c. 12. d. 26.*

BONA ABSENTIS.

Vid. loc. *absens, absentis bona.*

BONA ALLODIALIA.

1. Bona in dubio allodialia, non feudalia præsumuntur, *2. F. 26. Struv. syntagm jur. feud. c. 16. th. 11.* etsi de iis possessor fuerit investitus, vel investituræ renovatio petita, cum & de bonis emphyteuticis possessores investiri soleant, *Carpz. p. 1. c. 27. d. 7. Berger. E. D. F. tit. 40. p. 1312.*

2. Sola destinatio minus sufficit, ut bona allodialia illico in feudalia conversa esse intelligantur; ex quo consequitur, sororibus pretium illorum bonorum pro rata deberi, nisi ex legati, aut alia causa inde removeantur, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 4. p. 368.*

3. Add. loc. *feudum.*

BONA

BONA AVITA.

1. Bona in dubio pro avitis habentur, *Berlich. p.2. concl. 13. n.3. Carpz. p. 2. c. 12. d. 1. n.3. seq.*

2. Bona avita etiam dicuntur illa, quæ a majoribus lineæ maternæ provenerunt, *Carpz. d. def. 1. n.2.*

3. Bona avita, ſub pacto de retrovendendo vendita, & poſtea reemta, non deſinunt eſſe avita, *Carpz. d. c. d. 5.*

4. Bona, ex permutatione pro bonis ávitis acquiſita, non ſunt avita, *Carpz. d. c. d. 2.* diſſentit *Berlich. c. l. n. 10.*

5. Nec pretium ex bonis avitis redactum, in locum bonorum avitorum ſuccedit, *Carpz. d. c. d. 3.* diſſentit *gloſſa latina ad text. germ.* Land-R. *lib. 1. art. 34. lit. b. & art. 52. lit. i.*

6. Bona avita naturam ejusmodi bonorum amittunt, quando ea frater a fratre per emptionem, aliumque titulum ſingularem acquiſivit, *Berlich p. 2. concl. 13. n. 17. Carpz. p. 2. c. 12. d. 4.* non vero, ſi frater ea a fratre jure ſucceſſionis acquirit, *Coler. p. 1. dec. 15. n. 13. Carpz. d. def. 4. n. 2. ſeq.* diſſentit *gloſſa ordin ad art. 52. n. 8.* Land-R. *lib. 1.*

7. Parentes non poſſunt bona avita, per donationem inter vivos ſimplicem, alienáre, absque conſenſu liberorum, *Conſtit. Elect. Sax. 12. p. 2.* etiam emancipatorum, *Carpz. ad d. c. 12. d. 6. & 7.* quoad hos diſſentit *Zobel. in addit. ad art. 52. lib. 1.* Land-R. *n. 3.*

8. Igitur liberi ea, absque eorum conſenſu, a parentibus ita alienata, revocare poſſunt, *Carpz. d. c. d. 9.* modo revocatio fiat intra annum & diem a témpore ſcientiæ computandum, & ante traditionem rerum donatarum, *Carpz. d c. d. 10.*

9. Alio vero quodam titulo ejusmodi bona, sine consensu liberorum, alienare, & de iis testari, eademque per donationem mortis causa in alios transferre, imo propter nuptias, aliasve causas, donare parentes non prohibentur, *Carpz. d. c. d. 8.* dissentit *Coler. p. 1. dec. 15. n. 9.*

10. Add. loc. *protimiseos seu retractus jus. a th. 9. usque 26.*

BONA CAMERALIA.

1. Bona cameralia & fiscalia quadraginta demum annis usucapiuntur, *l. 4. C. de praescript. 30. vel 40. ann. Berger. oecon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 23. p. 256. Horn. cl. 2. R. 9. p. 106. a.*

BONA CENSITICA.

Vid. loc. Zinnß-Güter.

BONA CIVITATIS.

Vid. loc. *Civitas.*

BONA DOMANIALIA.

1. Bona domanialia a principe alienari non possunt, *c. 33. X. de jurejur. & ibi DD. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 6. §. 11.* ergo nec oppignorari, *Berger. oecon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 10. p. 530.*

2. Itaque illa ab ipso alienante tam, quam a successoribus semper revocari, nec possessorem, immemoriali quidem praescriptione, se tueri posse, opinantur, *Choppin. de doman. lib. 3. tit. 9. n. 9. Christin. vol. 4. dec. 83. n. 3.* Quem in modum quoque respondit Fac. jurid. Hallensis, cum eo tamen temperamento, ut pretium cum meliorationibus sit restituendum, teste *Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 5.* Quod vero recuperare possessor non potest, juxta *Rec. Prov. March. de an. 1550.*

3. Ast bona domanialia valide oppignorari posse-

se, nec creditorem eis cedere debere tamdiu, donec suum cum meliorationibus debitum recuperavit, responso Facult. Wittebergensis comprobat ipse *Berger. in p. 2. Supplem. ad E. D. F. cent. 2. Consil. 23 p. 1115.*

4. Et bona domanialia præscriptioni immemoriali esse obnoxia, statuunt *Hopp. ad §. 4. J. de usucap. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 5. n. 128.* Eumque in modum respondit Fac. jurid. Jenensis & Helmstadiensis, teste *Wernhero sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 5.* nec non Wittebergensis, teste *Hornio cl. 2. R. 3.*

5. Imo bona domanialia, quæ nullo casu alienari queant, in Germania non dari, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 379.* add. *Horn. cl. 3. R. 9.*

6. Ex causa utilitatis vel necessitatis, consensu Statuum omnium, vel majoris partis, bona domanialia alienare posse principem, docet *Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 3. §. 13. & 14.*

7. Imo in casu necessitatis, quando non potuit aliter provideri reipublicæ, vel pecunia aliter non haberi, mensalia, vel domanialia bona a solo principe alienari posse, tradunt *Scheplitz. in consuetud. March. p. 2. tit. 5. n. 19. Brunnem. consil. 1. n. 348. seq.* add. *Horn. cl. 2. R. 3. p. 90. b.*

8. Et quoque eo casu, quando alienatio non est peremtoria, nec vergit in maximum detrimentum & deminutionem jurium principis, bona domanialia alienari queunt, *Knichen. de Sax. non provoc. jur. c. 7. n. 11.* add. *Struv. Synt. jur. feud. c. 14. §. 19. n. 5.* nec non *Responsum Jenense*, quod habet *Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 5. & Horn. cl. 2. R. 9. p. 105.*

BONA ECCLESIASTICA.

Vid. loc. *Ecclesia.*

BONA FEUDALIA.

Vid. loc. *bona allodialia.* & loc. *feudum.*

BONA FISCALIA.

Vid. loc. *bona cameralia*, & loc. *fiscus.*

BONA IMMOBILIA.

1. Immobilia possidere videtur, qui actionem ad ea habet, vid. *Gail. lib. 2. obs. 11. n. 10. Schult. in addit. ad Mod. Pistor. p. 3. qu. 124. n. 17.*

2. Add. loc. *molendinum. th. 22.* loc. *pecunia hereditaria. th. 4. 5.*

BONA MOBILIA.

1. Bonis mobilibus accensetur pecunia sub usuris credita, licet hypotheca in majorem crediti securitatem constituta fuerit, *Horn. cl. 7. R. 38. p. 433.*

2. Regula: mobilia sequuntur personam, capienda est de materia successionis, non judiciaria, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de judic. verb. mobilis.*

3. Add. loc. *molendinum. th. 22.* loc. *pecunia hereditaria. th. 4. 5. 6.*

BONA VACANTIA.

1. Jure civili bona vacantia fisco cedunt, *t. tit. C. de bon. vacant. lib. 10.* jure autem Saxonico, ille magistratus, qui merum imperium habet, illa occupat, cum quodammodo jure fisci gaudeat, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 61. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 53. Horn. cl. 2. R. 20. p. 121. b. & R. 41. p. 151. b.*

BONORUM POSSESSIO.

1. Quoties successores non adeunt hereditatem, sed per implorationem officii judicis petunt, se vel declarari vel confirmari heredes, toties bonorum possessionem petere intelliguntur, *Stryck. de success. ab intest. dissert. 1. c. 1. §. 66. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de bonor. possess. ad verba: est vel decretalis. & œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 47. §. 1. p. 477.*

2. Ef-

2. Effectus illius est, ut agnoscens 1.) bona defuncti, nisi illa jam possideat, propria autoritate occupare, &, si alius resistat, interdicto quorum bonorum, vel possessoria hæreditatis petione, agere possit, 2.) bonorum defuncti dominium consequatur: & hinc 3.) jus ea bona transmittendi ad heredes quoscunque; denique 4.) jus accrescendi, *Stryck. c.l. dissert. 9. c.3. §.1. seq.* add. *Berger. c.l. §.3.*

3. Requiritur autem, ut agnitio fiat intra anni spatium a liberis & parentibus, a reliquis autem intra 100. dies, *§.4. J. de bonor. possess. Stryck. d. dissert. 9. c.2. §.15. Berger. c.l.* §.4 Quod utrumque tempus, ratione, cum initii, tum progressus, inita, est utile, nec currit ignoranti, *Stryck. d. dissert. 9. c.2. §.16.17. 18. Berger. c.l. not. 7. & 8. p.481.*

4. Bonorum possessio datur quoque ex testamento militis, secundum tabulas, non autem contra, *tit. ff. de bonor. possess. ex testam. milit.* idque adhuc hodie, *Berger. c.l. not. 2. p.479.*

BONOR. POSSES. AB INTEST. VNDE LIBERI.

1. Hæc adhuc hodie necessaria in nepote, qui abstinet hereditate paterna, & soli avo, cujus intestato prædefuncti hereditati se non immiscuit pater, succedere vult, *Stryck. de success. ab intest. dissert. 1. c.2. §.33. seq. & dissert. 9. c. 6. §. 7. seq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 47. not. 5. 6. p. 481.*

2. Nec minus necessaria est, si nepos avitam hæreditatem, quam pater adhuc vivus repudiat, vult obtinere, *Stryck. d. dissert. 9. c. 6.* §. *11.* quanquam referat illud ad bonorum possessionem ab intestato; unde legitimi in *dissert. 1. c. 2. §. 28. seq.*

BON.

BON. POSS. AB INTEST. VNDE AGN. ET COGN.

1. Hæc hodie necessaria est iis, qui tantum bonorum possessionem: *unde liberi*, petere potuerunt, tempus vero præscriptum non observarunt: Si enim v. g. nepos, ad hereditatem avi a patre repudiatam adspirans, intra annum bonorum possessionem: *unde liberi*, non agnoscat, intra alios 100. dies eam impetrare potest ex capite: *unde agnati*, & intra alios 100. ex capite: *unde cognati*, per *l. 1. §. 10. & 11. de success. edict.* Quo tamen casu plus juris non habet, quam agnati, cognative, *Stryck. de success. ab intest. dissert. 9. c. 6. §. 12. 13.*

BON. POSS. AB INTEST. VND. VIR ET VXOR.

1. Ad obtinendum totum defuncti conjugis patrimonium, adhuc hodie bonorum possessio: *Unde vir & uxor*, necessario petenda est, & quidem intra tempus 100. dierum, *Stryck. de success. ab intest. dissert. 4. c. 1. §. 4. seq. & dissert. 9. c. 6. §. 5. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 42. ibique not. 1. p. 464. & th. 46. not. 1. p. 474. nec non p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 7. p. 551.*

2. Eandem bonorum possessionem competere quoque sponso, sponsæve, tradit *Stryck. d. diss. 4. c. 1. § 8.* idque etiam valere in foro Saxonico, utpote quo, tantummodo ad successionem ex statuto, non item ad Prætoriam illam, requiratur thalami conscensio, responso comprobat *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 42. not. 2. p. 465.*

3. Divortio autem facto, vel saltem quoad thorum & mensam, hoc jus succedendi Prætorium locum

cum non habet, per tradita *Stryckii d. differt. 4. c. 1. §. 9.*

BONORVM POSSESSIO CONTRA TABVLAS.

1. Hæc necessaria est hodie, si quis, ex persona præteriti consentientis, hereditatem contra coheredem scriptum obtinere velit, *Carpz. p. 3. c. 10. d. 3. n. 2. Stryck. de success. ab intest. differt. 9. c. 5. §. 12. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 47. not. 2. p. 479.* item si quis ex persona rumpentis testamentum, qui tamen ante testatorem iterum decessit, succedere velit, *Stryck. c. l. §. 13. Berger. c. l. §. 480.*

2. Nec minus necessaria est, cum filius, priore testamento perfecto, est exheredatus, sed in posteriore imperfecto præteritus, institutis heredibus, qui proximi sunt, filio remoto: tum enim filius contra testamentum posterius bonorum possessionem petere potest, *Stryck. c. l. §. 16. Berger. c. l.*

BONORVM POSSESSIO DECRETALIS.

1. Exempla ejusmodi bonorum possessionis sunt: bonorum possessio Carboniana, & ventris nomine. Utraque adhuc hodie necessaria est, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 47. not. 2. p. 478.*

2. Obtinet autem bonorum possessio ventris nomine, cum 1) uxor vel nurus defuncti prægnans est. 2) venter præteritus, 3) venter ex aliqua edicti parte defuncto successurus est, *tit. ff. de ventr. in possess. mitt. Berger. c. l.*

3. Ventri autem a magistratu curator constituitur, ut administret bona, ex iisque fœminæ, etiam locupleti, alimenta præstet, fœtumque sustentet, *Berger. c. l. & lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 9. p. 177.* vid. omnino

omnino *Stryck. de Success. ab intest. dissert. 9. c. 7. §. 2. seq.*

4. Et hoc non tantum procedit in allodialibus, sed etiam in feudalibus, *Stryck. c. l. §. 10. seq.*

5. Cautio a ventre, qui mittitur in possessionem, exigi nequit, *Carpz. p. 3. c. 17. d. 21. Berger. poster. c. l.*

6. Bonorum possessio Carboniana competit liberis impuberibus, quibus de statu & hereditate quæstio movetur, ut bona defuncti retineant, dilata quæstione status in tempus pubertatis, *l. 1. pr. de Carbon. edict. Stryck. c. l. §. 13. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 47. not. 2. p. 478.*

7. Requiritur autem, ut impubes cautionem præstet, de restituendis bonis hereditariis, si pubes factus, & contra se judicatum fuerit, *l. 1. C. de Carbon. edict. Berger. c. l.*

8. Quod si vero pupillus satisdare non possit, adversarius simul in bona mittitur, cui etiam administratio committi potest, si pupillo satisdet, *l. 5. §. 2. eod.* quanquam tutius bonis constituatur curator, *d. l. 5. §. 4. & ult. Stryck. c. l. §. 17.* add. *Berger. c. l.*

BON. POSS. EX L. VLT. C. DE E. D. H. TOLL.

Vid. loc. *heres. a th. 1. usque 10.* & loc. *interdictum quorum bonorum th. 3.*

BONORVM POSSESSIO SEC. TABVLAS.

1. Illa adhuc hodie necessaria est, si posthumus, in testamento præteritus, moriatur ante patrem, *Stryck. de success. ab intest. dissert. 9. c. 4. §. 8. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 47. not. 2. p. 478.* item si heres suus, in testamento præteritus, moriatur ante patrem, *Stryck. c. l. §. 12. Berger. c. l.*

2. Si

2. Si hodie pater filium emancipatum, vel mater liberos suos qui vel jam existunt, vel post conditum testamentum agnascuntur, præterierit, solo hoc remedio Prætorio testamentum sustinetur, licet filius emancipatus, vel liberi ante testatorem aut matrem sunt mortui, *Stryck. c. l. §. 14.*

3. Necessarium hoc est remedium, si filius præteritus consenserit in præteritionem, vel post mortem patris approbaverit, vel abstinuerit paterna hereditate, *Constit. Elect. Sax. 10. p. 3. ibique Carpz. d. 1. Stryck. c. l. §. 16. seq. Berger. c. l.*

4. Datur etiam heredi scripto hoc remedium eo casu, si legitima parentibus a liberis, titulo institutionis, non fuerit relicta, & illi in præteritionem consenserint, vel ante liberos testantes mortui sint, *Carpz. d. c. d. 2. n. 5. Stryck. c. l. §. 15. & 22. Horn. cl. 7. R. 46. p. 455. b.*

5. Porro necessarium est hoc remedium, si testator cancellarit testamentum posterius, ut valeret prius, *Stryck. c. l. §. 31. Berger. c. l.* item, si heres sub conditione institutus sit, & ante conditionis eventum hereditate frui velit, *Stryck. c. l. §. 38. seq. Berger. c. l.*

6. Si duo diversa extent testamenta, uno tempore condita, ita, ut non constet, quodnam sit prius, quodnam posterius, tunc Prætor utrumque heredem ad bonorum possessionem secundum tabulas admittit, *l. 1. §. 6. de bonor. possess. sec. tab. ibique Brunnem. n. 3. Struv. ex. 37. th. 53. in fin. Stryck. c. l. §. 36. 37.* licet jure civili utrumque testamentum sit invalidum, *arg. l. 30. de testam. tut. Stryck. c. l. §. 36.*

7. Denique necessaria est bonorum possessio secundum tabulas, si testamentum capitis deminutione, v. c. banno imperii, aut fustigatione irritum

est

est factum, & testator tempore mortis non est amplius capite minutus, v. c. a banno absolutus, vel a principe restitutus, *Berger. c. l. Stryck. c. l. §. 22. seq.*

8. Ut huic remedio locus detur, requiritur, ut bonorum possessio contra tabulas ex eo testamento agnita non sit, *l. 2. pr. de bon. possess. sec. tab. Stryck. c. l. §. 7. & d. dissert. 9. c. 5. §. 13. & 14.*

BRAXANDI JUS.

Vid. loc. CEREVISIARIUM JUS.

C.

CADAVER.

1. Arbitrarie puniuntur, qui cadavera defunctorum spoliant, nisi circumstantiæ delictum aggravantes pœnam gladii exigant, *Constit. Elect. Sax. 34. p. 4. ibique Carpz. d. 1. 2.*

2. Arbitraria quoque pœna plectuntur, qui cadavera suspensa, vel rotis imposita spoliant, aut plane auferunt; ita ut hoc casu mitius puniendi sint cognati, ad sepulturam, vel alii, salutaris medicinæ, aut anatomiæ causa, absque permissu magistratus, ea auferentes, quam illi, qui ad malos & magicos usus eadem de patibulis & rotis subtrahunt, *d. c. 34. ibique Carpz. d. 3. 4.*

3. Cadavera tollere, Aufhebung der Todten, est actus jurisdictionis superioris, *Ord. Prov. de an. 1550. tit.* Was zu Ober und Nieder, oder Erb-Gerichten gehöret. Neque judicem, qui inferiorem jurisdictionem habet, si hujusmodi actum exercuerit, excusabit, quod nullum violentæ mortis indicium in cadavere reperiatur, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 121.*

CAM-

CAMBIVM.

De Personis, quæ cambialiter obligantur.

1. Quamvis, usu & consuetudine, primum inter mercatores saltim cambia invaluerint: successu tamen temporis, usu & necessitate exigente, inter alias quoque, cujuscunque conditionis, dignitatis, sexus, & professionis personas recepta; adeo ut Principes, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Laici & Clerici, Milites, Rustici, (*a*) nec non fœminæ quoque cambialiter (*b*) se obligare possint, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 3. p. 670. & § 9. p. 722. seq.* confer. Leipziger Wechsel-Ordnung §. 1. & Churfürstl. Sächsis. *Decisiv-*Befehl *de an. 1699.* add. *Ludovic.* Einleitung zum Wechsel-*Process. c. 1. §. 2. 3. 4. 5. 6. seq. Berger. E. D. F. tit. 5. obs. 3. p. 133.* & *Resolut. Lauterb. tit. de contract. innomin. verb. vel irregulares.*

2. Verum hodie, in Saxonia, post editum sub dato d. 11. Martii 1711. Regio-Electorale Saxonicum Patentum: Von Wechsel-Brieffen derer Geistlichen; quod (*c*) exhibet *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 55.* literas cambiales dare, sub pœna suspensionis, vel etiam remotionis, interdictum est sacerdotibus, æditiuis & ludimagistris; (*d*) quin & datæ in

 vim

(*a*) In foro Saxonico Electorali etiam rustici a rigore cambiali eximuntur, nisi alia licita negotia, veluti mercaturam, exerceant, aut prædia conduxerint, vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit.* §. 11.

(*b*) Ast studiosi, qui adhuc in academia vivunt, licet majorennes sint, juxta rigorem cambii se obligare nequeunt, secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. c. l.*

(*c*) & *Ord. Proc. Sax. Rec.* adjectum est sub *Num. XXVII.*

(*d*) Quibus accensentur etiam Organici, die Organisten, cete-

vim tantum chirographorum valent, nec exinde cambialiter, ſed tantum executive agi poteſt, *Ludov. c. l. §. 6. Barth. d. §. 9. lit. a. p. 724.*

3. Et licet fœminæ, in foro Saxonico Electorali, ſecundum *reſcripta nundinaria de an. 1674. & 1675.* indiſtincte ſive mercatrices fuerint, ſive minus, cambialiter ſe obligare poterant: attamen illa reſcripta poſtea per *receſſum comitialem de an. 1676.* ad ſolas mercatrices ſunt reſtricta, adeo ut illæ, etiam ſine curatore, ad effectum impetrandi contra eas arreſtum perſonale, cambia dare & acceptare poſſint, *Ludovic.* Einleitung zum Wechſel=*Proc. c. 1. §. 7. 8. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 3. p. 671. & §. 9. lit. b. p. 274. Berger. E. D. F. tit. 5. obſ. 3. p. 133. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 217.*

4. Mercatrices vero intelligendæ ſunt illæ, quæ proprio nomine mercantur: non perinde uxores mercatorum, niſi cum maritis communem exerceant negotiationem, cujusmodi in illis locis, quibus uſusfructus paraphernalium marito ex ſtatuto, veluti Saxoniæ, addicitur, vix reperias, *Berger. el. proc. exec. th. 50. p. 58.* confer. omnino *Barth. d. §. 3. lit. b. p. 671. ſeq.*

5. An vero mercatrices, ut contrahere, & ſe obligare cambialiter ſine curatoris aſſenſu poſſunt, ita & in judicio ſolæ cauſas hujusmodi mercatorias tractare, & recognoſcere cambiales literas, vel reſpondere

ceterique omnes, in Conſiſtoriis confirmati, *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. §. 11.* ubi memoratum mandatum ita reſtringitur, ut, ſi nomina cambialia, aut antea fuerint contracta, quam quis muneri præfectus ſit, aut ejusmodi perſonæ aliis ſimul fungantur muneribus, proceſſus cambialis nihiloſecius obtineat.

dere aut agere queant, quæritur? Affirmat hoc *Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 8. n. 28. & tit. 10. art. 3. n. 57. Marquard. de jur. mercat. lib. 1. c. 12. n. 10.* Illud vero in foro Saxonico procedere, negat (c) *Barth. d. §. 3. p. 671.*

6. Fœminæ, non-mercatrices, quamvis ex literis cambialibus non possint conveniri ad effectum arresti (f) personalis, tamen executive ex iisdem bene conveniuntur, *Berger. E. D. F. tit. 5. obs. 3. not. 1. p. 133. & p. 1. supplem. tit. 5. §. 12. p. 61 Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 217.*

7. Libellus tamen, cambialiter informatus, non, ut ineptus, rejicitur, sed officio judicis in vim executivi resolvitur, & sustinetur, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 3. lit. d. p. 673.*

8. Cum ergo mulieres, non mercatrices, ex literis cambialibus, tanquam ex alio quodam instrumento conveniuntur, sequitur, eas adversus literas cambiales se intra biennium, exceptione non numeratæ pecuniæ, tueri posse, *Berger. in supplem. ad E. D. F. tit. 5. p. 1771. & p. 1. supplem. tit. 5. §. 12. p. 61.*

9. Ut vero ejusmodi literæ cambiales vim instrumenti guarentigionati habeant, necesse esse ut curatoris autoritate sint subscriptæ, tradit *Barth. d. §. 3. lit. d. p. 673. & §. 9. lit. b. p. 724.*

10. Et mulieres, non mercatrices, ex literis cambialibus a curatore simul non subscriptis, executive conveniri posse, negat *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 19. & tit. 8. en. 33.* Neque ejusmodi literæ cambiales ad arrestum, pro impetrando jure reali, contra facul-

 tatibus

(e) Concordat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 8. §. 3.*
(f) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. §. 11.*

tatibus lapſam, proſunt, teſte *Rivin. ad O. P. S. tit. 48. en. 3.*

11. Imo ex literis fœminarum cambialibus, conſenſu curatorum non vallatis, nec fidejuſſores ſubſcriptos obligari, aut conveniri poſſe, Reſponſo Facultatis juridicæ Lipſienſis probat *Zipfel. tr.* **Von Wechſel-Recht**, *in Schedaroth. p. 709.*

12. Uxorem in Saxonia ſine mariti, & ſi quem habeat, ſpecialis curatoris conſenſu, ex literis cambialibus haud obligari, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 188.*

13. Plane rejici libellum, ſi executive contra uxorem agatur ex literis cambialibus, quas cum marito & curatore ſimul ſubſcripſit, cum præſumatur pecunia ad maritum ſolum perveniſſe, ita, ut agenti verſio in rem neceſſario ſit probanda, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 16. & en. 19.*

14. Praxin illam, quæ fœminas rigori cambiali ſubducit, ſtricte intelligi, & ad alios effectus, ultra arreſtum perſonæ, extendi haud oportere; adeoque in Saxonia fœminam, ex cambio indoſſato conventam, exceptionem compenſationis, ex perſona cedentis, fruſtra actori objicere, putat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 490.* diſſentit *Berger. philoc. for. diſſert. de except. non numer. pec. adv. camb. th. 18. p. 152.*

15. Filii familias *(g)* ex cambialibus literis datis,

(g) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. §. 1. eique ſubjectum mandatum ſub N. XXV.* ubi hæc limitatio: quod rigor cambialis ſalvus maneat adverſus filios familias majorennes, ſi peculium quoddam caſtrenſe, aut etiam adventitium irregulare poſſideant; aut doctorali dignitate fulgeant, aut jura profiteantur, add. *hic. th. 16. lit. i.*

datis, vel acceptatis, nec vivis parentibus, nec iis mortuis, conveniri, nequidem executive, nedum cambialiter, poſſunt, quia ſpeciem mutui pecuniarii, SCto Macedoniano penitus improbati, habent, *Ludovic.* Einleitung zum Wechſel-*Proc. c.* 1. §. 15. *Barth. hodeg. for. c.* 4. §. 9. *lit. c. p.* 725. *Wernher. ſel. obſ. for. p.* 5. *obſ.* 239. niſi mercaturam *(h)* exerceant, *Ludovic. c. l. Barth. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p.* 6. *obſ.* 355.

16. Nec minorennes *(i)* literas cambiales dare poſſunt, nec in amplius, quam in quantum inde locupletiores facti, tenentur, *Barth. c. l.* niſi ſint mercatores, *Ludovic. c. l.* §. 14. Quia vero facti eſt minorennem negotiari, ante omnia id probandum erit, *Barth. c. l.*

17. Contra heredem *(k)* debitoris ex literis cambialibus non cambialiter, h. e. ad perſonale arreſtum, ſed tantum executive agi poteſt, exulante tamen non numeratæ pecuniæ exceptione, *Berger. E. D. F. tit.* 5. *obſ.* 3. *not.* 3. *p.* 135. & *p.* 2. *ſupplem. tit.* 5. §. 10. *p.* 133. *Barth. hodeg. for. c.* 4. §. 5. *lit. p.* 711. & §. 11. *pag.* 736. confer. vero *Ludovic.* Einleit. zum Wechſel-*Proc. c.* 1. §. 16. & jure Magdeburgico contra

(h) Add. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(i) Imo omnes, qui annum ætatis ſuæ 25. nondum compleverunt, nec mercaturam exercent, cambialiter obligari non poſſunt, cujusque ſint conditionis & ſtatus, quin etſi actu militent, aut veniam ætatis impetraverint; aut etſi illi, qui in patria poteſtate conſtituti ſunt, peculium poſſideant libere adminiſtrandum, vid. *Mandat. reg.* quod *Ord. Proc. Sax. Rec.* ſubjectum eſt *ſub No. XXVI.* §. 1.

(k) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit.* §. 12.

tra heredes ad arrestum personale procedi posse ipse testatur *Berger. E. D. F. c. l. p. 136.*

18. Fidejussor, *(l)* qui pro debitore cambiali intercessit, jure cambii non tenetur, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit 3. th. 11 not. un. p. 619. & lib. 4. tit. 30. th. 4. not 5. p. 1174. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 172.*

de

FORMA LITERARVM CAMBIALIVM.

1. Literæ cambiales pro forma requirunt, ut in illis mentio fiat verbi: Wechsel, *(m)* oder Wechsel-Brieff: quo omisso habentur pro alio obligationis instrumento, ita, ut ex illis cambialiter agi non possit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 22. Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 11. p. 48. Horn. cl. 11. R. 100.* licet vocula: *sola*, in iis contineatur, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. m. p. 687.* & iisdem clausula cambialis consueta: Des Werths bin wohl vergnügt, inserta; imo idem illud instrumentum, ut cambiale, jamdum a procuratore recognitum sit, *Berger. c. l. p. 51. seq.* add. & *ipsa. E. D. F. tit. 25. obs. 3. not. 5. p. 760.*

2. Igi-

(*l*) Si quis cambialibus literis, ut fidejussor, nomen subscripserit, atque, debitore non solvente, se soluturum promiserit, per *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit.* §. 18. cambialiter conveniri potest, licet cambialem rigorem expresse non obligaverit; quin imo etiam ejusmodi caventi nec beneficio excussionis, nec dilationis, nisi quid tale in subscriptione sibi reservaverit, succurritur.

(*m*) Si quis literis, quibus se creditori suo cambialiter obligavit, adhuc aliam summam, cum significatione temporis, quo id fecerit, & quo die solutionem præstare velit, postea adjecit, suumque subscripsit nomen, etiam intuitu hujus summæ cambialiter hodie in Saxonia conveniri potest, etiamsi vel maxime cambii aut cambialis rigoris mentionem denuo non adjecerit, *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit.* §. 17.

2. Igitur executive saltem ex illis agi potest, modo pecuniæ acceptæ mentio sit facta, seu hæc inserta clausula: Valuta von ihm baar empfangen, vel, des Werths bin durch Wahren vergnügt, *Berg. p. 1. suppl. ad E. D. F. tit. 5. th. 11. p. 48. Barth. c. l. §. 1. lit. a. p. 663.* Königke in Anmerck. über die Leipziger Wechsel-Ordn. §. 3. *verb.* Die *Form* und Art der Wechsel-Brieffe. Hac clausula vero omissa, adeoque deficiente causa debendi, nequidem executive exinde agi poterit, *Barth. c. l. Berger. c. l.*

3. Extra Saxoniam autem, ad effectum cambialiter agendi, expressionem vocis: Wechsel, oder Wechsel-Brieff, forsan non requiri suspicatur *Ludovic.* in der Einleit. zum Wechsel-*Proc. c. 2. §. 8.*

4. Imo etiam in Saxonia ex Schedula, super merces creditas, accepta, hujus tenoris: Ich Endes benannter bekenne hiermit, vor erkauffte und tüchtige Wahren schuldig zu seyn - - - Thaler-Groschen an N. die gelobe ich ihm, oder getreuen Brieffs-Inhabern auf - - - danckbarlich zu bezahlen, contra mercatores cambialiter agi potest, vid. *Mandat. Elect. Sax. d. 3. April. 1683.* quod habet *D.* Königke in dem Anhang zur Leipziger Wechsel-Ordn. *p. 20. seq.* add. *Ludov. c. l. §. 10.*

5. Cambialem quoque effectum habent obligationes, in quibus quis solutionem promittit secundum jus cambiale, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 22. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 1. lit. a. p. 662.*

6. Illa tamen clausula, usurpata in instrumento emtionis venditionis, vel locationis conductionis, exceptionem non adimpleti contractus, & in chirographo, si ex isto intra biennium agatur, exceptionem non numeratæ pecuniæ non tollit; ut itaque in utro-

que casu, oppositis his exceptionibus, effectus illius clausulæ non nisi ultimo demum circa executionem sese exerat, *Barth. c. l. p. 663.* add. *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 7. p. 116. seq.*

7. Plane inter mercatores, contra instrumentum mutui, clausula cambiali munitum, exceptioni non numeratæ pecuniæ locum non dari, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 1b. 4. not. 4. p. 631.*

8 Expressio valutæ, sed clausulæ: Des Werths bin ich von ihm vergnügt, necessaria est secundum *Ordin. Camb. Marchic. & Magdeb.* vid. *Ludovic.* Einleit. zum Wechsel *Proc. c. 2. §. 6.* non autem secundum *Ordin. Camb. Lips. §. 3.* aliasque, quas adducit *Ludovic. c. l.* add. *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. q. p. 691. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. cent. 1. consil. 58. p. 801.*

9. Literæ cambiales & præ- & cognomine sunt subscribendæ, *Ord. Merc. Lips. tit. 13. vers.* nachdem. *Barth. c. l. lit. s. p. 692.* Sola vero subsigillatio non sufficit, licet vel maxime signum crucis juxta pictum inveniatur, *Ludovic. d. c. 2. §. 9.* dissentit *Zipffel. in tr.* Von Wechsel-Brieffen, *Sect. 7. p. 252.*

10. Quid vero, si a pluribus sociis communi forte omnium nomine, & quasi collectivo, v. g. Langermannische Wittbe und Erben vel: solis cognominibus expressis, Fisch und Krebs, Richter Gebrüder, item: Die Wölffe Gebrüder; vel unius saltem præ- & cognomine, socii vero haud expresso, v. g. Hannß Jacob Pfitzer und Sohn, conscriptæ sunt literæ cambiales trassatæ? non nisi præstita cautione solutionem faciendam, vel pecuniam deponendam esse, censet *Barth. c. l.* Sed ex cambio absque præ-

nomi-

nomine ſubſcripto executive agi non poſſe, expreſſe diſponit *Ord. Merc. Lipſ. c. l.*

11. Quær. An propria cujusque ſociorum manu ſubſcriptio nominum in cambialibus fieri debeat, aut ſufficiat, ſi unus, utriusque nomine, inſcio vel abſente ſocio, ſubſcribat, v. g. Johann Paul Schmidt, und George Schlösser? Prius requiri, poſterius autem non ſufficere, putat *Barth. c. l.* ubi præjudicium, contraria tamen quoque reſponſa adducit. Sed prius ſufficere ad eum effectum, ut cambialiter contra unum alterumve agi poſſit, cavit *Mandat. Elect. Sax. de an. 1720.* quod reperitur in *Cod. Aug. vol. 2. p. 2083.*

12. Quod ſi inter rubrum & nigrum contrarietas deprehendatur, & in illo major, quam in hoc contineatur ſumma, extenſioni potior fides tribuenda, maxime cum in hoc literis ſumma expreſſa ſit, in illo vero Ziſſeris tantum, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. d. p. 679.*

DE TEMPORE SOLUTIONIS CAMBIORUM.

1. Tempus deſtinatæ ſolutionis in literis cambialibus nunquam omitti poteſt, & ſi id ex oſcitantia factum, proxime ſecuturas nundinas tacite ſubintelligendas eſſe, tradit Heydiger von Wechſel-Recht, *c. 7. §. 3. p. 62.*

2. Sed ita rigoroſe & cambialiter, paratiſſima perſonali executione, ad ſolutionem agi non poſſe: ex æquo tamen a judice certum ſolutionis terminum præfigendum eſſe, putat *Barth. c. l. lit. k. p. 682.*

3. Plane ſi nullum ſolutionis tempus in cambio ſit expreſſum, in dubio ad tempus conſuetudinarium in illo loco, ubi cambium ſolvendum, reſpexiſſe Traſſantem, quod interdum per vocem: *uſa*, vel *a uſo*,

 expri-

exprimere ſolent mercatores, putat *Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 5. §. 15.*

4. In cambiis regularibus, h. e. Meß-Wechſeln, ſo in denen Meſſen zu bezahlen gezogen ſind, ſolutio, tempore conſueto zur gewöhnlichen Zahlungs-Zeit, præſtanda, primis ſtatim diebus, als Montag, Dienſtag, Mittwoche, ſecundæ ſeptimanæ, der Zahl-Woche, fieri & exigi poteſt, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. k. p. 682. & lit. o. p. 688.* ubi hanc ſententiam contra diſſentientes defendit, & reſponſo Scabinorum Lipſienſium, nec non propria experientia probat.

5. Promiſſio ſolutionis, prima nundinarum Lipſienſium ſeptimana præſtandæ, ſine effectu eſt, niſi feriis etiam nundinarum expreſſe renunciatum ſit. Comparens tamen debitor, & recognoſcens detineri poteſt, quamvis, facta recognitione, de nundinarum feriis deinde excipiat, quia per factam recognitionem ſuo juri renunciaſſe cenſetur debitor, ſecundum tradita *Barthii c. l. lit. c. p. 677.*

6. In cambiis irregularibus, iisque traſſatis, tempus ſolutionis præſtituitur, vel a viſta, i. e. viſis cambiis, ſtracks Auffſichts, in continenti, gleich beym Anſchauen der angekommenen Wechſel; quæ ſive dominica, ſive aliarum feriarum die præſententur, ſtatim acceptandæ, & ad minimum intra 24. horarum ſpatium ſolvendæ ſunt, Leipziger Wechſel-Ordn. *§. 15. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. w. p. 698. Ludovic.* Einleitung zum Wechſel-*Proc. c. 4. §. 63.*

7. Vel tempus ſolutionis præſtituitur auf 3. 4. &c. Tage oder Wochen Nachſicht, ubi tempus ſolutionis a die acceptationis, connumeratis diebus feriatis, computatur: quodſi vero quis eas, prima ſtatim vice

vice præsentatas, haud acceptet, sed acceptationem differat, a tempore primæ præsentationis terminus solutionis computatur, Leipziger Wechsel-Ordn. §. 15. *Ludovic. c. l.* §. 64. add. *Barth. c. l. lit. x.*

8. Vel tempus solutionis præstituitur, a dato, oder nach dato, e. g. binnen 8. Tagen, oder Wochen, in quibus tempus solutionis, non a die acceptationis, sed a die post datas literas cambiales, sequenti, inclusis diebus feriatis, connumeratur, Leipziger Wechsel-Ordn. §. 15. *Ludovic. c. l.* §. 65. *Barth. c. l. lit. y.*

9. Vel tempus solutionis præstituitur ad certum diem, v. g. den 1. Jun. in quibus ille ipse dies est terminus solutionis, nisi lege aut consuetudine introductum sit, ut die demum sequenti exigi possit solutio, *Ludovic. c. l.* §. 66. vel, medio Februarii &c. tunc in Saxonia tempus solutionis incidit in 14. diem ejusdem mensis, Leipziger Wechsel-Ordn. §. 15. add. *Ludovic. c. l.* §. 67.

10. Vel tempus solutionis præstituitur: a uso, in quibus tempus solutionis pro varietate locorum varium est; in Saxonia autem a tempore acceptationis 14. dies ad solutionem indulgentur, connumeratis diebus feriatis, Leipziger Wechsel-Ordn. §. 15. vid. *Voigt. de camb. p. 52.* Heydiger von Wechsel-Recht, *c. 3. p. 27. Ludovic. c. l.* §. 69. *Barth. c. l. lit. u.* ubi etiam de diebus dilatoriis, Discretion oder Respit-Tagen, agunt, qui vero in Saxonia locum non habent, Leipziger Wechsel-Ordn. §. 15. *Ludovic. c. l.* §. 77.

11. Ubi duplices, vel etiam triplices datæ sunt literæ cambiales, acceptans neutram sine altera solvere tenetur: simpliciter tamen, sub prætextu deficientis primæ, vel secundæ, solutionem recusare non potest,

test, sed pecuniam judicialiter deponere tenetur ad minimum, usque dum omnes sint traditæ, vel cautio sufficiens atque indemnisatio sit præstita. Leipziger Wechsel-Ordnung §. 11. Zeydiger von Wechsel-Recht, *c. 7. p. 67. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. n. p. 687.*

de CAMBII PRÆSENTATIONE, ACCEPTATIONE ET PROTESTATIONE.

1. Accepta tratta, &, si plures, ad minimum prima, si a vista, vel auf gewisse Zeit Nachsicht, vel a uso, determinata fuerit solutio, recta, vel stylo mercantili loquendo, a drittura, ad præsentandum ei, in quem directa est, nec non ad acceptandum illam, & quidem primo postarum die, transmitti debet: in quo si mora committatur, & trassatus interea bonis labatur, periculo remittentis est, Leipziger Wechsel-Ordn. §. 28. *Ludovic.* Einleit. zum Wechsel-*Proc. c. 4. §. 10. Barth. c. l. lit. i. p. 68*

2. An quoque literæ cambiales, in quibus certum solutioni tempus præfixum est, v. g. a dato in 4. Wochen, statim sint transmittendæ? inter se non conveniunt Dd. Affirmativam tenet Könike in den Anmerck. der Leipziger Wechsel-Ordn. *§. 28.* Quocum etiam facit *Ordin. Camb. Dant. art. 11.* Negativam vero, ceu veriorem, nisi aliud introductum sit, consiliis mercatorum, Paroires, & Responso Facultatis Hallensis innixus defendit *Ludovic. c. l. §. 11. & 12.*

3. Quodsi tales literæ in certum aliquod tempus, vel diem, v. g. medio vel d. 15. Jul. vel tribus, quatuor, aut sex septimanis a dato, directæ, Trassato aliquot dies vel septimanas ante præsententur, acceptare

ptare eas, nisi decimo quarto præcedente solutionis terminum die, haud tenetur: volens tamen anticipare illum acceptationis terminum potest; nec revocare trassans ante 14. dies præsentatas & acceptatas valet, *Barth. c. l. lit. o. p. 690. & lit. y. p. 698.*

4. In cambiis regularibus, h. e. Meß-Wechseln, statim a primo nundinarum vernalium & autumnalium die ad veneris diem primæ hebdomatis, ad horam usque ante meridianam decimam; in hyemalibus vero ad ultimum finiendas nundinas præcedentem diem præsentatio & acceptatio fieri debet, Leipziger Wechsel-Ordn. *§. 4. & 5.* & licet præcedens dominicum dies etiam, lege humana, feriatus sit, eo nihilominus & præsentatio, & acceptatio, vel protestatio facienda est, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 16. ibique lit. a. p. 741. & lit. c. p. 743.*

5. Ante acceptas avisorias literas acceptare cambiales nemo tenetur, Leipzig. Wechsel-Ordn. *§. 27.* Quod si tamen quis anticipando acceptare velit, nihilominus trassantem sibi ad restitutionem habet obligatum, tametsi forte a trassante deinde in avisoriis literis acceptatio & solutio inhibeatur, per tradita *Barthii c. l. §. 4. lit. l. p. 685.* dissentit *Titius in jur. priv. lib. 6. c. 20. §. 34. & 37.*

6. Eodem modo in literis cambialibus regularibus, Meß-Wechseln, acceptans, prima etiam nundinarum hebdomate, solutionem facere, atque trassantem ad restitutionem sibi obligare potest, *Carpz. dec. 132.* Cum, tametsi etiam ad ultimum usque solutionis diem eam distulisset, & interea præsentans foro cessisset, ob id tamen nihilominus acceptans ut debitor fugitivi, acceptatas cambiales literas, contradicente quantumvis, ob non acceptam promissam valutam,

tam, traſſante, ad maſſam concurſus ſolvere teneatur, *Barth. c. l. lit. o. p. 689.*

7. In traſſati arbitrio eſt, an aſſignatam in literis aviſoriis proviſionem acceptare velit, nec ne, an vero, prævia proteſtatione, pro honore traſſantis, per honore di lettera, literas cambiales ſolvere, *Barth. c. l. lit. z. p. 699.*

8. Literas cambiales, a traſſato ſub proteſto non acceptatas, unicuique, invito etiam traſſato, per honor di lettera, & quidem ſive in honorem traſſantis, ſive indoſſantis acceptare, & ſolvere licet, ad eum effectum, ut ſolvens traſſantem deinde ex hujusmodi cum proteſto ſolutis literis obligatum habeat, eumque inde ad reſtituendum pro eo ſolutum cambialiter convenire poſſit, Leipziger Wechſel-Ordn. §. 17. *Barth. c. l. lit. z. p. 699. Ludovic.* Einleit. zum Wechſel-*Proc. c. 4. §. 58. 59.* Quem acceptantem per honor di lettera recuſare non poteſt creditor ſive poſſeſſor literarum cambialium, Leipziger Wechſel-Ordn. *c. l. Ludovic. c. l. §. 60.*

9. Acceptans a conto tertii ſolvere tenetur, tametſi tertius iſte ſolvendo eſſe deſinat, nec regreſſum contra traſſantem habet, *Zipffel.* von Wechſel-Briefen. *Sect. 6. p. 162.* niſi traſſantis nomine jubeatur, & ſaltem ratione recipiendæ ſuæ pecuniæ ab hoc apud tertium aſſignetur, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. z. p. 704.*

10. Acceptatio literarum cambialium expreſſis verbis, ſubſcriptoque præ- & cognomine, cum die & menſe fieri debet, Leipziger Wechſel-Ordn. §. 8. *Barth. c. l. lit. bb. p. 704.*

11. Acceptatio conditionalis pro pure facta habetur, & acceptans inde cambialiter conveniri poteſt,

reſt, *Barth. c. l. p. 505.* diſſentit Könighe in den Anmerckungen der Leipziger Wechſel-Ordn. *ad §. 8. p. 26.* Quamvis ad melius eſſe ſpectat, ſi, non pure facta acceptatione, præſentans proteſtetur, traſſantique, proteſtum transmittat, *Barth. c. l.*

12. Acceptante in ſolvendo ceſſante, inſtitutam contra eum actionem præſentans derelinquere, & ad indoſſantem ſuum, vel traſſantem, ſi immediate ab hoc cambiales habeat, retrogredi poteſt, Leipziger Wechſel-Ordn. *§. 20. Barth. c. l.*

13. Ut robur & effectus cambialium literarum conſervetur, formalia præſentationis præprimis obſervanda ſunt, quæ conſiſtunt in eo, ut 1) debito tempore fiat, & 2) non facta acceptatione, vel non ſecuta ſolutione, proteſtum elevetur, & traſſanti transmittatur, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 16. p. 740.* Et indoſſatus æque, ut primus accipiens, fatalia hæc præſentationis, &, non ſecuta acceptatione, proteſtationis ſtricte obſervare, & indoſſanti proteſtum ſtatim transmittere debet, *Barth. c. l. §. 7. p. 720. & §. 18. p. 745.*

14. Si ſimpliciter recuſata fuerit acceptatio, tunc ſtatim, prima occaſione, proteſtum cum ipſis literis remittitur, Leipziger Wechſel-Ordn. §. 5. Sin autem ſaltem ſub conditione ſuſpenſiva, quousque forte adviſæ non ſecutæ, vel valuta nondum accepta, tunc proteſtationis quidem inſtrumentum ſtatim, proxima poſtarum die, transmittitur, literæ vero reſervari debent ad tempus usque ſolutionis, & liberum interea eſt debitori, acceptare adhuc, & ſolvere velit, adeo ut, ſi, literis cum ipſo proteſto transmiſſis, traſſatus, ſolutionis die, offerret ſolutionem, ob defectum autem literarum cambialium eam non faceret, & caſu deinde bonis laberetur, præſentans ex

culpa

culpa traſſanti ad intereſſe teneatur, *Barth. c. l. §. 18. p. 745.*

15. Ob non factam ſolutionem, vel acceptarum jamdum, vel non pure & ſimpliciter recuſatarum literarum, pro conſervando, adverſus indoſſantes, vel traſſantem, regreſſum, proteſtum fieri & elevari, h. e. transmitti una cum literis debet, *Barth. d. §. 18. p. 746.*

16. Non quidem ipſis indoſſantibus, vel traſſantibus ne præſentans, ſemetipſum armis & probandi mediis privet, ſed tertio, qui ab iis ſolutionem exigat, transmittendum eſt proteſtum cum literis: niſi præſentans, ſolo transmiſſo indoſſanti, de non facta ſolutione, proteſto, acceptatas literas retinere, & ex iis acceptantem prius convenire vellet; quod non tantum, ſalvo regreſſu, facere, ſed & dimittere rurſus acceptantem, & contra indoſſantem agere ei permiſſum eſt, Leipziger Wechſel-Ordn. §. 20. *Barth. c. l.*

17. Transmiſſo, ob non pure recuſatam acceptationem, ſolo proteſto, indoſſans vel traſſans indoſſato vel remittenti ad præſtandum cautionem fidejuſſoriam vel pignoratitiam obligatur; ſuperveniente vero deinde altero, de non ſecuta ſolutione, confecto proteſto, cum literis cambialibus, in continenti, alsbald, nach Wechſel-Recht, ad ſolutionem ſortis & uſurarum, nec non præſtationem damni & expenſarum tenetur; quod multo magis tum obtinebit, ſi, pure & ſimpliciter denegata acceptatione literæ cum proteſto recurrant. Leipziger Wechſel-Ordn. §. 21. Heydiger Anleitung zum Wechſel-Recht, *p. 94. Barth. d. §. 18. p. 747.*

18. In propriis literis, neque præſentatione, neque acceptatione, neque proteſtatione opus eſt, quam-

quamdiu inter ipsum creditorem & debitorem res agitur. At si transportatæ sint in manus tertii, perinde, ut in trassatis formalia seu fatalia præsentationis strictissime sunt observanda, Leipziger Wechsel-Ordn. §.4. & 12. *Barth. hodeg. for. c.4. §.17. p.744.*

19. Protestationem præsentatio præcedere debet, nec illa absque hac fieri potest, nec regressus contra indossantem vel trassantem prius datur, *Barth. c. l. §.16. lit. b. p.742.*

20. Neglectis præsentationum & protestationum solennibus, literas non acceptatas tenenti, seu præsentanti nullus adversus indossantem vel trassantem conceditur regressus, nisi campsor seu trassans sciverit, illum, in quem facta est tratta, non esse solvendo: tunc enim campsario seu remittenti competit actio doli, superque eo locum habet jurisjurandi delatio, teste *Bergero in supplem. ad proc. exec. th.48. p. m.15.* Sed in propriis indossatis debitorem solum, & in acceptatis acceptántem sibi obligatum talis creditor habet, *Barth. hodeg. for. c.4. §.19. p.747.*

21. Protestatio cambialium non solutarum solennis, in *Ordin. Camb. Lips.* præscripta, inter mercatores quidem imprimis obtinet: notificatio tamen non factæ solutionis inter non-mercatores minime remissa, sed indossanti, priusquam debitor solvendo esse desinat, facienda est, alias, desinente postea esse solvendo debitore, periculo indossati hic neglectus cedit, *Barth. hodeg. for. §.7. p.720.*

de

INDOSSAMENTIS.

1. Literas cambiales, in quibus vocabula: *Ordre* oder *Commiss.* omissa sunt, nec indossari, nec ab indossato agi posse, sed perpetua ei illegitimationis

ad causam obstare exceptionem, putat Könìgke in den Anmerck. über die Leipzig. Wechsel-Ordn. §. *11. verb.* die vielfältige *Gir*rung. Dissentiunt, & vocabula: *Ordre* oder *Commiss*, minus requiri, ad eum effectum, ut literæ cambiales indossari, & exinde ab indossato agi posse, defendunt, *Zipffel in tract.* von Wechsel-Briefen. *sect. 6. p. 135. Stryck. de camb. liter. accept. c. 3. §. 18. Barth. hog. for. c. 4.* §. 4. *lit. c. p. 679. Ludovici* Einleit. zum Wechsel-*Proc. c. 4.* §. *23.*

2. Ad hoc tamen prodest hæc clausula: *Ordre* oder *Commiss*, ut, si per indossamenta ad alios aliaque loca transierint literæ, & cum protesto deinde revertantur, sibique præsentans, indossatus pecuniæ indigens, sub ricambio & usuris eam ab alio recipere coactus fuerit, trassans remittenti de ricambio hoc indossati, vel indossatorum & omni interesse præstando obligetur: cum e contrario, omissa hac clausula, præter cambii ipsius summam cum protesti expensis & solius remittentis ricambio, non etiam indossatorum ulteriorum teneatur, Leipziger Wechsel-Ordn. §. *21. & 30.*

3. Si literæ cambiales, eæque sive propriæ sive alienæ, ita sint conceptæ: ich zahle oder der Herr zahle an Ordre Sempronii, in arbitrio possessoris vel creditoris, des Inhabers, non esse, an eas indossare velit, sed ad id præcise teneri, tradit *Ludovic. c. l.* §. *22.*

4. Ex indossamento *(n)* contra indossantem non minus quam principalem debitorem ipsum cambia-

(*n*) Quodvis cambium, etiamsi in isto vocabulum: commiss, vel ordre, omissum sit, indossari potest, vid. *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec.* §. 15.

bialiter (o) agi posse, rationibus & quotidiana praxi probat *Barth. bodeg. for. c. 4. §. 6. p. 717.* add. Kö-nigke in den Anmerck. über die Leipziger Wech-sel-Ordn. *§. 11. n. 1. p. 32. Ludovic.* Einleitung zum Wechsel-*Proc. c. 4. §. 32.* dissentiunt *Berger. E. D. F. in supplem. tit. 5. p. 1771.* add. *Mencken. tract. Synopt. proc. disp. 1. §. 58. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 173.*

5. Imo indossantem, ratione omnium aliarum clausularum, in literis cambialibus expressarum, e. g. ratione bonorum suorum & hypothecæ, nec non renunciationis privilegii nundinarum, teneri, putat *Barth. c. l.* dissentiunt Könighe *c. l. Ludovic. c. l.*

6. Indossamenta in bianco, Lipsiæ, aliisque in emporiis nonnullis, abrogata sunt: non tamen omni penitus destituuntur effectu. Nam etsi producenti, utpote neque in ipsis literis neque in indossamento nominato, obstet illegitimationis exceptio, nec sola possessio, sine titulo, sufficiat, nihilominus tamen, iis recognitis, cum ob defectum completi indossamenti recognitionem declinari haud possit, ad deponendum pecuniam, vel, præstita cautione, exsolvendam, cambiali jure adigitur, *Barth. bodeg. for. c. 4. §. 5. p. 706. ibique lit. g. & h. p. 716.* confer. *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 8. p. 120. seq.*

N 2 7. Cau-

(o) de quo hodie eo minus dubitatur, quo clarius in *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec. §. 13.* cautum est, ut indossatarius indossantem cambialiter convenire possit, modo solutionem præstituto die sollicitaverit, eaque non secuta protestatus fuerit, idque vel curru publico, mit der Post, vel alia occasione intra octiduum indossanti notificaverit: nam hoc omisso, vel indossatario in prolongationem cambii, vel alia ratione in dilationem consentiente, regressu contra indossantem plane excidit.

7. Cautio tamen idonea, quæ præstita est, ut cambialium possessor pecuniam ex deposito consequi possit, non omnem melioris legitimationis probationem penitus tollit, præprimis si cedens bonis lapsus sit, & creditores illius probationem urgeant, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 5. lit. c. p. 710.*

8. Imo non indossatas cambiales literas recognoscendas, vel pro recognitis habendas esse, & ad depositionem pecuniæ, debitorem obligari, tradit *Barth. d. §. 5. lit. g. p. 716.* ubi etiam, quod tradens alicui cambiales alienas, ad indossandum eas, invitus teneatur.

9. Exceptioni illegitimationis occurrere potest actor, si ante motam actionem, & productas in judicio ad recognoscendum cambiales literas indossamentum compleat, utut ex protesti instrumento incompletum fuisse liqueat, *Barth. d. §. 5. lit. f. p. 714.* Nihil enim interest, ipse indossans, an, eo etiam inscio, alius quicunque indossamentum compleverit, *Barth. c. l. p. 715.* add. *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 11. §. 23. n. 4. p. 356.* dissentit *Ludovic.* Einleit. zum Wechsel-*Proc. c. 4. §. 26.*

10. Caute & circumspecte in expletione vacui indossamenti procedi debet, si indossans forte fugitivus, aut bonis lapsus sit, ne in illud tempus, quo de mensa jam surrexit, sicque alienandi, & cambiales transportandi potestatem amplius non habuit, concipiatur. Quanquam, si errore id factum, tenens illud testibus aut aliunde probare potest, *Barth. c. l. p. 714.*

11. Quomodo vero se legitimare potest literas in bianco indossatas producens? Resp. probare debet, datas ei & cessas forte in solutum illas ab indossan-

te

te esse: quod fieri potest vel per solam indossantis confessionem, modo adhuc sit solvendo, & integræ fidei, si enim bonis lapsus sit, in testem haud admittitur, nec juratum ejus testimonium ad suppletorium sufficit; vel per literas ad cambiales, sive simul, sive etiam postea, ante lapsum bonorum, transmissas, se referentes; aut per testes, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 5. lit. c. p. 707. seq.*

12. Quæritur: an possessor cambialium in uno eodemque libello super legitimatione, vel indossamento in bianco, eum in finem, expresso loco & die, dato, ut pro lubitu illud extenderet, vel literas cum indossamento illo in bianco alienaret, deferre juramentum, ipsarum vero literarum recognitionem a reo summariter exigere possit? Id quod affirmat, ipse tamen vacillans, *Barth. c. l. p. 710. seq.*

13. Mentio valutæ in indossamentis quidem non est necessaria, nonnunquam tamen utilis ad hoc, ut exinde, tanquam ex titulo, & causa dominii translativa, constet, indossatum dominum illarum literarum esse: Sin omissa fuerit, ut plerumque fieri solet, & in sequenti formula factum, verbis: Vor uns an Herrn N. soll uns gute Zahlung seyn, mandatarius potius saltem, nec pecunia ejus esse creditur. Hinc non solvendo existente indossato, si in natura adhuc pecunia in bonis illius reperiatur, vindicari ab indossante, vel, si expensa, cum aliis creditoribus in concursu liquidari & repeti poterit. Imo ab eo, cui talis indossatus ulterius literas istas cessit, illæ vindicari, quin & pecunia isti soluta condici potest, *Zipffel,* von Wechsel-Briefen, *p. 135.* Videndum tamen esse, quid actum sit, & annon jurisjurandi delatione cessio obtineri queat, monet *Barth. c. l. lit. c. p. 706. seq.*

14. Linfiæ autem, cum nec valutæ expressio in literis cambialibus requiratur, multo minus in indossamentis utilis, vel necessaria est, quoad effectum scil. obligationis, utque acceptans exinde conveniri, & ad solvendum jure cambiali compelli possit, *Barth. c. l. p. 707.*

15. Annus, mensis & dies in subscriptione indossamenti exprimendus, Leipzig. Wechsel-Ordn. *§. 11.* quo exinde constare possit, indossans fugitivus forte eo tempore adhuc in tali statu fuerit, ut alienare, & transferre cambiales in alios potuerit, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 5. lit. d. p. 711.* Ut vero locus simul exprimatur, necesse haud est, *Barth. c. l. p. 712.*

16. Subscriptionem indossamenti, & præ- & cognominibus cedentium expressis, non minus, ac acceptationem, fieri debere, adeo ut nec literæ initiales prænominis cum cognominibus, nec sola cognomina, nec nomen collectivum, sufficiant, docet *Barth. c. l. lit. e. p. 712. seq.* ubi etiam, quod multo magis indossati præ- & cognomen exprimendum sit. Plane prænomen indossati haud requiri, responderunt Scabini Lipsienses, teste *Bergero p. 2. Supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 5. §. 5. p. 1782.*

de

PRÆSCRIPTIONE CAMBIORUM.

1. Præscriptio literarum cambialium propriarum est annalis, & trassatarum menstrua, a die solutionis, von der Verfall-Zeit, computanda, Leipziger Wechsel-Ordn. §. *32.* Quæ dispositio, cum sit Saxonica, annus quoque Saxonicus, h. e. cum 6. septimanis & 3. diebus, subintelligitur, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 23. ibique lit. b. p. 757.* add. *Ludovic.* Einleitung zum Wechsel-*Proc. c. 11. §. 3. seq.*

2. Quodsi

2. Quodsi vero creditor ante elapsum illum annum Saxonicum decedat, heredibus ejus adhuc alius conceditur annus, intra quem cambialiter agere possunt; qui duplicatus annus etiam ad pias causas extenditur, Leipziger Wechsel-Ordnung, §. 32. *Ludovic. c. l.* §. 5.

3. Hæc annalis & menstrua præscriptio *(p)* in gratiam saltem mercatorum, in *Ordin. Camb. Lipſ.* introducta est, adeoque ad non-mercatores haud extendenda, quippe quorum respectu ordinaria *(q)* obtinet præscriptio, *Ludovic. c. l.* §. 17. *Barth. hodeg. for. c.* 4. §. 26. *p.* 764.

4. Quid si creditor est mercator, debitor vero non-mercator, aut vice versa, creditor est non-mercator, debitor vero mercator? Casu priori ordinaria; posteriori autem menstrua vel annalis præscriptio obtinet, *Barth. d.* §. 26. *ibique lit. b. p.* 764. & 766. *Ludovic.* Einleitung zum Wechsel-*Proc. c.* 11. §. 17. 18. 19. quoad posteriorem casum dissentit Facultas juridica Lipsiensis, nec non Könighe *in not. ad Ord. Camb. Lipſ.* §. 32. *verb.* und der *Creditor.*

5. Imo nequidem mercatores, in alio, quam judicio mercatorio Lipsiensi, conventi, hac privilegiata præscriptione se tueri possunt, *Barth. d.* §. 26. *p.* 764. confer. tamen *Ludovic. c. l.* §. 20. ubi, quod mercator, caractere Consiliarii vel Commissarii donatus, exceptione hujus præscriptionis uti possit, li-

N 4 cet

(*p*) Quæ adhuc hodie obtinet, *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec.* §. 16.

(*q*) Hodie vero jus cambialiter agendi ad quadriennium est restrictum: quo elapso literæ cambiales vim chirographi habent, *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

cet non in judicio mercatorio Lipsiensi, sed in suprema Curia Provinciali conveniri possit, add. *Küstner. disput. de menstr. & ann. præscript. liter. cambial.* §. 26.

6. Si creditor, præprimis extraneus commissoriale, a Potentissimo Rege & Electore, ad Senatum oppidanum, vel Præfectum, Rescriptum arrestatorum contra extraneum debitorem Lipsiam forte venientem obtineat, exceptioni hujus præscriptionis locum dari, Scabinos Lipsienses aliquando pronunciasse, devoluta autem in Supremum Appellationum Tribunal Dresdense causa, sententiam illam reformatam esse, refert *Barth. d. §. 26. lit. a. p. 764. seq.*

7. Si duo sint debitores correi, alter mercator, alter non-mercator, licet creditor, dum mercatorem convenerit, exceptione præscriptionis a limine judicii sit repulsus, nihilominus non-mercatorem adhuc in solidum convenire potest, *Barth. d. §. 26. lit. b. p. 766. seq.*

8. Literas cambiales manuales, easque extra Lipsiam, & sine ejus respectu, concinnatas, expirare anno affirmasse Scabinos Lipsienses, negasse vero Facultatem juridicam Wittebergensem testatur *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 5. §. 5. p. 1782. seq.*

9. Etiam indossatario opponi potest exceptio præscriptionis privilegiata, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 23. lit. b. p. 758.* Milites tamen ob necessariam, scil. militiæ, causam absentes contra lapsum præscriptionis restituuntur in integrum, *Barth. c. l.*

10. In cambialibus propriis, indossatarius, exceptione præscriptionis, repulsus, deinde vero contra indossantem agens, ab eodem, eadem exceptione repelli

pelli

pelli poteſt, *Ludovic.* Einleitung zum Wechſel-*Prot. c. 11. §. 8.*

11. In literis traſſatis præſcriptio menſtrua in eo duntaxat caſu obtinet, ſi præſentans contra acceptantem agere velit; adeoque non eſt extendenda ad hunc caſum, ſi traſſatus acceptationem recuſet, eoque ipſo præſentans contra traſſantem retrogrediatur; nec ad hunc: ſi acceptans cambium ſolverit, ex eoque agere contra traſſantem poſſit: in his enim caſibus non niſi præſcriptio ordinaria locum habet, *Küſtner. in diſp. de menſtr. & ann. præſcript. liter. cambial. §. 11. 12. Ludovic. c. l. §. 7.*

12. Præſcriptio annalis ſive menſtrua non eſt exceptio realis, nec ipſam obligationem tollit, ſed modum agendi cambialem ſaltem in judicio mercatorio impedit, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 26. lit. b. p. 767.* Nam, licet cambium præſcriptione illa privilegiata obliteratum, ita ut nequidem vim chirographi habeat, creditor tamen jus ſuum perſequi, illudque vel ex libris mercatoriis, vel juramenti delatione, vel teſtibus probare poteſt, pro re nata inſtituto vel ordinario, vel ſummario proceſſu, *Ludovic.* Einleit. zum Wechſel-*Proc. c. 11. §. 21.*

13. Interrumpitur præſcriptio per prolongationem, ſeu prorogationem, ſubſcriptis forte a debitore verbis: prolongiret biß Jubilate Meſſe, 1727. Nec hac prolongatione cambium mutui naturam recipit, ceu contra *Volckmannum* emendatum notat *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 24. p. 759.*

14. Nec minus interrumpitur præſcriptio per inſtitutam actionem, ut, ſi prævia debitoris citatione, creditor originale cambium producat, libellum actionis proponat, & cambialium recognitionem exigat,

 ema-

emanentis vero contumaciam accuset, *Barth. cl. l.* §. *24. & 25. p. 759. & 761.* Quod requiritur, etiamsi indultum moratorium consecutus sit creditor, *Küstner. disput. de menstr. & ann. praescript. lit. cambial.* §. *51.* add. *Barth. d.* §. *25. lit. a. p. 763.* dissentit *Ludovic. c. l.* §. *15.*

15. Sola citatio ad interrumpendam praescriptionem non sufficit, *Barth. d.* §. *25. p. 762.* dissentit *Ludovic. c. l.* §. *14.* Diversimode Scabinos pronunciasse Lipsienses, ipse testatur *Barth. c. l.* Nec sufficit protestatio, de jure suo cambiali contra debitorem conservando, juxta cum productione cambialium in judicio facta, *Barth. d.* §. *25. p. 760.* Nec protestum de non secuta solutione, *Ludovic. c. l.* §. *11. Küstner. d. disput.* §. *11.* dissentit Königke *in not. ad Ordin. Camb. Lips.* § *32. verb.* gehalten, *nec non verb.* es sey deßwegen *protest*irt oder nicht.

de

ALIIS EXCEPTIONIBUS, QUÆ CONTRA LITERAS CAMBIALES LOCUM HABENT, VEL NON.

1. Effectus literarum cambialium non tantum exceptione deficientium formalium, sed & aliis incontinenti liquidis, ut: compensationis, aut solutionis, elidi poterit, indistincte, sive ipse creditor eos adhuc habuerit, sive transportatae illae fuerint in alios, *Barth. hodeg. for. c. 4.* §. *21. p. 750. ibique lit. a. p. 751.* add. *Ludovic.* Einleit. zum Wechsel-*Proc. c. 11.* §. *1. seq. &* §. *31. seq.*

2. Ast in foro Electorali Saxonico propter *mandatum* (r) *de an. 1699.* exceptio solutionis non aliter contra

(r) Quod *Ord. Proc. Sax. Rec. sub N. XXVIII.* adjectum est.

contra indossatarium, seu cessionarium cambialem valet, quam si de illa ex ipsis literis cambialibus constet; neque etiam compensatio alia, quam quæ ex proprio cessionarii contractu nata est, attendi debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 108.* add. *Berger. El. Proc. Exec. th. 53. & E. D. F. tit. 11. obs. 6. not. 1. p. 402. nec non p. 2. Supplem. tit. 11. §. 23. p. 355.* Nisi indossatarius saltem sit mandatarius ad exigendam pecuniam, *Ludovic. c. l. §. 32. 35. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 130.*

3. Nec debitor, in processu cambiali condemnatus, pecuniam deinceps ab indossatario, per modum reconventionis, reposcere potest, quamvis pecunia non cedentis fuerit, sed cessionarii, idemque confiteatur, pecuniam cedenti exsolutam esse, modo literæ cambiales in personam ipsiusmet cedentis fuerint conceptæ, & tempore solutionis a cessionario detineantur, neque hic in dolo versetur, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 204.* Qui tamen plane contrarium statuit *p. 7. obs. 131.*

4. Non vero aliis exceptionibus *(s)* incontinenti

(s) Imo memoratum mandatum de an. 1699. in *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec. §. 15.* non solum ad *exceptionem pacti de non petendo*, sed & ad *omnes reliquas exceptiones*, quæ ex *facto* indossantis descendunt, extenditur, ita ut nec hæ exceptiones indossatario amplius ad sistendum rigorem cambialem a debitore indossato opponi possint, licet vel maxime in indossamento *Valutæ* mentio facta sit nulla. Interim vero si ejusmodi exceptiones sint prægnantes, & præprimis cambium super debito, ex lusu contracto, über eine Spiel-Schuld, datum, aut alia subsit simulatio, tam indossans, quam indossatarius, si scil. hic earum exceptionum notitiam habuerit, aut in dolo constitutus sit, debitori duplum, & quidem juxta rigo-

nenti liquidis, per memoratum mandatum, via præclusa est, *Wernher. sel. obs. for. p.3. obs. 5.*

5. Compensationi proxima est confusio, qua cambiales extinguuntur, puta: si, repetitis aliquot indossamentis, ad ipsum trassantem revertantur, quia idem tunc fit debitor & creditor, sibique adeo ipsi solvisse, liberatis simul indossantibus, intelligitur; Adeo ut, si a trassante denuo ulterius indossentur, indossamentum tale debitoris pro novo potius cambio habendum sit, *Barth. hodeg. for. c.4. §.21. ibique lit. b. & §.22. p.751. seq.*

6. Exceptio non acceptæ valutæ, seu non numeratæ pecuniæ contra literas cambiales locum non habet, *Carpz. lib. 2. R.92. Barth. hodeg. for. c.4. §.4. lit. r. p. 691. Wernher. sel. obs. for. p.2. obs. 403. & supplem. nov. ad eand. obs. Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 52. Berger. dec. 154.* (dissentit *Brunnem. ad l. 5. C. de non numer. pecun.*) nisi incontinenti probari possit, Leipzig. Wechsel-Ordn. §.13. *Stryck. de cautel. contract. sect. 3. c. 5. §.10. Berger. œcon. jur. lib.3. tit. 4. th. 4. not. 4. p. 631.*

7. Hanc controversiam Dn. *Ludovic.* in der Einleit. zum Wechsel-*Proc. c. 11. §. 26. seq.* componit hoc modo: aut expressio valutæ facta est, aut non; illo casu exceptio non numeratæ pecuniæ nuspiam locum invenit, vid. *Stryck. us. mod. tit. de rer. permut. §. 15.* hoc vero casu videndum est, num in ordinationibus cambialibus expressio valutæ tanquam requisitum essentiale exposcatur, aut non; illo quidem

---

rigorem cambii restituere tenetur, simulque arbitrarie puniri potest; quin imo debitor, si probabiles conjecturas adducit, ad *depositionem cambialis debiti* admittitur, vid. *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

dem casu, non vero hoc locus exceptioni non numeratæ pecuniæ relinquitur, add. *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 4. lit. r. p. 692.*

8. Exceptio divisionis contra literas cambiales, a pluribus in solidum subscriptas, locum non habet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 51. en. 34. Ludovic.* Einleit. zum Wechsel-*Proc. c. 10. §. 11.*

9. Ast hanc quidem exceptionem, juxta *Ordin. Camb. Lips. §. 13.* a cambiis exulare: cum vero illa tantum jus locale contineat, neque adhuc vim juris universalis acceperit, correis vero beneficium divisionis competat dispositione juris communis, eam regulam etiam causas cambiales (t) complecti, quamdiu aliud speciatim constitutum probari nequeat, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 372.* Hocque beneficium etiam in Lusatia Superiori locum in cambiis habere, monet *id. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 153.*

10. In cambiis quidem beneficium divisionis, non excussionis (u) admitti: in foro tamen magis receptam esse sententiam, in cambiis non magis exceptioni divisionis, quam excussionis locum dari, advertit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 4. not. 6. p. 607. seq.* add. *Ludovic. c. l. §. 10. 11.* Ex quo conficitur, fide-

(t) Plane hodie in Saxonia Electorali beneficium divisionis in cambiis, a pluribus subscriptis, locum non habet, etsi singuli in solidum se non obligaverint, aut beneficio divisionis non renunciaverint. Postea vero is, qui solutionem in solidum præstitit, idque in continenti probaverit, alterum ad restitutionem suæ ratæ, juxta *rigorem cambialem*, absque speciali cessione, cogere potest, vid. *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec. §. 13.*

(u) Confer. *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec. §. 18.*

fidejussorem etiam unius correi cambialis in solidum teneri, *Berger. c. l.*

11. Nec aliæ, in causis cambialibus, dilatoriæ exceptiones admittuntur, quam quæ substantialia processus respiciunt, *Ludovic.* Einleitung zum Wechsel *Proc. c. 10.* §. 2. Quo pertinent exceptiones: non communicati documenti, *Ludovic. c. l.* §. 3. confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 4.* §. 1. pag. 661. inepti libelli in eo casu, si quis ex cambialibus indossatis agat, & saltem recognitionem indossamenti, non insimul cambialium petat, cum tamen in indossamento summa haud sit expressa, *Ludovic. c. l.* §. 4. legitimationis sive personæ, sive ad causam, *Ludovic. c. l.* §. 5. incompetentiæ fori, nec non præventionis, *Ludovic. c. l.* §. 6. moratorii *Ludovic. c. l.* §. 8. 9.

12. Aliæ autem exceptiones dilatoriæ, quæ saltem ad accidentalia processus spectant, veluti; inepti libelli, termini angusti, feriarum humanarum, cautionis pro reconventione & expensis, & similia, non attenduntur, *Ludovic. c. l.* §. 2. Imo ne sacræ quidem feriæ, nisi in iis actibus, qui diebus sacris expediri nequeunt remoram faciunt, *Rivin. Spec. except. dilat. c. 15. n. 7. 8. Ludovic. c. l.* §. 7.

de FORO ET PROCESSV IN CAVSA CAMBIALI.

1. Quisque in competente foro suo (*x*) ex literis cambialibus, pro modo cambialis ibi recepti juris (*y*) convenitur: nullibi tamen celerius & rigorosius

(*x*) Confer. *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec.* §. 12.

(*y*) Hodie quisque magistratus, ubi debitor cambialis forum sortitur, etsi rescriptum arrestatorium impetratum non

sius quam in judicio Mercatorio Lipsiensi proceditur, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 9. lit. a. p. 723.*

2. Sic in Curia Provinciali Lipsiensi, transmissa cambialium copia, ad comparendum in termino, octo vel quatuordecim dierum, nisi periculum in mora sit, præfixo, & ad recognoscendum originalia citantur, comparentesque, facta recognitione, arresto personali detinentur: emanentibus vero, prævia contumaciæ accusatione absque interlocutoria, alius itidem tot dierum terminus sub comminatione, bey Vermeidung anderer Anordnung, præfigitur, & in contumacia perseverantes, mediante arrestatorio ad proximum illius loci Præfectum dato mandato, apprehenduntur, &, quousque solutio facta, in custodia detinentur, *Barth. c. l.*

3. Similiter quoque in Concilio Academico, promoti in scriptis, transmissa itidem literarum copia, ad proximam sessionem citantur, emanentesque, accusata eorum ab actoribus contumacia, ad sequentem denuo citantur, tandemque arrestantur; non promoti vero oretenus, per ministrum publicum, citari solent, *Barth. c. l.*

4. In Præfectura nobiles vel alii honoratiores in scriptis, non oretenus, communicata literarum copia, præsti-

non sit, absque prævia citatione, modo actor cambium, cujus dies venit, in originali producat, & ad id, ubi opus fuerit, se legitimaverit, debitori custodiam ponere, &, si nec cambium ipse diffitetur, nec exceptiones idoneas incontinenti deducit, eum, usque dum solvit, aut alia ratione creditori satisfecit, arresto personali, etiamsi contra id appellaverit, detinere potest, causam vero, interposita appellatione, ad superiorem, sine mora, referre tenetur, secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 12.*

præstituto termino, vocantur; alii autem oretenu saltim per nuncium seu apparitorem præfecturæ ju ratum, *Barth. c. l.*

5. In Consistoriis cambialis processus ad execu tionem personalem contra clericos institui potest, tum custodia tenentur, vicini interea temporis actu ministeriales, quos vocant, expedire debent, *Berge E. D. F. tit. 5. obs. 3. not. 1. p. 134.* Non tamen in ali quam ecclesiastico, judicio clerici ex cambialibu conveniri possunt, tametsi alibi speciatim solutione facere, vel se personaliter arrestari permittere velle promiserint, *Berger. Elect. Proc. Exec. §. 50. pag. 5* Plane contra Clericos processui cambiali in Saxoni Electorali non est locus, vid. *hic spec. rubric. de per sonis, quæ personaliter obligantur. th. 2.*

6. Lipsiæ, tam in judicio Mercatorio, quam Præ torio, verbalis sufficit citatio, nominato actore, & ex pressa causa cambiali, e. g. Er würde von N. wege eines schuldigen Wechsel-Brieffes, sive: Wegen e ner Wechsel-Schuld von 1000. Rthl. auff e. g. mo gen zu erscheinen, citiret, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. p. 661.*

7. Lipsiæ debitor cambialis, extra nundinaru tempus, non modo ad proximum ordinarium, sed et iam, si periculum in mora, aut actor vel reus peregri nus sit, ad quemcunque diem intermedium citari quin, nundinarum inprimis tempore, bis etiam i die, a nona in jus vocari, emanensque hora duodeci ma contumaciæ accusari, & ad comparendum a mer die altera vice, sub comminatione, realis citation bey Vermeidung anderer Anordnung, citari, denu que non comparens, prævia rursus illius, post aud tam vespertinam horam sextam, contumaciæ accus tion

tione, urgente actore, per ministros publicos apprehendi & in judicium deduci potest; nisi ex civilitate, si honestioris conditionis sit, eum tertia adhuc vice, sub severiori comminatione, bey endlicher Verwarnung, citari facere velit, *Barth. c. l.*

8. Non opus est, super recognitione a contumace facienda, decreto, multoque minus per interlocutoriam sententiam, sub pœna recogniti, eam debitori imponi, sed simpliciter saltem, accusata illius contumacia ad recognitionem & solutionem citari eum denuo petere actor debet, sub comminatione realis citationis, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 1. p. 662. Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 20.*

9. Caveat ergo actor, ne a reo recognitionem sub pœna recogniti petat; Quod si fecerit, pronunciatur quidem: Daß er den Wechsel-Brieff, sub pœna recogniti zu recognosciren schuldig; id tamen incommodi habet, ut spatium Saxonicum in subsequenti citatione, quo literæ cambiales pro recognitis judicari possint, reo sit indulgendum, *Rivin. c. l. Barth. c. l. lit. f. p. 666.*

10. Cum deinde reus, concesso spatio Saxonico, legitime citatus, iterum contumax fuerit, pronunciatur denique: daß die Wechsel-Brieffe nunmehro pro recognitis billig zu achten, derowegen Bekl. zur Zahlung derer darin Verschriebenen 1000. Rthl. samt dem interesse moræ und Unkosten, nach Wechsel-Recht anzuhalten. Quæ deinceps sententia, absque præcepto de solvendo, statim incarceratione debitoris executioni mandanda, *Rivin. c. l. en. 21. Barth. c. l.*

11. In causa cambiali, reus, negans scripturam, prælecta ei prius jurisjurandi formula, incontinenti,

& stante quasi pede, diffiteri cambiales, in judicio præprimis Lipsiensi Mercatorio, tenetur, *Barth. bodeg. for. c. 4. §. 1. p. 662.*

12. In causa cambiali reus in propria persona comparere tenetur, utut advocatum secum habere minime prohibeatur, *Barth. c. l.*

13. Ex literis cambialibus, Lipsiæ in ipsis nundinis, vel extra eas datis, &, e. g. proximis nundinis Lipsiensibus exsolvendis, sed non solutis, debitorem in loco domicilii, ubi cambia non usitata, cambiali jure Lipsiensi conveniri posse, & magistratum ibidem rigore illius procedere teneri; maxime, si in specie debitor se obstrinxerit daß er aller Orten, wo er belanget werden solte, nach dem Leipziger Wechsel-Rechte zu stehen, und Recht zu nehmen schuldig seyn wolte, tradit, *Barth. bodeg. for. c. 4. §. 14. p. 738.* ubi tamen monet Scabinos Lipsienses in contrarium inclinasse.

14. Debitorem cambialem, qui, eludendi arresti personalis causa, secessit eum in locum, ubi jus cambii usu non servatur, nihilo secius ibi valide cambialiter conveniri posse, docet *Berger. in E. D. F. tit. 5. obs. 3. not. 4. p. 137.*

15. Literas cambiales alibi ab exteris datas & acceptas, in exteris quoque locis exsolvendas, sed non solutas, licet illæ casu Lipsiam transferantur, ibique debitor, mercator, deprehensus in judicio mercatorio ex illis conveniatur, dijudicandas esse ex jure loci contractus & destinatæ solutionis opinantur *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. p. 1784. Barth. c. l. §. 15. p. 739.* Pro contraria tamen sententia sæpius respondisse Scabinos Lipsienses, testatur ipse *Barth. c. l.* add. *Berger. c. l. p. 1782.*

16. Creditor, qui metuit, ne debitor, literas cam-

cambiales jurato diffiteatur, processu ordinario uti haud prohibetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 360.*

17. Vid. loc. *carcer publicus. th. 14. 15. & 16.*

CARCER.

1. Ille, qui privatum carcerem exercet, incidit in crimen læsæ majestatis, itemque magistratus, qui non vindicat hoc delictum, *l. 1. C. de privat. carcer.* severiori tamen quam pœna carceris vel relegationis, aut mulcta pecuniaria non coërcetur, *Carpz. pract. crim. qu. 41. n. 125. seq. & qu. 111. n. 81. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 3. not. 6. p. 1199.*

2. Diuturnitas carceris mitigat pœnam, modo reus præter suam culpam in carcere diuturniori fuerit detentus, *Carpz. pract. crim. qu. 149. n. 43. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 159.*

CARCER PVBLICVS. Schuld-Thurm.

1. Debitorem, non solvendo existentem, in foro Saxonico, extra provincias tamen Electorales, etiamnum hodie ad manus creditoris tradi solere, asserunt *Carpz. p. 2. c. 22. d. 1. Martin. ad O.P.S. tit. 52. §. ult. n. 7. seq. Berger. E. D. F. tit. 52. obs. 2. not. 1. p. 1766.* In Electoratu autem Saxoniæ in carcerem *(a)* publicum debitor conjicitur, *Constit. Elect. Sax. 22. p. 2. ibique Carpz. d. 1.*

2. Ut locus sit carceri publico, hæc concurrere debent requisita: 1.) ut debitum sit verum & liquidum, *Carpz. p. 2. c. 22. d. 2. n. 13.* 2.) ut incarceratio

O 2 fiat

(a) Adhuc hodie, a quo tamen illi, qui citra suam culpam depauperati sunt, beneficio cessionis bonorum se liberare queunt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 52. §. 2.* Quomodo vero contra malitiosos decoctores & bancoruptores hodie in Saxonia procedatur, disponitur in *mandato regio,* quod *Ord. Proc. Sax. Rec.* adjectum est sub *No. XXIV.*

fiat a judice competente, eo scil. sub quo dom[ic]ilium habet, vel deprehenditur, *O. P. S. tit. 52. §.* S[o] verordnen Wir. *Carpz. d. c. d. 3.* 3.) ut præce[d]at excussio bonorum, *d. c. 22. ibique Carpz. d. 4.* t[a]m debitoris, quam fidejussoris, *Mœller. ad d. c. 2[2]. n. 6.* 4.) ut constet debitorem sua culpa ad paupe[r]tatem fuisse redactum: si enim absque culpa, (*b*) sol[o] fortunæ vitio, non solvendo factus fuerit, carcer[i] mancipandus non est, *Carpz. d. c. d. 5.* 5.) ut conste[t], creditores jura ac debita sua urgere, nec ullo pacto, ut de iis quicquam amittant, induci posse. *Carpzov. d. c. d. 6.*

3. Priusquam igitur carcer publicus decernitur, terminus præfigendus, atque audiendus est debitor, num media solutionis offerre, vel, datis fidejussoribus aut pignoribus cavere valeat. Quod si vero neutrum præstare, nec causas a carcere liberantes allegare possit, tunc demum decernitur carcer publicus, *Carpzov. d. c. 22. d. 7. Philipp. ad O. P. S. tit. 52. consid. 2. Rivin. ad O. P. S. tit. 52. en. 7. 8.*

4. Extra processum hic præscriptum ad condemnationem publici carceris perveniri potest, si debitor ob nomina jamjam incarceratus est, & ex actis manifesto constat, eum non esse solvendo, ita ut excussione non sit opus, *Rivin. c. l. en. 13.*

5. Quo facto, in carcere tamdiu detinendus est debitor, donec una cum sorte interesse quoque solverit, *d. c. 22. ibique Carpz. d. 8. & 9.* licet cautionem juratoriam præstare voluerit, vel etiam salvum conductum a principe obtinuerit, *Carpzov. d. c. d. 10. 14.*

6. Dimittendus tamen est debitor, si cautionem fidejussoriam vel pignoratitiam præstet, *Carpz. d. c. d. 15.*

(*b*) Vid. *hic th. 1. lit. a.*

d. 15. vel offerat nomina, etiam particulariter vel diſtinctis terminis ſolvenda, *Coler. p. 1. dec. 134. n. 41.* quod vero non aliter admittit *Carpz. d. c. 22. d. 16.* quam ſi nomina pro parata pecunia vendere, ac pretio inde redacto, creditoribus ſatisfacere queat; vel major creditorum pars conſentiat, quamvis ceteri, etiam hypothecarii, contradicant, *Berger. E. D. F. tit. 52. obſ. 1. not. 1. p. 1764. & p. 2. ſupplem. p, 1027, ſeq.*

7. Unus tamen e creditoribus cambialibus contradictione ſua impedire poteſt, quo minus debitoris arreſtum perſonale relaxetur, quamvis major pars in ejusdem conſenſerit relaxationem, *Berger. E. D. F. c. l. p. 1763. ſeq.*

8. Pœna publici carceris etiam contra debitorem extraneum, ſi quidem in Electoratu Saxonico contraxerit, ibidemque reperiatur, decernitur, *Carpzov. p. 2. c. 22. d. 26. Berger. E. D. F. tit. 52. obſ. 2. not. 3. p. 1768.*

9. E contra etiam forenſes & extranei adverſus incolas Provinciarum Saxonicarum ad incarcerationem agere poſſunt, modo literis reverſalibus caveant, eundem incarcerationis proceſſum incolis Electoratûs adverſus ſuos debitores non denegatum iri, *O. P. S. tit. 52. §. 7. ibique Philipp. conſid. 7. & Rivin. en. 16.*

10. Eo caſu, ſicubi debitor carceri publico per ſententiam addicitur, leuteratio & appellatio non admittuntur, *Berg. E. D. F. tit. 52. obſ. 2. not. 3. p. 1768.* Ei tamen deneganda non ſunt remedia nullitatis & defenſionis, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 25. §. 3. p. 1029.*

11. Contra ſententiam vero, qua quis a pœna carceris publici liberatur remediis illis ſuſpenſivis & devo-

devolutivis locus conceditur, *Berger. d. obs. 2. not. 3. p. 1768.* add. *Svendend. ad Fibig. p. 1035.*

12. Creditores suis sumtibus debitorem incarceratum alere debent, tam jure civili, *l. 34. de re judic. Martin. ad O. P. S. tit 52. §. 6. n. 1.* dissentiunt *Brunnem. ad d. l. 34. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 129. n. 2.* quam Saxonico communi, Weichbild. *art. 27. Hering. de fidejuss. c. 6. n. 255.*

13. Jure vero Saxonico Electorali debitor incarceratus ex eleemosynis transeuntium sustentari debet, *c. 22. p. 2. ibique Carpz. d. 22. O. P. S. tit. 52. §. 6.* imo adstringi potest, ut laboribus suis victum quærat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 52. en. 14.* in subsidium tamen alendus est à creditoribus, *Carpz. d. def. 22. n. 10.* Et si hoc non faciant, debitor arrestatus a judice dimittendus est, *Philipp. ad O. P. S. tit. 52. consid. 6. Rivin. ad O. P. S. tit. 52. en. 15.* add. *Wernher. d. obs. 129.* Cujusmodi expensas alimentationis vero creditor a debitore, si ad meliorem fortunam pervenerit, repetere potest, *Philipp. c. l.* Plane nullò modo creditores gravandi sunt onere alimentationis, juxta *mandatum de banqueruptoribus. §. 13.* quod *O. P. S. R. sub No. XXIV.* subjunctum est.

14. Creditor pro debitore incarcerato tenetur exsolvere pecuniam, quæ præfecto carcerum in singulos dies debetur, *Rivin. c. l. en. 15.*

15. In causis cambialibus creditor, ut debitorem incarceratum, qui se sustentare *(c)* nequit, alat, ne-

(c) Creditor cambialis sumtus, ad debitoris incarcerationem & alimenta, necessarios, una cum expensis in custodiam erogandis, Sitz-Gebühren, suppeditare, eoque nomine ab initio statim cavere tenetur: sumtus tamen hos postea

necesse habet, *Rivin. c. l. en. 2.* confer tamen *Wernher. c. l.* add. vero loc. *uxor. th. 16.*

16. Nobili ob literas cambiales incarcerato largiori modo suppeditantur alimenta, quam ignobili, *Rivin. c. l. en. 3. 4.*

17. Creditor cambialis, qui ad arrestum personale adversus debitorem agit, mercedem custodibus solvere haud tenetur; & ne tunc quidem, ubi debitor pauper est, prænumerationis onere gravandus est, sed in eum locum debitor deferri debet, ubi detineri, sine appositis custodibus, queat, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 129.*

18. Incarcerari non possunt pro debitis fœminæ, *nov. 134. c. 9. auth. hodie novo jure. C. de custod. reor. Carpz. p. 2. c. 22. d. 19. Rivin. ad O. P. S. tit. 52. en. 10.* nisi sint mercatrices, quæ quidem ob debitum cambiale, non tamen in causis & debitis mercatoriis non cambialibus, incarcerari possunt, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 3. lit. d. p. 673.* vel ad carceres sese obligaverint, vid, loc. *obligatio ad carcerem.*

19. Nec carceri publico mancipari possunt conjunctæ personæ, ut pater, mater, maritus, frater, &c. & omnes illi, qui beneficio competentiæ gaudent, *Berlich. p. 2. concl. 28. Carpz. p. 1. c. 30. d. 10. n. 1. & p. 2. c. 22. d. 18. 19.* modo intra metam suæ professionis manserint, *Carpz. d. def. 18.* item Pupilli minorennes, *Carpz. d. d. 19.* & heredes defuncti debitoris, secundum jus Saxonicum: nam jure civili id procedit, *Carpz. d. c. d. 20.*

20. Denique nec carceri publico locus est, ob

 debi-

postea juxta rigorem cambialem a debitore repetere potest, secundum *addit. ad Ord. Proc. Sax. Rec. §. 12.*

debitum modicum, *Carpz. p. 1. c. 30. d. 9.* & si cred
tor sciverit, debitorem esse obæratum ac non solve
do, & nihilominus cum eo contraxerit, *Gail. lib.*
obs. 23. n. 6. in fin. Carpz. p. 2. c. 22. d. 17. Berlich.
2. concl. 28. n. 45.

21. E contra incarcerari etiam possunt fideju
sores, *Constit. Elect. Sax. 22. p. 2. ibique Carpz. d.*
Berger. E. D. F. tit. 52. obs. 2. not. 1. p. 1768. & adv
cati, *Rivin. ad O. P. S. tit. 52. en. 12.*

22. Judex ad interesse tenetur, debitorem m
tu proprio incarcerans, *Carpz. d. c. 22. d. 6. n. 5.* v
contra voluntatem creditorum detinens, *Philipp.*
O. P. S. tit. 52. consid. 4.

CARNIFEX. CARNIFICINA.

1. Carnifices in civium numerum non esse r
cipiendos, imo nequidem incolas fieri posse, præj
diciis comprobat *Berger. E. D. F. tit. 36. obs. 1. p. 10*
& œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 13. not. 9. p. 69.

2. Ast illos non tantum potestatem immobil
prope urbem jacentia, sed & in ipsa civitate ædes s
comparandi, quin & jus civium consequendi habe
an. 1709. responderunt Scabini Lipsienses, te
Barth. hodeg. for. c. 6. §. 22. lit. c. p. 969.

3. Propter conversationem cum carnifice, ea
præsertim, quæ fit in publica solennitate, ut puta: n
ptiali aut funebri, aliquem de tribu, v. c. Sagittari
rum, von der Schützen-Gülde, repellendum hau
esse, respondit an. 1680. Facultas Wittebergensis
ste *Bergero p. 1. suppl. ad E. D. F. p. 339.* add. *Beier.*
boetho. c. 10. n. 634.

4. Nec ab opificio excludendus est ille, q
carnificis instrumenta tractavit vel custodivit; in
car

carnifex eum, qui infamem ipsum esse dixit, actione injuriarum convenire potest, *Horn. cl. 2. R. 47.*

5. Qui filiam carnificis in matrimonium ducit, levis notæ maculam haud incurrit, nec ab opificio excludendus est, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 107.* add. *Horn. cl. 2. R. 46.* confer. tamen *Carpz. pract. crim. qu. 137. n. 59. & Beier. de tyrone c. 6. n. 225.* ubi, quod filius carnificis in opificium recipiendus non sit.

6. Qui dicit, filiam carnificis, aut illum, qui eam in matrimonium duxit, levis notæ macula laborare, actione injuriarum conveniri potest, *Wernher. d. obs. 107. not. 3.*

7. Carnificis privignus, qui excoriatoribus in tenera ætate operam præstitit, & postea ad addiscendum opificium admissus est, pro levis notæ macula notato haberi nequit, atque adeo ab opificio excludendus non est, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. cent. 3. consil. 28. p. 1411.*

8. Jus habendi carnificinam, die Cavillerey-Gerechtigkeit, inter regalia minus referendum esse, notat *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. p. 342.*

9. Privilegia excoriatoria, die Cavillerey-Gerechtigkeiten, intelligenda sunt von verreckten Viehe, neque regulariter extendi possunt ad illum casum, wenn ein kranckes oder beschädigtes Vieh von jemand anders abgestochen wird, *Horn. cl. 2. R. 45.*

10. Add. loc. *liberi. th. 12.*

CASTIGATIO DOMESTICA.

1. Marito potestas uxorem castigandi non est adimenda, modo fines castigationis non excedat, eaque in sævitiam non degeneret, *l. 24. §. 5. solut. matrim. Carpz. pract. crimin. qu. 12. n. 50.* ob quam carcere, relegatione, imo quandoque fustigatione pro

arbitrio judicis puniri potest, *Carpz. c. l. n. 51.* In favorem tamen conjugii ejus remissionem vel mitigationem saltem impetrabit, si, vel præstita cautione, vel absque ea reconciliationem obtinuerit, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 221. n. 5.*

2. Jure patriæ potestatis prohibitum non est parentibus, filios immorigeros castigare verbis, verberibus ac carceribus, *l. un. C. de emendat. propinqu. Carpz. pract. crimin. qu. 100. n. 30.* Imo, hoc non sufficiente, potestas data est, filios immorigeros judici offerendi, dicturo sententiam, quam pater velit, *l. 3. C. de patr. potest.* quam quidem electionem hodie parentibus non competere sed judicis arbitrio committi qua pœna arbitraria filios immorigeros & protervos puniri velit, putant *Carpz. c. l. n. 35. Philipp. in us. pract. Instit. tit. de patr. potest. §. 6. n. 14. seq. Hopp. ad verba: civium Romanorum. §. 2. J. eod. tit. in us. hod.*

3. Moderata castigatio nec hodie in servos mercenarios deneganda est dominis, idque propter indolem domesticæ disciplinæ, cui per locationem tacite se subjiciunt servi, *arg. l. un. C. de emendat. propinqu.* At cavendum est, ne quis jure suo abutatur, & modum in castigando excedat: hic enim injuriarum a famulo recte convenietur. *Hopp. ad verba: licet sine causa. §. 2. J. de his, qui sui vel alien. jur. in us. hod. Leyser. medit. ad ff. specim. 14. th. 4.*

4. Omnia in servum mercenarium permittuntur domino, carcer privatus, verba & verbera etiam, dummodo a duobus caveat, 1) ne famam, 2) ne valetudinem servi lædat: cœteræ contumeliæ non prohibentur, *Leyser. c. l. add. Hopp. c. l.*

5. Fama lædi intelligitur, cum crimen, in quod leges

leges famæ amissionem constituerunt, objicitur. Itaque apud *Mev. ad jus Lubec. lib.3. tit.8. art.10. n.16.* injuriarum recte damnata fuit mater fam. quæ ancillam, cui nihil turpe objicere poterat, meretricem, eine Schand-Hure, vocarat, *Leyser. c. l.* Quamvis enim injuriosum non videatur, quod a Domino vel Hera correctionis causa factum præsumitur, *l.5. §. fin. ad L. Aquil.* hoc tamen, quatenus intra domesticæ disciplinæ terminos subsistit correctio, tantum procedit: non, si ultra illos facta, & probari possit animus injuriandi, *l. un. C. de emendat. propinqu. Hopp. c.l.*

6. Si quis valetudinem servi per verberum atrocitatem læserit, injuriarum quidem conveniri nequit, actione autem locati ad impendia læso restituenda, damnumque omne sarciendum tenetur, *l.13. §.4. loc. conduct. Leyser. c. l. in fin.*

7. Add. loc. *mercenarii.*

CASUS FORTUITUS.

1. Casus fortuitus in contractu regulariter non præstatur, sed dominum sequitur, *l.23. de R. I. l.9. C. de pignor. act. Hopp. ad §.2. I. de obligat. p.591. Berger. œcon. jur. lib.3. tit.8. th.3. p.745.*

2. Nisi 1) præstatio casuum fortuitorum pacto sit suscepta, *l.9. §.2. loc.cond. Hopp. c.l. Berger. c.l.* vel 2) præcesserit culpa, *l.11. §.1. loc. cond. l.5. §.4. & 7. commod.* nisi culpa non sit ordinata ad casum secutum, *Aretin. consil.146. n.8.* vel 3) accesserit mora, *l.23. de V. O. l.8. §.6. de precar. Mev. p.3. dec.412.* nisi res ex justa causa retineatur, aut ea apud alterum quoque fuisset peritura, *l. 14. §. 1. depos.* quod probabit allegans, vid. *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.8. th.3. not.2. p.746. Hopp. ad §. 2. I. de obligat. p.592.* vel 4) res venditionis, non taxationis gratia

æsti-

æstimatæ fuerint traditæ, *l.5. §.3. commod. Carpz. p. 2. c.37. d.16. & 17.*

3. Casum fortuitum in se suscipiens tenetur etiam de insolito, *l.78. §. ult. de contrab. emt. Carpz. p.2. c.26. d.8.* non vero de plane inusitato & insolitissimo, *Carpz. c.l. Gail. lib.2. obs.23. n.10.* nisi etiam de hoc expresse actum sit, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 420.* Quinam vero sint casus insolitissimi, judicis arbitrio determinandum, *l.1. §. fin. de jur. dot. Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib.2. cas.80. n.8. Hopp. c.l.*

4. Quoties dominus simul est debitor speciei, toties ejusdem interitu liberatur, *l.23. de V.O. Berger. c.l.*

5. Si damnum contingit ex facto patientis, v.c. incendium ex fœno madido, tunc non est mere casuale. Quando autem damnum contingit ex facto tertii, tunc respectu patientis est mere casuale, nisi patiens tertio causam dederit, v.c. inimicitiarum, *l.25. §.4. loc. cond. Hopp. c.l. p.590. Berger. d. tb.3. not.1. p.746.*

6. Inter casus fortuitos furtum & rapina refertur, modo custodientis culpa non præcesserit, *Carpz. p.2. c.26. d.15.* add. *Hopp. c.l. p.590.*

7. Casum sive interitum fortuitum vel amissionem rei casualem alleganti incumbit probatio, nec creditur assertioni juratæ, *Carpz. d.c. d.17.*

8. Cuinam vero incumbit probatio, si allegetur, casum culpa præcedente contigisse? Distinguendum est, an subsit negotium, in quo culpa levissima aut levis saltem præstetur; hoc quidem casu onus probandi semper injungitur illi, qui casum culpa contigisse contendit: eo vero casu iterum distinguendum est, an casus contingere soleat ex culpa, an sine culpa; priore casu, ut in furto, a reo probandum, casum

ſum contigiſſe absque culpa, quod haud raro committitur juramento rei; poſteriore vero, ut in incurſione hoſtium, probatio ei incumbit, qui culpa caſum contigiſſe, ait, *Carpz. d. c. d. 18. & 19.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. not. 7. p. 753. & tit. 8. th. 3. not. 3. p. 746.*

9. Plane absque diſcrimine culpam probandam eſſe ab eo, qui eam præceſſiſſe allegat, contendit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 214. n. 33. 34.*

CAUPO. CAUPONA.

1. Quodſi in caupona hoſpitibus damnum vel furtum factum ſit per perſonas domeſticas, ſive operæ, ſive inhabitationis cauſa, receptas, ad duplum reſtituendum tenetur caupo, *l. 6. §. 3. naut. caup. ſtab.* propter culpam in eo conſiſtentem, quod ſponte malorum hominum opera ſit uſus, *§. 3. J. de obligat. quæ quaſi ex delict. l. fin. pr. naut. caup. ſtab. Hopp. ad § 3. verb: quorum opera. J. de obligat. quæ quaſi ex delict. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 12. th. 5. not. 2. p. 851.* Et hoc adhuc hodie obtinet, ceu contra *Grœnwegum & Huberum* notat *Berger. in uſ. act. p. 104.*

2. Cum autem damnum datum, furtumve factum ſit per uxorem aut liberos cauponis, non ex quaſi delicto, in duplum, ſed ex quaſi contractu in ſimplum tenetur, cum uxor & liberi mali neceſſarium ſint malum, *l. fin. §. 4. naut. caup. ſtab. l. un. §. fin. furt. adverſ. naut. caup.* Idem juris eſt, ſi ab aliis hoſpitibus aut viatoribus furtum aut damnum factum eſt, neceſſitas enim incumbit cauponi, quoscunque peregrinos recipiendi, *l. 6. §. 3. l. ult. §. 2. naut. caup. ſtab. d. l. un. §. fin. furt. adv. naut. Mev. p. 3. dec. 63. n. 1. Hopp. c. l. Berger. c. l.*

3. Actio-

3. Actione de recepto ad simplicem rerum ablatarum & damni restitutionem tenetur caupo, a quocunque etiam furtum damnumve factum sit, *l.1. §.ult. l.2. l.3. pr. naut. caup. stab. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. not. 6. p. 732.* licet specialiter pro his rebus nulla merces solvatur, *l. 4. §. ult. eod. ibique Brunnem. n. 3.* vel ipsemet culpa vacare dicatur, *d. l. 1. §. 8. l. 3. naut. caup. stab.* modo non probet casum fatalem aut vim majorem, *d. l. 1. §. 1.* vid. omnino *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 321. Berger. c. l. not. 7.* ubi tamen monet, distinguendum esse, utrum casus regulariter accidat culpa, an sine culpa; priore casu probationem casu incumbere hospiti activo; posteriore autem hospitis passivi esse, culpam saltem levissimam hospitis activi probare.

4. Sed hanc *Bergeri* doctrinam rejicit, atque, in actione de recepto, actorem cauponis culpam, sive allegare, sive probare nunquam teneri, ideo, quod etiam fortuitum & citra culpam eveniens damnum caupo resarcire debeat, solo casu fatali excepto, defendit *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 322.* confer. vero quoque *Titius de jur. priv. lib. 10. c. 15. §. 8. seq.*

5. Si per incendium damnum datum sit, distinguitur, utrum incendium in caupona, an in vicini ædibus ortum sit; priore casu caupo tenetur, non autem posteriore, vid. *Sibilter. ex. 12. th. 22. seq.* ita tamen, ut etiam priore casu probatio culpæ, saltem levissimæ, imponenda sit actori, *Berger. c. l. p. 734.* quod negat *Wernher. d. obs. 322. n. 20. seq.*

6. Illationem autem rerum & damnum datum actor probare debet: de quo si certo constet, & tantum de quantitate dubitetur, aliquando pro ratione circumstantiarum eadem actoris, si non suspectæ sit fidei,

fidei, conſcientiæ & juramento committitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 323.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. not. 8. p. 734.*

7. Specialis rerum aſſignatio, aut quantitatis indicatio cauponi facta non deſideratur, *l. 1. §. ult. naut. caup. ſtab.* Sed ſufficit, ſi quidem ſciat aut ſcire poſſit vel debeat receptionem, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 4. p. 732.* add. *Hopp. ad §. 3. verba: in factum actio. J. de obligat. quæ quaſi ex delict.* Imo ne hoc quidem neceſſarium eſſe, ut caupo generaliter de illatione certior reddatur, contra *Leyſer. in jur. georg. lib. 3. c. 19. n. 50. ſeq.* notat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 320.* Nec refert, utrum res receptæ ſint ab ipſo caupone, an ab alio, modo huic poteſtas recipiendi conceſſa ſit, *d. l. 1. §. 2. & 5. Hopp. c. l. Berger. c. l.* add. *Wernher. ſuppl. nov. ad p. 8. obſ. 321.*

8. Exercitorem etiam, ex receptione ancillæ, ſurreptarum rerum nomine, obligari, reſpondit Facultas Wittebergenſis, teſte *Bergero in œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. not. 5. p. 732. & lib. 2. R. 48.* Plane eum, ex receptione filiæ, ſurreptarum rerum nomine, non teneri, niſi actor probaverit, reum filiæ poteſtatem recipiendi conceſſiſſe, Ordo Wittebergenſis etiam reſpondit, vid. *Wernher. prox. c. l.*

9. Ceſſant hæ actiones, ſi quidem exercitor ante receptionem proteſtatus ſit de non præſtando damno, & viatores in eo acquieverunt, *l. ult. pr. naut. caup. ſtab.* ſecus ſi poſt receptionem, *Bartol. ad d. l. fin.* niſi ſimul in hoc conſenſerit hoſpes, *Sichard. ad l. 1. C. de locat. n. 10. Hopp. ad §. 3. verba: in factum actio. J. de obligat. quæ quaſi ex delict.*

10. Exulant quoque hæ actiones, ſi culpa vectoris vel hoſpitis probetur, *arg. d. l. ult. pr. & §. 4.*

naut. caup. stab. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. §. 2. p. 731. & tit. 12. th. 5. not. 6. p. 853. Sola autem clavium ad cubiculum traditio non facit cessare has actiones, *Struv. ex. 8. th. 117. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. not. 10. p. 734. & tit. 12. th. 5. not. 6. p. 853. & lib. 2. R. 48.*

11. In civitatibus caupona a quovis erigi potest, nisi alicubi v. c. in Saxonia competat jus prohibendi: at in pagis vetita est cauponæ erectio sub pœna 100. aureorum, jure scil. Saxonico, *Ord. Provinc. de an. 1555. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 8. not. 2. p. 731.*

12. Cauponibus tamen, denen Erb-Kretzschmarn, ideo non competit jus prohibendi, quo minus alii in pagis jus hospitandi, & cerevisiam vendendi exerceant, nisi jus prohibendi peculiariter, vel præscriptione, vel privilegio, adepti sunt, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 276.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 26.* Quamvis antea JCtis Wittebergensibus aliud visum esse, videre liceat ex *Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 5. §. 93. & 94.*

13. Mulcta in eos statuta, qui jus vendendi cerevisiam noviter usurpant, non civitatibus, sed soli fisco competit, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 21. & in supplem. nov. ad eand. obs.*

14. Privilegium erigendæ cauponæ alicui concessum non obstat, quo minus princeps & aliis simile privilegium indulgere possit, *Berger. œcon. jur. in addit. ad lib. 1. tit. 2. th. 2. p. 1212.*

15. Jus prohibendi erectionem novarum cauponarum, alicui in civitate datum, non pertinet ad eas cauponas, quæ extra civitatem, quantumvis proxime ad pomœria, constituantur, *Berger. œcon. jur. c. l. th. 3. p. 1213.*

16. Jus

16. Jus cauponam habendi includit jus diversorii, *Wernher. sel. obs. for. p.3. obs. 195.*

17. Cauponi competit jus retentionis, sive aresti, ratione rerum illatarum, adversus hospitem passivum; imo alicubi ex consuetudine permittitur, ut vestes, pileos, aut aliud quid simile detrahere iisdem, &, ad solutionem usque, retinere possit, *Carpz. p.2. c.25. d.22. n.6. Berger. œcon. jur. lib.3. tit.6. th.8. not.9. p.734.*

CAUSA ADÆQUATA.

1. Quando causa adæquata, in conventione expressa, cessat, hæc omnem obligandi vim amittit, *Wernher. sel. obs. for. p.10. obs.279.*

CAUSA CIVILIS. CRIMINALIS.

1. Causa criminalis, si cum causa civili concurrat, prius de illa cognosci debet, *l. ult. C. de ordin. judic. l.20. l.22. pr. C. ad l. Corn. de fals.* Unde oritur exceptio præjudicialis seu præjudicii, *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.1. n.140.*

2. Hinc si in causa civili, v. g. indicia falsi emergant, inquisitio ante omnia instituenda, finiendaque est, suspensa interim causa civili, cum hæc a decisione quæstionis falsi dependeat, *Dec. Elect. Sax. nov.88. ibique Philipp. obs.1. n.19. seq. Wernher. c. l. n.139.*

3. Aliud dicendum, si creditor ex instrumento guarentigiato executive experiatur, & reus exceptionem usurariæ pravitatis, quæ altioris indaginis est, objiciat: tunc enim inquisitio causam civilem haud suspendit, cum una ab altera, ejusdemque decisione, nequaquam dependeat, *Wernher. sel. obs. for. p.7. obs. 177.*

CAUSA DEBENDI.

Vid. loc. *arresti renovatio. th. 9.* loc. *confessio. th. 19.* loc. *instrumentum guarentigionatum.*

CAUSA FINALIS.

1. Cessante causa finali alicujus contractus, pacti, aut alius dispositionis, cessat etiam ipsa dispositio, pactum aut contractus, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 279.*

CAUSA IMPULSIVA.

1. Cessante causa impulsiva non continuo cessat effectus, *l. 1. §. 5. de postul. l. 25. C. de jur. dot. Tiraquell. in tr. cessante causa. n. 1. limit. 2.*

CAUSA ORDINARIA. (a)

1. Causa ordinaria summariter, invito reo, tractari nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 15.*

2. Attamen per rescriptum principis causa ordinaria in summariam commutari potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 190.*

CAUSA PRÆJUDICIALIS.

1. Illa vocatur, a cujus decisione altera causa pendet; ut itaque hæc non prius, quam illa finita sit, definiri queat, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 177. n. 1.*

2. Causa minor non facit præjudicium majori: major enim quæstio minorem ad se trahit, *l. 54. de judic.* quia ex majoris causæ decisione intelligitur, quid de minore sit statuendum, *Perez. ad tit. C. de ordin. judic. n. 1.*

3. Causa autem majoris præjudicii facit differri judicium minoris momenti, *l. ult. C. de Ordin. judic. ibique Brunnem.*

CAUSA-

(a) differentia inter causam ordinariam & summariam sublata est per *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 1.*

CAUSARUM AVOCATIO.

Vid. loc. *avocatio causarum.*

CAUSARUM CONTINENTIA.

Vid. loc. *continentia causarum.*

CAUTIO.

1. Cautione opus haud est, quando suppetunt bona, in quæ executio fieri possit, cum sic superflua sit illa, qua nemo onerandus, *l. 14. in fin. ut legat. nom. cav. Cujac. ad l. 29. fam. ercisc.*

2. Itaque cavere non tenetur, cujus bona adversarius, quæ ad ipsius securitatem sufficiunt, possidet, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 485.*

3. Quoties de re incerta & indefinita cavendum, fidejussoria desideratur, *l. 7. de stipul. prætor. Struv. ex. 5. th. 21. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 9. not. 3. p. 186.*

4. Quoties cautio requiritur idonea, toties fidejussoria aut pignoratitia præstanda est, *arg. l. 59. §. ult. mandat. Berger. c. l. not. 2.*

5. Cautio juratoria subsidiaria saltem est, ad quam, exceptis illustribus aut spectabilibus, nemo ordinarie admittitur, *l. 17. pr. C. de dignit.* vid. *Franzk. ad ff. tit. qui satisd. cog. n. fin.* nisi quis fidejussores reperire, vel pignoribus cavere nequeat, *nov. 112. c. 2. & auth. generaliter. C. de episc. & cleric.* modo tamen 1) probatæ sit existimationis & fidei, *Mynsinger. cent. 2. obs. 11.* quamvis hoc in actore, quantum ad cautionem de lite prosequenda, non attendatur, *Mev. p. 9. dec. 94. Brunnem. in proc. civ. c. 8. n. 14.* & 2) de fuga, perjurio aut dilapidatione non sit suspectus, *Carpz. p. 1. c. 5. d. 9. Hopp. ad rubric. tit. de satisdat. Stryck. in annot. ad Lauterb. tit. qui satisd. cog.*

6. Jure civili quis jurat se fidejussores vel pignora reperire non posse, *auth. generaliter. C. de episcop. & cleric. Hopp. c. l.* quamvis jure Saxonico hoc tantum de credulitate juratur, *O P. S. tit. 13.* §. Da aber. *Carpz. lib. 2. R. 81. n. 5. 6. Eckold. ad ff. tit. qui satisd. cog.*

7. Duplex igitur jusjurandum sic præstari solet; alterum paupertatis, quo quis se legitimat, ut ad cautionem juratoriam admittatur; alterum ipsiusmet cautionis, *Berger. Resolut. Lauterb. d. tit. & œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 9. not. 5. p. 187.* add. *Horn. cl. 15. R. 93. p. 1184.* ubi formula jurandi.

8. Quotiescunque in jure de cautione simpliciter præstanda mentio fit, toties nude tantum promissoria sufficit, *l. 3. C. de V. & R. S. Wernher. in Supplem. nov. ad p. 7. obs. 85. n. 160.* Neque interest, utrum cautio lege imperetur, an per sententiam dictetur, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 4. p. 186.*

9. Idoneitas cautionis non tantum ex facultatibus, sed & ex conveniendi facilitate æstimatur, *l. 2. pr. l. 7. qui satisd. cog. Horn. cl. 16. R. 13. p. 1250. b.*

10. Res difficulter mobiles, in puncto cautionis, habentur pro immobilibus, ut: res pretiosæ, it. bibliothecæ, *Carpz. p. 1. c. 5. d. 19. Mev. ad jus Lubec. p. 3. art. 5. tit. 5. Lyncker ad ff. tit. de divis. rer.* §. 3.

11. Cui illimitatum, de bonis inter vivos disponendi, concessum est arbitrium, & si, quoad dispositionem mortis causa, illud restrictum sit, cautionem præstare haud tenetur, quia hoc casu quis pro lubitu bona consumere potest, *Wernher. sel. obs. p. 8. obs. 448.*

12. Cautio sub hypotheca bonorum non sufficit, ubi bona in dubio, aut sub lite sunt: paria enim

sunt,

ſunt, non cavere, & non idonee, *l. 6. qui ſatisd. cog. Barboſ. theſaur. loc. comm. lib. 3. c. 24. n. 17.*

13. Ubi quis ſemel cautionem præſtitit, non temere in carcerem conjiciendus eſt, *Carpz. pract. crim. qu. 112. n. 71.*

CAUTIO DE DAMNO INFECTO.

1. Hæc cautio regulariter per nudam promiſſionem, *l. 7. de damn. infect.* antegreſſa imploratione officii judicis, præſtanda a dominis rerum vitioſarum ad conſequendam indemnitatem, *d. l. 7. §. 1. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 3. not. 9. p. 870.*

2. Quod ſi quis cavere nolit, fit immiſſio in rem vitioſam, ex primo & ſecundo decreto, ad effectum pignoris prætorii & poſſeſſionis civilis, *l. 15. §. 11. ſeq. eod.* &, damno dato, agendi, ac ſi cautio præſtita fuiſſet, *d. l. 15. §. fin.* Id quod in Saxonia ceſſat, ſubſtitutis mandatis arctioribus, Straff-Gebothe, *Berger. c. l.*

3. Hanc cautionem petens præſtare tenetur juramentum calumniæ, *l. 13. §. 3. eod.* Sed hoc ipſo judicis arbitrium non eſt excluſum, quo minus, circumſtantiis ita ſuadentibus, hoc juramento opus haud eſſe, decernat, v. g. ſi liquido appareat damnum, quod alteri ex alterius re imminet, *Stryck. annot. ad Lauterb. hoc tit. verb. calumnia. VVernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 69.*

CAUTIO DE LITE PROSEQUENDA.

Vid. loc. *cautio. th. 5.* loc. *contumacia. th. 1. 2. 3. 4. 5. 8.*

CAUTIO DE NON AMPLIUS OFFENDENDO.

1. In cauſis injuriarum plerumque peti ſimul ab injuriato ſolet, ut injurians adigatur, ad præſtandum cautionem de non amplius offendendo, eo caſu,

quo injuriatus ob minas injuriantis metuit damnum, *Ord. crim. art. 176.* quæ præſtatur per fidejuſſores vel pignora; interdum ſufficit juratoria cautio, *Carpz. pract. crim. qu. 37. n. 81. Berger. œcon. jur. p. 797.*

CAUTIO DE NON AMPLIUS TURBANDO.

1. Si in libello & ſententia hæc cautio omiſſa, adhuc in executione peti poteſt; atque a victo præſtari debet: quia ſententia, ſi citra hanc foret, facile eludi poſſe videtur, *Gail. lib. 1. obſ. 116. VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 290. n. 4.*

2. Cautio de non amplius turbando, etiam non petita, a judice ſuppleri poteſt, *l. 12. ſi ſervit. vindic. Carpz. lib. 1. R. 69. n. 18. & R. 70. n. 2. & 11. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 63. lit. d p. 297.*

3. Cautio hæc nuda fit promiſſione, *Carpz. d. R. 69.* & quandoque ad certam usque ſummam extenditur, *Barth. c. l.*

4. Cautionem de non amplius turbando Syndicus, ſpeciali mandato inſtructus, nomine univerſitatis, recte præſtat, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 364.*

CAUTIO JUDICATUM SOLVI.

1. In utraque cautione, judicio ſiſti, & judicatum ſolvi exceptio ordinis exulat, *A. Fab. in Cod. tit. de fidejuſſ. def. 8. Mev. p. 1. dec. 229. VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 29. n. 7.* ita quidem, ut ſtatim executio adverſus fidejuſſorem decerni poſſit, modo de fidejusſione liqueat incontinenti, *Mev. p. 8. dec. 388. Svendend. ad Fibig. p. 94. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 26. not. 9. p. 1026. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 11. §. 24. p. 374.* confer. tamen *Carpz. pract. crim. qu. 112.*

qu.112. n.126.seq. Horn. cl.12. R.112. p.956. Berger. E. D.F. tit.39. obs.1. not.2. p.1069.seq.

2. Fidejussor de solvendo judicato simpliciter tenetur ad solvendam judici mulctam, quamvis debitor principalis alternative, in pœnam carceris, aut mulctam, fuerit condemnatus, *Berger. c. l. & p.2. Supplem. ad E.D.F. p.374.seq.*

3. Cautio de judicato solvendo etiam ad expensas, per sententiam adjudicatas, pertinet, *VVernber. sel. obs. for. p.10. obs.259.*

CAUTIO JUDICIO SISTI.

1. Per τὸ sisti non intelligitur propria fidejussoris apprehensio & actualis sistentia rei, sed occasio, judici ad apprehendendum reum subministrata, sufficit, *Barth. hodeg. for. c.6. §.8. lit.a. p.887.*

2. Vades tamen non excusantur, si judici saltem indicent, ubi locorum in alio territorio reus degat, nisi & copia illius haberi possit, *Barth. c.l.*

3. Qui cavit pro reo, judicio sisti, citationem recipere, eamque huic insinuare haud tenetur, nisi cavens ad recipiendas citationes se expresse obligaverit: alias vero, ut cautio committatur, reum legitime per judicem citatum esse oportet, qui, si reus latitet, eum edictaliter citare potest, *VVernber. sel. obs. for. p.1. obs.344. & in supplem. ad eand. obs.*

4. Plane injungi posse fidejussori, ut reum sistat: eoque non facto, antegressa sententia comminatoria, cautionem committi, ita, ut summa, ea cautione contenta, actori adjudicetur, cum *Svendend. ad Fibig. p.141.* tradit *Berger. E. D. F. tit.4. obs. 2. not.4. p.71.*

5. Cautio de judicio sisti ulterius se non extendit, quam ut reus sistatur, licet postea ob ejus in-

 opiam

opiam actori satisfieri nequeat, *Horn. cl. 12. R. 37. p. 838. a.*

6. Qui reum judicio sisti promisit, post terminum executionis ulterius non tenetur, *Horn. c. l. p. 838. b.*

7. Fidejussor non liberatur statim a præstita cautione, si reus ob alium delictum in vincula iterum conjicitur, dum nondum constet, utrum reus, ob delictum in præsenti commissum, diutius in custodia asservari, atque adeo judex, intuitu delicti jam antea commissi, de ipsius persona securus esse possit, *Hering. de fidejuss. c. 20. §. 9. n. 29.*

8. Liberatur tamen fidejussor, si causa, in qua fidejussit pro reo, lata definitiva sententia, ad finem perducta fuerit, & delinquens custodia adhuc asservetur, *Hilliger. in Donell. lib. 23. c. 9. lit. d. Brunnem. ad l. 8. de fidejuss.*

9. Etiam testis de fuga suspectus cautione judicio sisti onerari potest, *Horn. cl. 15. R. 59. p. 1150. b.*

10. Cavens, cum se aliumve judicio non stitit, convenitur condictione certi, siquidem certa pœna est adjecta: alioquin actione ex stipulatu, hodie condictione ex moribus, ad id quod interest, *l. ult. si quis in jus voc. non ierit.* Huc facit *t. t. si quis cautionibus, in judicio sistendi causa factis, non obtemperaverit*, nisi demonstrentur legitima impedimenta, etiam per jusjurandum, *Carpz. p. 1. c. 9. d. 10. seq.* Renunciatio tamen impedimentorum valet specialis, non generalis *l. 4. §. 4. si quis caut. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 20. th. 2 not. 7.*

11. Præstita in genere de sistendo cautione, a fidejussore nil, quam Wehrgeldum, exigi potest, si non sistat delinquentem, *Carpz. pract. crim. qu. 112. n. 96.*

Barth.

Barth. hodeg. for. c. 9. §. 8. lit. a. p. 888. Horn. cl. 15. R. 12. p. 1042. b.

CAUTIO PRO RECONVENTIONE ET EXPENSIS.

Vid. loc. *Satisdatio pro reconventione & expensis.*

CAUTIO RATI.

1. Cautio de rato præstari potest per procuratorem, modo is speciali instructus sit mandato, *Carpz. proc. tit. 5. art. 6. n. 5.*

2. Satis haud est, cautionem (a) rati, sub obligatione bonorum, in scriptis tantum promitti, eandemque actis inseri: sed stipulata manu, sub hypotheca bonorum, judicialiter præstari, & desuper registratura ab actuario fieri debet, *Ziegler. ad O. P. S. tit. 7. verb.* Würcklich bestellen. *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 354.*

3. Ut vero immobilium oppignoratio magistratus autoritate fiat, non requiritur, & usus fori haudquaquam exigit, *Wernher. c. l.* add. tamen *Berger. E. D. F. tit. 7. obs. 1. not. 7. p. 235. seq.* dissentiunt *Carpz. c. l. n. 7. seq. Philipp. ad O. P. S. tit. 7. consid. 8.*

4. Integrum tamen est adversario, inquirere in conditionem bonorum caventis immobilium, eamque, instituta quantitatis, de qua lis est, comparatione, disputare, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 8. p. 966.*

P 5 5. Qui

(a) Quomodo cautio rati sit præstanda, definitur *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 3.* ibi: so wohl hierüber jedesmahl, zugleich mit Bürgen oder Pfänden, diejenigen aber, welche mit Immobilien in unsern Landen angesessen, vermittelst Angelöbniß, nach Befindung derer Umstände und Ermessung des Richters, auf 10. 20. 30. oder mehr Thaler Caution zu bestellen pflichtig.

5. Qui cum cautione rati pro aliis negotia judicialia expedire intendunt, possessionati esse debent, *Berger. E. D. F. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 12. Horn. cl. 16. sent. 14. p. 1253. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 118.* conf. *Carpz. proc. tit. 5. art. 6. n. 7. & Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 354.* ubi ad cautionem rati fidejussores vel pignora requirunt.

6. Inde nequidem maritus, nisi doceat, se immobilia possidere, pro uxore sine legitimatione comparere potest, *Rivin. c. l. Horn. cl. 12. sent. 75. p. 891. b.* Nec frater pro fratre, *Rivin. c. l.* Imo nequidem filius pro patre possessionato, *Rivin. c. l.*

7. Is, pro quo alter de rato cavit, si gesta ratihabere nolit, ipso jure tutus est, neque restitutione in integrum opus habet, *Rivin. c. l. en. 17. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 147. n. 12.*

8. Quis igitur cautionis de rato est effectus? Alii, *(b)* sub hac cautione de rato alteram, scil. judicatum solvi, implicite contineri volunt, *Carpz. proc. tit. 5. art. 2. n. 44. Svendend. ad Fibig. p. 260. Schilter. ex. 10. th. 60.*

9. Alii nullum alium effectum cautioni de rato tribuunt, quam quod is, qui cavit operam dare, omnique contentione eniti debeat, ut alter ea, quæ pro ipso gesta sunt, ratihabeat: quem si eo, ut gesta approbet, adducere nequeat, ipsum obligationi per cautionem contractæ satisfecisse, neque amplius aliquid jure ab ipso

(*b*) Quæstio hæc decisa est in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7.* §. 3. ibi enim dispositum, quod, si ille, pro quo quis sub cautione rati comparuit, ejus gesta ratihabere nolit præstita cautio, loco interesse, parti adversæ sit adjudicanda, & cavens simul in restitutionem expensarum condemnandus.

ipso exigi, tradunt *Brunnem. ad l. 1. C. de procurat. Lauterb. dissert. de caut. rat. th. 40.*

10. Alii denique ajunt, quod is, qui de rato cavit, in casum non secutæ ratihabitionis, ad interesse, adeoque in quantum is, pro quo ab ipso cautum est, solvendo existit, teneatur, *Rivin. O. P. S. tit. 7. en. 16. 17. Ziegler. ad O. P. S. tit. 7. verb. in consortibus ejusdem litis. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 2. not. 10. p. 966. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 147. n. 6. seq.*

11. Supponendum tamen est, actum ejus generis esse, qui cautionem rati admittat, nec speciale mandatum desideret: alias nequidem regressus adversus caventem ad id, quod interest, præstandum, locum habere potest, veluti in transactione, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 359.*

CEDENDARVM ACTIONVM BENEFICIVM.

Vid. loc. *beneficium cedendarum actionum.*

CENSITICA BONA.

Vid. loc. Zinß-Güter.

CENSVS ANNVI.

Vid. loc. ANNVI CENSVS.

CEREVISIARIVM JVS.

1. Jus cerevisiarium, cum ad regalia pertineat, vid. *Ord. Prov. Sax. de an. 1482. verb.* das Fürstliche Wesen betrifft. a privatis non aliter, quam ex principis concessione, sive expressa, sive tacita, quæ ex immemoriali præscriptione colligitur, exerceri potest, *Berger. dec. 26. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 29.*

2. Jus coquendi cerevisiam ad proprium & familiæ usum certis solum personis privilegiariis, ut: consiliariis, nobilibus, clericis confirmatis & professoribus, & quidem sine onere steuræ cerevisiariæ, der Bier-

Bier-Steuer, nec non denique illis, qui ab Electore Saxone in metrocomiis, in denen Aemptern, vel justitiæ vel œconomiæ administrandæ præfecti sunt, sed cum eo onere, conceditur, *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Justitien*-Sachen, *§. 119. & 121. Berger. proc. possess. §. 12.*

3. Sicuti vero familia non nisi eos comprehendit, qui in ædibus ac servitio privilegiati constituti sunt, ejusdemque victu utuntur: Sic quoque vis hujus privilegii non extenditur ad opifices, aliosque operarios, quibus utuntur istæ privilegiatæ personæ, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 186. & p. 8. obs. 279.*

4. Civitates prohibere non possunt, quo minus quis cerevisiam, in prædio suo coctam, in urbe, ubi habitat, cum sua familia consumat, *Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 12. §. 11. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 382.* confer. Erledig. der Landes-Gebr. *de an. 1661. tit.* Von *Justitien*-Sachen. *§. 126. circ. fin.*

5. Jus coquendi cerevisiam ad vendendum competit solum civitatibus, & privatis illis, qui per investituram hoc jus consecuti sunt, aut tempore immemoriali idem exercuerunt, atque hi vulgo audiunt die Erb-Kretzschmare, *Ord. Prov. Sax. de an. 1482. §.* des Mältzens und Brauens *vers.* darum ordnen 2c. *& de an. 1555. tit.* Brauen, Schencken, *Resolut. Grav. de an. 1612. tit.* von *Justitien*-Sachen, *§. 26. Berger. proc. possess. §. 12.*

6. Dominus itaque jurisdictionalis jus coquendi & vendendi cerevisiam regulariter nemini concedere potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 434.*

7. Civitates possunt vendere cerevisiam, non solum Kannen-Weise, sed etiam Vaß-Viertel-Tonnen-Weise: privati vero, die Erb-Kretzschmare, in tantum,

tantum, in quantum exercuerint; neque enim, qui ſolum Kannen-Weiſe, illud jus exercuerunt, poſſunt eodem Faß-Viertel-Tonnen-Weiſe uti, *Berger. proc. poſſeſſ.* §. 12.

8. Civitates non tantum habent jus vendendi, ſed quoque cogendi & prohibendi; nihilque intereſt, civitates magnæ ſint, an exiguæ: quod tamen ſecus eſt in Luſatia Superiore, ubi jus prohibendi pariter ac cogendi competit tantummodo civitatibus comitialibus, denen Sechs-Städten, non item mediatis, quamvis aliter reſponderunt Collegia Facultatum, cum Wittebergenſis tum Hallenſis, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 11. not. 2. p. 62. & proc. poſſeſſ. §. 12. ſeq. nec non p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 10. p. 478.*

9. Aſt nobiles, & privati illi, qui dicuntur die Erb-Kretzſchmare, jus neque cogendi, neque prohibendi habent niſi idem jus ſpeciatim vel privilegio, vel præſcriptione immemoriali acquiſiverint, vel eo nomine onera ſubeant, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 26. Horn. cl. 2. R. 38. Berger. dec. 23. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 491.* Jus enim braxandi per ſe non infert jus prohibendi, quo minus & alii eodem jure utantur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 359.*

10. Jus cogendi intra terminos milliaris ſeſe continet: jus autem prohibendi reſtrictum haud eſt, ſed generatim competit, *Berger. proc. poſſeſſ. §. 13. & œcon. jur. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 222. & in Supplem. nov. ad eand. obſ.* Plane jus prohibendi non aliter competere oppidis quam intra milliare, docet *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 36.*

11. Dimenſio hujus milliaris incipienda eſt, non a porta urbis, ſed a fine ſuburbiorum, aut ab extremis urbici territorii limitibus, von denen äuſſerſten

Flor-

Flor-Zäunen; & fieri debet, non secundam lineam rectam, nach der geraden Linie, nec in diverticulo, nach den Schleiff-Wegen, sed in via regia, nach der Land-Strasse, oder gemeinen Strasse, usque ad aream coquinæ cerevisiariæ, bis an den Platz, darauff das Brau-Hauß erbauet werden soll, *Berger. proc. possess. §. 13. & Supplem. p. 18. seq.*

12. Milliare 1500. virgas, & quælibet virga 15. pedes complecti debet, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 201. Berger. dec. 21. & 22.* add. *Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 43. §. 9. Berger. in supplem. ad proc. possess. p. 19.* add. loc. *milliare th. 1.*

13. Jus prohibendi capiendum est de effectu commercii, atque adeo von Verzapffen und Verkauffen: contra vero ad sui & familiæ usum concessa est facultas, decoctam in provinciis Saxonicis cerevisiam, einheimisch und versteuertes Bier, coëmendi: hocque amplius inde evincitur, quod nobiles, aliæque privilegiariæ personæ eo utantur jure, ut extraneam cerevisiam, Fremdes und ausländisches Bier, ad eundem usum sibi comparare valeant, *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Justitien-Sachen. §. 123. Berger. proc. possess. §. 13.*

14. Jus cogendi tamen extendendum esse auf das Hochzeit-Kind-Tauff-Ehe-Verlöbniß-Kirch-Rechnungen-Bier, gemeine und andere Gelacken, respondet Facultas Wittebergensis teste *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 11. not. 2. p. 62.*

15. Jus erigendæ & exercendæ cauponæ, alicui ab universitate venditum, non obstat, quo minus membra ejus cerevisiam in mensura majori, Väßgen-Viertel-oder Tonnen-Weise, vendere queant, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 313.*

16. Jus

16. Jus vendendi cerevisiam non potest de loco ad locum transferri, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 29. Carpz. p. 2. c. 41. d. 15.* vel duplici in loco exerceri, *Horn. cl. 2. R. 16.* nec jus coquendi, *Berger. dec. 24.* ideoque nec jura coquendi & vendendi cerevisiam, quæ nobilis in diversis locis habet, in uno loco conjungi possunt, *Berger. dec. 28.*

17. Jus prohibendi, quo minus alii in certo loco cerevisiam vendant, & cauponariam exerceant, indefinite competens, durat, etsi numerus inhabitantium auctus fuerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 233.*

18. Civitates, irrequisito magistratu loci, cerevisiam illicite coëmtam & advectam, fremd eingelegtes Bier, possessoribus auferre non possunt: alias illicite agunt, & repelli possunt, *Horn. cl. 2. R. 25.*

19. Liberi, ædium paternarum possessores, cerevisiam coquere possunt, etiamsi ipsimet in numerum civium recepti non sint, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 6.*

20. Jus coquendi cerevisiam solo non usu amittitur, cum occasio eodem utendi adfuerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 108. Berger. proc. possess. th. 18. p. 104. in fin.* dissentit *Lyncker. annot. ad Struv. tit. de usuc. th. 22.* add. *Horn. cl. 12. sent. 50.*

CESSIO ACTIONIS, NOMINIS ET JURIS.

1. Cessio nominis, inscio, imo invito, & contradicente debitore, fieri potest, *Stryck. de cautel. contract. sect. 4. c. 2. §. 5.*

2. Regulariter, & quotiescunque neque lex, neque pactum obstat, omne jus, ex conventione quæsitum, per cessionem in alium transferri potest, *l. ult. C. de hered. vend. Carpz. p. 2. c. 32. d. 20. n. 6.*

3. Non potest fieri cessio potentiori, sub jactura debiti, *l. 2. C. ne lic. potent.* absque distinctione, sive sit

ſit ratione officii, ſive divitiarum, talis, ceu contra *Menoch. lib. 3. præſ. 129. n. 27. & Brunnem. ad d. l. 2.* notat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 283. & p. 3. obſ. 209.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 2. p. 642.* niſi ceſſio fuerit neceſſaria, ſcilicet, ut ſe liberet cedens a debito, quo potentiori obſtrictus, vel ex alia cauſa honeſta debitum in potentiorem translatum, *Brunnem. c. l. Stryck. c. l.*

4. Nec fieri poteſt ceſſio tutori & curatori contra pupillum & minorem, *nov. 72. c. 5. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 377. Rivin. ad O. P. S. tit. 9. en. 8.* Uxori tutoris tamen fieri ceſſionem poſſe, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 473.*

5. Deinde nec adminiſtratori fiſci contra fiſcum nomen cedi poteſt, adeo ut contra hunc adminiſtrator compenſatione ex jure ceſſo uti non valeat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 377.*

6. Porro nec judæus chriſtiano contra chriſtianum cedere nomen poteſt, ſub pœna privationis; & magiſtratus, notarii publici, vel alii ſcribæ, hujusmodi contractus ſuſcipientes, pœnam incurrunt, *Rec. Imp. de an. 1551. §.* dieſem zu begegnen, *Lentz de ceſſion. c. 6. n. 1. ſeq. & c. 20. membr. 1. n. 11.*

7. Nec diſtinguitur, debitum uſurarium, vel cambiale ſit, nec ne; ſive judæus in civitatem publica autoritate receptus ſit, nec ne, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 99.* add. *Lauterb. colleg. pract. tit. de hered. vend. th. 23.*

8. Sed hoc ad contractum, de uſuraria pravitate ſuſpectum, reſtringi debere: cæteroquin ceſſionem actionis ex contractu licito, ac inſtrumento judicialiter deſuper confecto, prohibitam non eſſe, docent *Carpz. lib. 5. R. 38. & p. 2. c. 30. d. 45. Philipp. ad dec.*

dec. 28. obs. 6. Stryck. de cautel. contract. sect. 4. c. 2. §. 17. add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 2. p. 643.*

9. Et inter judæos simplices & eos, qui in civitatem publica autoritate recepti sunt, ac vulgo Schutz-Juden audiunt, distinguit *Stryck. us. mod. tit. de hered. vend. §. 12.*

10. Imo in commercio cambiali ne opus quidem esse magistratus confirmatione, tradit *Berger. c. l.*

11. Plane in Saxonia Electorali, peculiari *Rescripto*, hæc controversia sopita est, & hujusmodi cessiones vim & robur acceperunt, teste *VVernher. d. p. 4. obs. 99. n 6.*

12. Duo judæi contra christianum sibi, etiam extra judicium, nomen cedere non prohibentur, *Lenz. de cession. c. 26. membr. 1. n. 10.* Salva tamen christiano exceptione L. Anastasianæ, *Stryck. c. l.*

13. Lege Anastasiana prohibitæ sunt cessiones, quæ fiunt litium redimendarum gratia, ex causa vexandi debitorem, vel ex pravitate usuraria, *l. 22. & 23. C. mandat.* add. *Dec. Elect. Sax. nov. 28. ibique Philipp. obs. 1. & 2. n. 1. Carpz. lib. 5. R. 34. n. 1. seq.*

14. Cessio debiti & actionis non aliter valet, quam intercedente justo pretio; qui enim minori pretio actionem sibi cedi curavit, non potest a debitore cesso plus exigere, quam ipse solvit, *d. l. 22. & 23. Carpz. p. 2. c. 30. d. 35. & 36. & lib. 5. R. 33.*

15. Et probare debet cessionarius, vel aliquando juramento confirmare, quantum re ipsa persolverit, *Sande de act. cess. c. 12. Struv. ex. 23. th. 81.* Confessio enim cedentis ad id non sufficit, *Philipp. d. obs. 1. n. 10. seq.* Nec cedens pro cessionario testis esse

 potest,

potest, si cessio facta sit titulo oneroso: secus si lucrativo, *Berger. dec. 351.*

16. Justum autem pretium non æstimatur ex quantitate, quæ debetur: sed simul ratio impensarum, quas in exigendo debito facere, & incommodi, quod sustinere debet cessionarius, antequam debitum cessum consequatur, habenda, pariterque interusurium medii temporis computandum est, *Philipp. ad d. dec. 28. obs. 3. n. 3. seq. Struv. ex. 23. th. 82. Stryck. de cautel. contract. Sect. 4. c. 2. §. 16.*

17. Non valet cessio, quando pars nominis donatur, pro altera vero pretium solvitur: integrum autem nomen cessionario donari valide potest, modo donatio non sit simulata, *l. 22. l. 23. C. mandat. Philipp. ad d. dec. 28. obs. 2. n. 5. seq. Stryck. c. l. §. 9. 10.* & facta debitorem vexandi gratia, vid. *Horn. cl. 11. R. 61. p. 702. a.*

18. Cessio pro simulata habetur, adeoque invalida est, in qua causa & quantitas non est expressa, *Philipp. c. l. obs. 1. n. 6. seq. & obs. 3. Carpz. lib. 5. R. 33. n. 14.* licet juramento sit confirmata, *Berlich. p. 1. dec. 34.*

19. Etiam in cessione inter coheredes, & ceteris cessionibus privilegiariis quantitas & causa debiti est exprimenda, *Carpzov. lib. 5. R. 34. Philipp. d. obs. 3. n. 13.*

20. Technæ & fraudes adhibitæ per juramenti delationem detegi possunt, *Stryck. c. l. §. 10. 12. 14.* Imo judici ex officio incumbit, parte non opponente, indagare, annon cessio contra legem Anastasianam sit facta, *Mev. p. 3. dec. 1.*

21. Valet tamen in totum cessio pro minore pretio, si fiat 1) inter coheredes pro actionibus hereditа-

ditariis, 2) inter legatarios & fideicommissarios ejusdem debiti, 3) pro tuitione possessionis rei alienæ, v. g. Dominus, qui pignori fundum obligavit, eum vindicat a Mevio possessore, Mevius a creditore redimit actionem personalem & hypothecam, qua utatur contra dominum, valet redemtio, quantocunque pretio fiat, *l. 22. C. mandat. Hilliger. ad. Donell. lib. 15. c. 43. lit. b.* add. *Philipp. ad d. dec. 28. n. 5. seq. Stryck. de cautel. contract. Sect. 4. c. 2.* §. *14.* Quoad posteriorem casum dissentit *Mev. p. 9. dec. 53.*

22. His Dd. adjungunt 1) quando quis proprio motu alteri actionem, licet viliori pretio, redimendam offert, *Franzk. lib. 1. resol. 8. n. 44. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 181. n. 2.* 2) quando cessionarius in foro debitoris non habeat domicilium, vid. *præjudicium*, quod habet *Wernher. c. l.* 3) quando debitum liquidum ac certum est, *Sande de cess. act. c. 11.* §. *25. Wernher. c. l. n. 3. Stryck. c. l.* §. *13.* Quoad omnes tres casus dissentit *Brunnem. de cess. act. c. 1. n. 35. 38. 40. 45. 49. 67.* quoad posteriorem vero *Franzk lib. 1. resolut. 8. n. 28. seq. nec non Lauterb. in colleg. pract. tit. de hered. vend. th. 73.* vid. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 19. not. 2. p. 250.*

23. Quibus adhuc annumeratur 1) si cessio in solutum sit accepta, *Hilliger. c. l. A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 26. def. 20. n. 4. Stryck. c. l. Philipp. c. l.* 2) si actio inutilis est cedenti propter absentiam, *Berlich. p. 1. dec. 33. n. 18. Müller. ad Struv. ex. 23. th. 82. lit. V. n. 5. Berger. c. l.* 3) si pauper, vel alius diffidit de consequendo suum ob nimias adversarii tergiversationes, ac ob id desperabundus litem alteri cedit, cui forte haud desunt media & facultates, tædium & exercitationes litis sustinendi, *Carpz. lib. 5. R. 34. n. 4. & 5.*

Philipp. ad dec. 28. obs. 2. n. 11. seq. vid. omnino *Berlich. p. 1. dec. 33.* confer. *responsum* apud *Wernher. in supplem. nov. ad p. 1. obs. 181.* 4) in concursu creditorum, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 283.*

24. Jure communi nihil interest, utrum cessio in judicio fiat, an extra judicium, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 4. p. 643.*

25. Jure Saxonico in cessione, pro viliore pretio, comparanda, requiritur 1) ut illa in judicio, licet incompetente, fiat, 2) ut summa pretii a cessionario persoluti, una cum quanto 3) debiti exprimatur, quod ipsum ad definiendam causam debendi sufficit, ita tamen, ut 4) pretium non sit infra dimidium, *Dec. Elect. Sax. nov. 28. ibique Philipp. obs. 3. n. 11. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 19. not. 3. p. 251. Stryck. de cautel. contract. Sect. 4. c. 2. §. 15.*

26. Per *d. dec. 28.* a legis Anastasianæ dispositione, sigillatimque necessitate judiciali, excipitur cessio facta 1) coheredibus, ad exæquandam divisionem: quem in modum etiam extra Saxoniam responderi solere, testatur *Berger c. l.* 2) legatariis & fideicommissariis, 3) creditoribus in solutum; salvo tamen his casibus, ob læsionem ultra dimidium, remedio ex *l. 2. C de rescind. vendit. Berger. c. l.* Quod etiam ad alia cessionum, sine dolo factarum, genera extendit *Philipp. ad d. dec. 28. obs. 4.*

27. Res mobiles, uti extrajudicialiter oppignorari, ita quoque pignus in iis constitutum alteri, absque insinuatione & magistratus autoritate, cedi potest, *Carpz. lib. 5. R. 37.*

28. Imo hypotheca judicialis, in bonis tam mobilibus, quam immobilibus allodialibus constituta, extra-

extrajudicialiter, & sine nova judiciali (a) insinuatione, alteri valide cedi & oppignorari potest: non vero hypotheca in rebus feudalibus constituta, *O. P. S. tit.* 46. §. So lassen Wir. *ibique Philipp. consid.* 3. *& Rivin. en.* 13. 14. *Carpz. lib.* 5. *R.* 35. 36. *dec. Elect. Sax. nov.* 40.

29. Igitur hoc casu cedens, post cessionem factam, potest cessionario mandare exactionem nominis, cum cessio sit invalida, *Berger. dec.* 525.

30. In cessionibus contra legem Anastasianam factis, id, quod solutam quantitatem excedit, debitori assignant *Finckelib. obs.* 17. *n.* 4. *Brunnem. ad l.* 23. *C. mandat. n.* 5. *Stryck. de cautel. contract. Sect.* 4. *c.* 2. §. 12. cedenti vero tribuit *Berlich. p.* 1. *dec.* 35. quocum fere facit *Carpz. p.* 2. *c.* 30. *d.* 37. fisco demum id cedere, putant *Carpzov. lib.* 5. *R.* 33. *n.* 27. *seq. Mev. p.* 3. *dec.* 1. *n.* 3.

31. Sed superfluum esse vel *venditoris*, si quidem fuerit in bona fide, vel *debitoris*, quando venditor cum emtore collusit: in Saxonia vero Electorali superfluum, ultimo casu, applicari ei, qui merum imperium habet, docet *Berger. œcon. jur. lib.* 2. *tb.* 19. *not.* 1. *p.* 250. Nam in dolosis & fraudulentis cessionibus totum debitum fisco, seu magistratui, merum imperium habenti, cedit, *Dec. Elect. Sax. nov.* 28. *ibique Philipp. obs.* 7.

32. Ante denunciationem cedenti adhuc solvi potest cum effectu liberationis, *l. ult. de transact. l.* 3. *C. de novat.* vid. *Horn. cl.* 11. *R.* 51. 52. ita tamen ut cedens

(a) Plane hodie hypothecæ, sive in bonis allodialibus, sive feudalibus sint constitutæ, absque discrimine casuum, non nisi mediante judiciali confirmatione & consensu, cedi possunt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 46. §. 2.

dens cessionario teneatur ad id, quod interest, *l. 6. C. de heredit. vend. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 6. p. 644.* Contra debitorem cessum autem cessionario eapropter nulla competit actio, *Lenz. de ceff. act. c. 28. membr. 2. n. 8.*

33. Facta autem denunciatione, efficitur, ne debitor cessus cedenti amplius solvere possit, sed si id fecerit, adhuc semel solvere tenetur, *Stryck. de cautel. contract. Sect. 4. c. 2. §. 18.*

34. Ad denunciationem non sufficit sola instrumenti obligatorii productio, sed necesse quoque est, ut debitori cesso etiam instrumentum cessionis ostendatur, ejusdemque exemplum detur, *arg. l. 4. C. qua res pign. clem. causam. de elect.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 6. p. 645. Horn. cl. 11. R. 53. & 54.*

35. Plane denunciationem minus requirunt, &, quo minus cedens, post cessionem, nec paciscendo, nec transigendo, nec solutionem recipiendo, præjudicare possit cessionario, solam ex parte debitoris scientiam factæ cessionis sufficere, putant *Christin. vol. 4. dec. 180. n. 4. Schilter. ex. 30. th. 64. Berger. c. l. p. 644.*

36. Quod si cedens & cessionarius agendo concurrant, hic illi antefertur, *l. 55. de procurat. Cyn. in l. 3. C. de novat. Bartol. in l. 4. C. qua res pign. Berger. œcon. jur. c. l. p. 645.*

37. Cedens nomen non tenetur præstare idoneum ac locupletem debitorem, *l. 4. de hered. vend. Berlich. p. 1. concl. 24* nisi expresse id fuerit actum, *Hartm. Pistor. obs. 212. n. 9.* Sola vero generalis promissio evictionis non sufficit, *Stryck. c. l. §. 6. Berger. dec. 173.*

38. Licet bonitas nominis promissa fuerit: attamen

men cedens non ulterius obligatur, quam ut præstet nomen, tempore cessionis, bonum, *Stryck. c.l. §. 7.* add. *Mev. p.1. dec. 93.* nisi debitum forte fuerit in diem, vel conditiónale, *Sande de cess. act. c. 9. n. 29.* vel venditor, se omni tempore præstiturum esse evictionem pollicitus sit: quo casu tamen cessionarius litem denunciare cedenti debet, si regressum contra eum habere velit, *Stryck. c. l.*

39. Veritas debiti præstanda est cessionario, *l. 4. de hered. vend. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 4. tit. 14. Carpz. p. 2. c. 34. d. 26.* quamvis emtor renunciaverit evictioni, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de hered. vend. qu. 9.* Atque hoc nomine cedenti lis denunciatur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 10. not. 3. p. 1117. Berlich. p. 1. concl. 24. n. 51. 52.*

40. Cessione nominis omnia transeunt privilegia realia, non item personalia, *arg. l. 86. de R. J.* nisi cedat fiscus, *l. ult. C. de privileg. fisc. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 7. p. 645.*

41. Cedens plus juris non transfert in cessionarium, quam ipse habet, *l. 95. §. pen. de solut. l. 2. C. de fidejuss. Carpz. p. 2. c. 17. d. 19. n. 3.*

42. Nec per cessionem, a creditore factam, conditio debitoris durior reddi potest, *Wernher. sel. obs. p. 1. obs. 338. n. 5.*

43. Exceptiones, quæ obstant cedenti ante cessionem, etiam cessionario recte objiciuntur, *l. 20. l. 21. de compensat. l. 4. l. ult. C. eod. L. 4. §. 31. de dol. except.* scilicet illæ, quæ 1) sunt facti, ut solutionis &c. vel 2) reales juris, v.c. rei judicatæ, litis pendentiæ etiamsi cessionarius utili agat actione, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 10. p. 647.*

44. Exceptiones autem personales, cujusmodi

est exceptio doli, ex persona cedentis cessionario opponi nequit, si quidem cessio facta sit ex causa onerosa, *l. 4. §. 31. de dol. except.* secus si ex lucrativa, *l. 6. de except. Berger. c. l.*

45. Quando cessionarium debitor pro suo creditore semel agnovit, compensationis exceptio, quæ ipsi adversus cedentem competit, frustra eidem objicitur, *VVernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 182.*

46. Cessionarius contra debitorem, ejusque heredes executive (b) agere potest, *Horn. cl. 5. R. 23.* modo se prius legitimaverit (c) ad causam, & posteriori casu simul conditionem hereditariam probaverit, *Berger. proc. exec. §. 26.* Nam cessionarius, ex instrumento cesso, paratam executionem non habet, priusquam de cessione sibi facta doceat, licet instrumento inserta sit clausula: allen getreuen Brieffs-Inhabern, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 33.* Traditio enim & possessio instrumenti non inducit cessionem, *Zanger. de except. p. 2. c. 16. Horn. cl. 11. R. 53. p. 688. b.* add. *Strych. de cautel. contract. Sect. 4. c. 2. §. 18.*

47. Cessionarius duorum, utriusque causæ nomine, uno libello experiri potest, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 15. th. 3. not. 4. p. 1003.*

48. Add. loc. *licitatio th. 17.* loc. *reivindicatio. th. 5.*

CES-

(b) *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 7.*

(c) Cessionario, executive acturo, sub pœna 5. thalerorum, injungitur, ut ad summum, in primo termino, se ad causam sufficienter legitimet, reus autem, etsi ratione legitimationis adhuc aliquid desideretur, nihilosecius documentum productum sub pœna recogniti eventualiter recognoscere jubetur: quæ tamen recognitio, si legitimatio sufficienter non facta appareat, non attenditur, sed ante omnia melior legitimatio injungitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 7.*

CESSIO BONORVM.

1. Debitor obæratus per cessionem bonorum a carcere se liberare potest, *l. 1. C. qui bon. ced. poss. Struv. ex. 44. th. 27.* quamvis statutis locorum vel civitatum introductum sit, ut debitor, non solvendo existens, pro debito carceri includatur, *Berlich. p. 2. concl. 28. n. 24. Carpz. p. 2. c. 22. d. 11. n. 5.* creditoribus etiam invitis, *Lauterb. compend. jur. tit. de cess. bonor.*

2. Quo vero locus sit cessioni bonorum, requiritur, ut debitor sine dolo ac fraude obæratus, seu ad incitas redactus sit, vid. *Struv. c. l. th. 28. Hopp. ad §. 40. verba: bonis cessit. J. de action. Barth. hodeg. for. c. 8. §. 28. p. 657.*

3. Unde non, nisi prævia causæ cognitione, hoc beneficium indulgeri oportet, *VVernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 480.* add. *Barth. c. l. lit. a. p. 658.*

4. At beneficium cessionis bonorum non habet locum in foro Saxonico, & communi, ubi vetus dispositio juris Saxonici, quod scil. debitor ad manus creditoris tradatur, observatur, *Berlich. p. 2. concl. 28. n. 25. Carpz. p. 2. c. 22. d. 11. n. 3. 4.* dissentit *Coler. p. 1. dec. 135. n. 9. seq.* & Electorali, ubi debitor præcise in carcerem publicum conjicitur, *Constit. Elect. Sax. 22. p. 2. ibique Carpz. d. 12. Berlich. c. l. n. 26.* nisi creditores bonorum cessionem semel acceptaverint, *Carpz. d. c. d. 13. Rivin. ad O. P. S. tit. 52. en. 11.*

5. Plane qui absque sua culpa, solo fortunæ vitio, in paupertatem inciderunt, beneficio cessionis opus (a) non habent, cum a pœna carceris publici sint immunes, *Carpz. d. c. d. 12. n. fin.*

(a) Imo opus habere videntur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 52. §. 2.*

6. Etiam civitas bonis cedere potest, convocatis creditoribus ad concursum, *Salgad. labyrinth. credit. c. 1. §. 2. n. 41.* Quo casu tot bona ipsi relinquenda, quot ad salaria publicorum officiorum necessariorum opus habet, *Carpz. dec. 278. Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 3. §. 16.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 20.*

7. Requisita cessionis bonorum sunt, 1) ut debita sint liquida, & a creditoribus solutio eorum instantissime urgeatur, *Brunus, de cess. bonor. qu. 2. pr. n. 1. Struv. ex. 44. th. 29.* & 2) a debitore bonis cedente designentur, *Struv. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 5. p. 1158.* 3) ut creditores omnes convocentur, *Struv. c. l. Berger. c. l.* 4) ut omnia bona a cedente jurato indicentur, *Struv. c. l. Berger. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 8. & p. 9. obs. 120.* quod juramentum tamen a creditoribus remitti potest, *Mev. consil. 21. n. n. 61.* 5) cautio de residuo solvendo, cum ad meliorem pervenerit fortunam, *Berger. c. l.*

8. Debitori bonis cedenti nihil, præter vestes quotidianas, sub quibus & lectum comprehendunt, relinquitur, *Peck. de jur. sist. c. 45. n. 19. Struv. ex. 44. th. 30.* & nequidem alimenta necessaria conceduntur, *Struv. c. l.*

9. Facta cessione, petunt creditores, ut bona distrahantur, indeque ipsis satisfiat, *l. 4. C. h. t. Struv. c. l. th. 31.* Potest tamen debitor ante rei venditionem pœnitere, *l. 2. & 3. C. h. t. Struv. c. l.* qui quoque nec bonis suis, ante eorum venditionem, caret, *l. 3. h. t.* Sed in Saxonia Electorali simul ac ad subhastationem devenitur, ex fundo exmittendus est, *O. P. S. R. tit. 39. §. 4.*

10. Debitor, qui bonis cessit, ab omnibus secu-

rus

rus redditur creditoribus, etiam iis, ad quorum aures susceptæ cessionis rumor non pervenit, *l. 4. de cess. bonor. Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 7. obs. 85. n. 64. 65.* add. *Mev. consil. 21.* præsertim cum hodie ad cessionis actum omnes omnino creditores, noti specifice & sigillatim, ignoti vero edictaliter citari soleant, *Wernher. c. l.*

11. Ast contra creditores cambiales beneficium cessionis debitorem (*b*) non tuetur, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 28. lit. a. p. 660.*

12. Et, cum debitor per cessionem non plane liberatus est, sed, si bona non sufficiant ad exsolutionem, suspenditur saltem actio, vel etiam contra debitorem jam condemnatum sententiæ executio, donec ad pinguiorem fortunam pervenerit, *Struv. ex. 44. th. 31.* non obstante jurata jam dum facta promissione de residuo, ex noviter quærendis, urgere ipsum creditores ad redditionem rationum de novis acquisitis possunt, *Barth. c. l. lit. a. p. 659. & §. 7. lit. d. p. 527.* confer. *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 52. §. 2. p. 659.*

13. Ad beneficium cessionis bonorum non admittitur, 1) qui ei renunciavit, *Coler. proc. exec. p. 1. c. 6. n. 96. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 1. §. 39. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 28. lit. a. p. 659.* dissentit *Peretz. in Cod. h. t. n. 3. 17. 18. Struv. c. l. th. 28.* quamvis illud non denegatur iis, qui jurarunt, se soluturos, *Struv. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. not. 5. p. 1160.* nec 2) qui moratorium, seu quinquennales, sive a principe sive a creditoribus impetrarunt, *Barth. c. l.*

14. Add. loc. *immissio. th. 16.*

CHARTA

(*b*) nec eum ab arresto personali liberat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 52. §. 2.*

CHARTA BLANCA.

Vid. loc. *blanquetum.*

CHARTA SIGNATA, Stempel-Pappier.

1. In terris Brandenburgicis ad contractus & instrumenta requiritur charta signata, sub pœna annullationis, *Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 6. §. 12.*

2. In Saxonia quidem eadem est adhibenda sub determinata pœna; quod si tamen neglecta fuerit, ideo non vitiatur instrumentum, *Berger. proc. exec. §. 21.*

CHIROGRAPHUM.

1. Chirographum, cambiali clausula munitum, naturam mutui retinet, & sors in ultima classe locanda, usuræ vero promissæ, exsoluta demum omni sorte, solvendæ erunt, *Berger. in Supplem. ad proc. exec. pos. 24. p. 9. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 13. p. 737.*

2. Quod si ille, qui chirographum jussu debitoris, nunc forsan demortui, confecit, & subscripsit, id jurato confirmet, chirographum semiplene probat, & juramento suppletorio locum dat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 39.*

3. Creditor, amisso chirographo, debiti persecutionem & jus hypothecæ non amittit, si aliunde constet, adhuc deberi, *Carpz. p. 2. c. 29. d. 15.*

4. Chirographum qui donat, legat, vendit, ipsum jus & ipsam actionem, cujus probationem illud continet, donare, legare, vendere videtur, *l. 59. de legat. 3. l. 18. §. 2. de mort. caus. donat. l. 44. §. 5. l. 84. §. 7. de legat. 1. l. 1. C. de donat.*

5. Chirographum seu instrumentum debiti, post solutionem, debitor a quocunque possessore repetit, & quidem a creditore per condictionem sine causa, *l. 2. C. de condict. ex leg.* ab alio possessore actione ad exhi-

exhibendum atque vindicatione repetitur, *Mev. p. 2. dec. 186.*

CIBARIA DOMESTICA.

Vid. loc. *comestibilia.*

CITATIO. *(a)*

1. Qui ob interesse aliquod ex aliquo negotio lædi potest, ad idem citari, & super eo audiri debet, *l. 39. de adopt. Gail. lib. 2. obs. 275. n. 5. Hilliger. ad Donell. lib. 23. c. 2. lit. b. Carpz. lib. 1. R. 19. n. 3.*

2. Parentes hodie citari possunt absque speciali venia, in causis liberorum, *Carpz. p. 1. c. 2. d. 26.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 14. th. 1. not. 3. p. 986.*

3. Dominus, irrequisito vasallo, ejus subditos citare potest, per *l. 33. §. 5. C. de episc. & cleric. Coler. proc. exec. p. 3. c. 7. n. 36. Carpz. lib 3. R. 23.*

4. A commissario principis partes litigantes atque testes, irrequisito judice *(b)* inferiore, citari possunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 39. Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 4. p. 78. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 233.* Commissoriale tamen ordinario citandorum judici communicandum esse, tradit *Rivin. c. l.*

5. In Ducatu Saxonico Altenburgensi immediate insinuantur citationes ex Cancellaria Electorali Saxonica, *Rivin. c. l. n. 40.* Sicut & in Supremo Appellationum judicio, nec non Curiis Provincialibus Saxonicis nobilium & civitatum subditi, irrequisito suo magistratu, citantur, vid. *Carpz. lib. 3. R. 23. Berger. c. l.*

6. Ast

(a) In Saxonia Electorali judici emissio citationum interdicta est, antequam legitimationes, mandata, tutoria, curatoria, actoria, & instrumenta syndicatus fuerint exhibita, nisi ab ipso Principali libellus fuerit oblatus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 7. §. 1.*

(b) quod comprobatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 9.*

6. Aſt ſenatus oppidani Lipſienſis civibus non, niſi miniſterio & ſubſidio Senatus, inſinuationes citationum fieri poſſunt. Similiter nec in Luſatia Superiori immediate e Cancellaria, quæ Dresdæ eſt, ſed, requiſita Præfectura ſuperiori, das Ober-Amt zu Budißin, citationes inſinuari queunt, *Berger. c.l. Barth. bodeg. for. c.1. §.4. lit.m. p.38.*

7. Citationes a Conſiſtoriis fieri debent per requiſitionem; omiſſis tamen verbis: *in ſubſidium, Reſolut. Grav. de an.1612. tit.* Von *Conſiſtor.* Sachen. *§.6. & de an.1661. eod. tit. §.11. Schilter. ex.7. th.10. Barth. c.l.* vid. omnino *Berger. E.D.F. tit.4. obſ.4. not.2. p.79.* niſi ſint in poſſeſſione, ut citra requiſitionem citare poſſint, *Rivin. ad O.P.S. tit.4. en.36.* aut citandi ſint ſubditi ſub præfecturis conſtituti, *Berger. c.l. VVernher. ſel. obſ. for. p.6. obſ.451.*

8. Citationis inſinuatio, ſi fiat in loco extra juriſdictionem citantis ſito, pro turbatione habetur, *Rivin. c.l. en.34.*

9. Pro turbatione juriſdictionis alienæ non habetur, ſi Superintendens, ſine præſcitu judicis ordinarii, hujus ſubditos ad ſe vocat, *Rivin. c.l. en.35.*

10. Familia clericorum conductitia, licet ſit ſub juriſdictione ſeculari, ex ædibus tamen parochianis, mediante ſubſidiaria citatione, in jus vocanda eſt *Rivin. c.l. en.37.*

11. Qui ſubditus non eſt, per ſubſidium ejus magiſtratus, ſub quo degit, citari debet, *Carpz. p.1. c.2. d.27.28. Rivin. ad O.P.S. tit.4. en.28.30.* etiam ille, qui domicilium mutavit, relicto in ædibus ſuis conductore, *Rivin. c. l. en.31.* nec non mandatarius, licet ejus mandato inſerta clauſula: Vor genehm zu hal-

halten, daß alle Citationes seinem Gevollmächtigten in Leipzig möchten insinuiret werden, *Rivin. c. l. en 32.*

12. De insinuata reo citatione transmissa judex requisitus attestatum, einen Insinuations-Schein, remittere debet: quo non in actis reperto, contra emanentem in contumaciam procedi nequit, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 14. p. 46.*

13. Subsidiaria insinuatione non egent notificationes terminorum, quæ fiunt actoribus, *Rivin. c. l. en. 33.*

14. In fundum recte insinuatur citatio in actione reali, etiamsi judex personæ, ordinarius in subsidium haud fuerit requisitus, si modo domesticis fiat insinuatio, *Rivin. c. l. en. 29.* add. *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 2. not. 3. p. 69.*

15. Si, citatione per subsidium principali insinuata, ejus mandatarius dilationem impetrat, licet altera citatio ad terminum prorogatum mandatario saltem exhibita sit, nihilominus, emanente principali, in contumaciam pronunciari potest, teste *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 41.*

16. Citationi debitori aut injurianti, in loco solutionis vel evomitarum injuriarum, forte fortuna deprehenso, insinuandæ terminus publicationis sententiæ simul inserendus, quo, recusante licet magistratu domicilii subsidialis hujus ad publicandam citationis insinuationem, sententia in rem judicatam transire & executioni postea demandari queat, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 21. lit. b. p. 76.*

17. Citatio ipsi citando, *(c)* si ejus copia haberi possit, eo vero absente, ad domum, puta ejus domesti-

(c) *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 2.*

mesticis, *(d)* modo perfectæ sint ætatis, & in loco domicilii commorentur, cum mandato denunciandi insinuanda est: iis vero deficientibus, præsentibus vicinis, ædium foribus *(e)* affigenda, *l. 4. §. 5. & 6. de damn. infect. Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 2. p. 66.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 1. & 10.*

18. Reo, vel ejusdem domesticis citationem recipere nolentibus, *(f)* citatio in domo, præsentibus uno, pluribusve domesticis, aut advocatis uno, pluribusve vicinis deponenda, & si fores occlusæ sint, affigenda est, *Berger. c. l. not. 5. p. 72.* add. *VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 284.*

19. Pro confesso & convicto non habitum esse reum, qui, non inspecta citatione, nuncium juratum coegerat, eam reportare, testatur *Rivin. c. l. en. 65.*

20. Citatio toties in domum fieri potest, quoties citandus ibidem commorari solet, & libere ex ea ire, in eandemque redire valet: secus igitur fuerit in eo qui alibi custodia continetur, tum enim eum in faciem citari oportet, nec prius, quam constituto ex officio curatore, adversus eundem pronunciari potest, *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 2. not. 1. p. 66.*

21. Citatio etiam in rei tabernam, Kramladen, *(g)* insinuari potest, *Berger. c. l. not. 3. p. 67.* Plane non sufficere, citationem fieri ad tabernam citandi, qui ædes alibi sitas inhabitat, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 20.*

22. Nec

(d) dem Ehe-Gatten, Eltern, erwachsenen Kindern und Bedienten, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(e) *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(f) vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(g) *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 2.*

22. Nec minus citatio fieri poteſt in fundum, *(b)* quamvis reus eundem non inhabitet, ſed per œconomum, durch einen Verwalter, poſſideat, *Berger. c. l.* Imo eum, qui plures uno fundos aut domos habet, utrobique citari poſſe, quamvis fortaſſis in urbe habitet, tradit *Berger. c. l.* diſſentit *Martin. ad O. P. S. tit. 4. §. 1. n. 278.*

23. Quando ſeparatam filius œconomiam nondum inſtituit, ipſi ad domum patris inſinuatam eſſe citationem, ſufficit, *Rivin. c. l. en. 21.*

24. Si citandus eſt ſervus ex prædio nobili, non ſufficit, inſinuationem eſſe factam ei, qui curam rei familiaris ibidem gerit, dem Hauß-Verwalter, *Rivin. c. l. en. 38.*

25. Invalida eſt inſinuatio citationis locatori, conductori *(i)* vel colono facta, cum illi ſub perſonis domeſticis non comprehendantur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 436.* add. *Rivin. c. l. en. 1. Berger. tit. 4. obſ. 2. not. 3. p. 70.*

26. Citatio in faciem fieri poteſt etiam in diverſorio, modo idem ſubſit judicis citantis jurisdictioni, *Berger. c. l. p. 67.*

27. Jure civili non intereſt, ipſi perſonæ principali inſinuetur citatio, an procuratori, ſcil. poſt litem conteſtatam, *arg. l. 22. C. de procurat. l. 1. C. de procurat. l. 1. C. de ſentent. Berger. c. l. not. 1. p. 66.* add. *Schilter. ex. 10. th. 43.* Et hoc plerisque in locis extra Saxoniam adhuc hodie uſu obtinere, teſtatur *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 231. n. 1.*

28. At jure Saxonico Electorali citatio ſemper

R ipſi

(*b*) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*i*) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

ipsi personæ principali, etiam fœminæ, insinuari debet, *Berger. c. l.* Quod etiam in Lusatia ita servatur, teste *Wernbero sel. obs. for. p. 7. obs. 152.*

29. Ut itaque insinuatio, curatori, actori, mandatario aut advocato facta, nullum effectum habeat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 10. Wernber. c. l. & p. 1. obs. 231. n. 3.* etiam post litem contestatam, *Rivin. c. l. en. 14.* & in concursu creditorum, *Rivin. c. l. en. 11.*

30. Quod si tamen principalis extraneus sit, & in territoriis dissitis commoretur, prima citatio quidem ipsi insinuanda est, reliquarum vero insinuationem ejusdem procuratori fieri, sufficit, *Berger. c. l. Rivin. c. l. en. 16. Wernber. d. obs. 231. n. 6.*

31. Nec minus mandatario insinuari possunt citationes, si specialis de recipiendis citationibus inserta est mandato clausula, *Rivin. c. l. en. 12. Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 231.* add. *Berger. c. l. not. 2. p. 67.* Unde litigantibus per sententiam injungi potest, *(k)* ut potestatem accipiendi citationes conferant, *Wernber. c. l. Rivin. c. l. en. 13.* add. *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 3. not. 1. p. 73.*

32. Citatio non pupillis, nec minoribus, *(l)* sed eorum tutoribus & curatoribus *(m)* fieri debet, *Berger. c. l.*

(k) Imo plures litis consortes, & omnes illi, qui in loco judicii non sunt præsentes, procuratorem cum potestate recipiendi citationes constituere tenentur, idque ipsis in prima citatione statim est injungendum, &, si nihilosecius id omittant, citatio ad ceteros terminos advocato, procuratori, aut actori, quo usi sunt in termino primo, hisque non præsentibus, eorum domesticis recte insinuatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 4. §. 3.

(l) nec mente captis, furiosis & prodigis, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 4. §. 4.

(m) aut parentibus, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

c. l. obs. 2. not. 1. p. 66. add. *ejusd. Resolut. Lauterb. tit. de in jus voc. ad verb. aut. illorum tutores.* Nec (*n*) sufficit, cum pupillus aut minor plures uno habet tutores, curatoresve, uni eorum insinuatam esse citationem, sed oportet eandem omnibus sigillatim mitti, *Berger. E. D. F. c. l.*

33. Si plures sint litis consortes, singulis (*o*) insinuandæ sunt citationes: secus si fiat, contra emanentes in termino accusatio contumaciæ non attenditur, *O. P. S. tit. 4. §. 1. ibique Philipp. consid. 10. n. 1. seq. A. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 2. def. 8. Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 25.*

34. Et hoc ampliatur, licet 1) sub nomine collectivo veniant, v. c. Hüffnere, Cossäten, (*p*) *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 3. not. 4. p. 74. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 302.* 2) sub eodem tecto degant, atque adeo commune domicilium habeant, modo stationibus distinguantur. Itaque uni ex illis aut ejus domesticis facta, respectu alterius, nullius loco habetur: secus foret, si duo eodem hypocausto, iisdemque parietibus continerentur, & communi famulitio uterentur, *Berger. c. l. not. 2. p. 73.*

35. Singulis quoque heredibus, facta divisione, insinu-

(*n*) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*o*) vid. *hic. th. 34. lit. q.*

(*p*) Quorum intuitu in sæpius adducta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 2.* sequentem in modum disponitur: Hüffner, Cossäten, Hand-Fröhner, und andere Consorten aber, welche pro universitate nicht geachtet werden, soll man allerseits absonderlich, und zwar durch einen Umlauff citiren und vorladen, auch auf jeden Dorff oder Orte davon eine Abschrifft, so dem Bothen, zu solchem Ende mit zu geben ist, zurück lassen.

insinuanda est citatio, *O. P. S. tit. 4.* §. und solches. *ibique Rivin. en. 6. & Philipp. consid. 10. n. 6. Carpz. proc. tit. 7. art. 1. n. 63.*

36. Quod si vero adhuc in communione *(q)* sint, aut divisio facta sit, post motam defuncto litem, sufficit, citationem insinuari in domum hereditariam, quam coheres possidet, *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 3. p. 72. & œcon. jur. lib. 4. tit. 14. th. 2. not. 15. p. 993.* add. *Carpz. c. l. n. 64. seq.* vel in qua absentes administratorem reliquerunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 3. 4.* nisi domus detineatur ab extraneo, v. c. a conductore, *Rivin. c. l. en. 2.* vel coheredes in provinciis Electoratus Saxonici domicilium habeant, *Berger. E. D. F. c. l.*

37. Singulis heredibus separatæ *(r)* citationes sunt transmittendæ, quarum omnium tamen insinuatio ad domum hereditariam, si eam adhuc indivisim possideant, simul fieri potest, *Rivin. c. l. en. 5.* Nec sufficit, nomine collectivo heredes esse citatos, sed singulorum nomina sunt exprimenda. *Rivin. c. l. en. 7.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 4. lit. m. p. 38.*

38. Non potest citatio ad domum hereditariam insinuari, quando rei, actione personali conventi in loco contractus, alibi habent domicilium, *Rivin. c. l. en. 9.*

39. In-

(q) Nondum facta divisione hereditatis, in prædium aut ædes communes, sive feudalem sive allodialem habeant qualitatem coheredi, qui in iis commoratur, insinuatio citationis fieri potest. Quo facto iste coheredes suos de facta citatione, quamprimum id fieri potest, sub pœna 5. thalerorum, certiores reddere, idque, quomodo factum, ad acta referre debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 2.*

(r) Id eo in casu tantummodo obtinet, si heredes, hereditate jam divisa, prædia communia amplius haud possideant, *Kraus. proc. judic. lib. 2. c. 1. sect. 2. §. 25.*

39. Inconsultum est, una citatione, in forma, ut vocant, patente, emissa, quam nuncii jurati secum auferre iterum solent, plures citare litigantes, cum in præjudicium emanentium vix quicquam tuto pronunciari queat, *Rivin. c. l. en. 26. 27. Barth, hodeg. for. c. 1. §. 4. lit. m. p. 38. in fin.* Eandem tamen tolerari posse ait *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 3. not. 5. p. 77.*

40. Cum citanda est universitas (*s*) vel collegium, sufficit, si quidem citatio consuli regenti, tribunis plebis, Seniori vel Schulteto insinuetur, *Mand. Elect. Sax. de an. 1691. §. 6. Berger. c. l. not. 3. p. 74.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 24.*

41. Nuncius, citationem principali insinuans, non est obstrictus, ut mandatario, actori vel curatori eandem etiam offerat, *Rivin. c. l. en. 15.*

42. Si non principalis, sed mandatarius negat, citationis notitiam ad ipsum pervenisse, contraria vero adsit præsumtio, juramentum purgatorium injungitur, *Rivin. c. l. en. 18.*

43. Insinuationes citationum fieri debent per nuncium juratum, *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 4. not. 1. p. 78. Philipp. ad O. P. S. tit. 4. consid. 9.* cui plena fides habetur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 14. th. 2. not. 13. p. 993.* Eo vero absente, possunt etiam fieri per aliam personam, cui autem fides non habetur,

 prius-

(*s*) Bey Räthen in Städten, in die Raths-Stube, oder dem regierenden Burgermeister, oder auch dem Syndico, oder Stadt-Schreiber; bey einer gantzen Bürgerschafft, einem von denen Viertels-Meistern, oder Ausschuß Personen; bey Innungen und Zünfften, einem Ober-oder Vor-Meister; und bey Gemeinden auf den Dörffern dem Richter oder Heim-Bürgen: nullo modo vero harum personarum domesticis insinuanda est citatio, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 1.*

priusquam juramento depositio ejusdem confirmetur, *Philipp. c. l. n. 2.*

44. Minus recte rusticis *(t)* citationes partibus insinuandæ committuntur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 13. lit. a. p. 46.* ubi vero ipse refert, quod cum rusticus insinuatam a se ipsi citando citationem esse, juramento confirmasset, reo injunctum esset purgatorium.

45. Nuncii, quibus pro singulis milliaribus certum quid solvitur, pro insinuatione citationum nihil præterea separatim exigere possunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 24.*

46. Non satis est, ad acta simpliciter referri, quod insinuatio citato facta sit, sed insuper exprimi *(u)* tempus, & locus debet, quod *O. P. S. tit. 4. §. 1.* expresse requirit: alias citatus pro contumace haberi nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 110.* etsi fateatur, se citationem accepisse, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 233.*

47. Citatio die feriata & valide decernitur, *Gail. lib. 1. obs. 53. n. 6.* & insinuatur, *Gail. c. l. n. 7. Andler. jurispr. lib. 1. tit. 11. p. 9. n. 25. Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 51. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 234.* quod adversatur, *l. ult. C. de feriis.* Unde talem citationem non valere asserit, *Brunnem. ad d. l. n. 3.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 2. not. 6. p. 72. Stryck. us. mod. tit. de in jus voc. §. 10.*

48. Sed

(t) Per Scultetum aut Scabinos tamen in pagis fieri potest insinuatio, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 2.*

(u) vid. omnino *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 2. & 4.* ubi determinatur, quomodo coercendus sit judex, si quid circa citationem vel registraturam super insinuatione neglectum fuerit.

48. Sed citatus ad diem feriatum *(x)* impunè non paret, *l. 2. §. 1. in fin. si quis in jus voc. l. 1. §. 1. de fer. l. 2. C. eod. Stryck. us. mod. tit. de fer. §. 9. Rivin. c. l. en. 53.* add. *Mev. p. 2. dec. 276.* Et ex officio supplenda est hæc exceptio, *Schacher. Colleg. pract. de fer. Rivin. c. l.* etiamsi leuteratio prosequenda, *Rivin. ad O. P. S. tit. 35. en. 35.*

49. Si quis tamen oretenus in judicio de feriis messium excipit per mandatarium, in expensas condemnari solere, cum eadem fere facilitate præstanda præstare potuerit, testatur *Rivin. c. l. tit. 4. en. 56.* add. *Barth. ad Schacher. colleg. pract. tit. de fer. n. 90. & in hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. 9. p. 98.* Idque *arg. l. 1. §. 1. de fer.*

50. In praxi vero *arg. c. 6. X. de dol. & contumac.* receptum est, ut, si terminus, in citatione definitus, in diem feriatum forte incidat, propterea non vitietur citatio, sed citatus altero, eoque proxime sequenti, die non feriato comparere tenetur, *Vultej. de judic. lib. 2. c. 7. n. 338. Christin. vol. 2. dec. 158. n. 11. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 14. th. 2. not. 5. p. 991. Stryck. us. mod. tit. de in jus voc. §. 10.* Sed ipse *Stryck. d. tr. tit. de fer. §. 9.* id non aliter admittit, quam si citatio non expresse in diem feriatum facta, sed terminus certorum dierum, a die insinuationis computandorum, citationi insertus, ubi præter opinionem judicis incidere in diem dominicum terminus poterit.

51. Eandem praxin, quod citatus ad diem feriatum die sequenti non feriato comparere teneatur, Saxonicorum etiam Collegiorum usui hactenus con-

(x) Quæ circa hanc materiam per *Ord. Proc. Sax. Rec.* mutata sunt, commemorantur sub loc. *feriæ. §. 5. lit. a.*

venire, ut obtineat, si modo citationi clausula expresse inserta sit, *ut, si illa dies non fuerit juridica, citatus die sequenti juridica comparere debeat:* hoc vero omisso, si citatus non comparuerit, pro contumace haberi, aut contra ipsum procedi non posse, testatur *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 235.* Igitur judici, ut eandem clausulam citationi inseri faciat, commendat *Berger. c. l.* add. *Stryck. us. mod. tit. de in jus voc.* §. *10.*

52. Si error in citatione, quoad prænomen aut cognomen citandi, commissus est, frustra contumacia non comparentis accusatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 8.*

53. Vitium citationis per comparitionem citati convalescit, *Gail. lib. 1. obs. 58. Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 6. not. 4. p. 90. Horn. cl. 12. R. 32. p. 831. b.* nempe, si comparens in termino vitium citationis haud urgeat, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 346. n. 5. & p. 6. obs. 364. nec non in supplem. nov. ad p. 1. obs. 346.*

54. Non convalescit vero vitium citationis per comparitionem procuratoris, *Wernher. d. obs. 364.* speciali mandato ad recipiendas citationes destituti, *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 4.* §. *4. p. 15. & p. 2. tit. 4.* §. *9. p. 64. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 152.*

55. Ad ædes actuarii privatas citatus impune emanere potest, ut præjudicio comprobat *Rivin. ad O. P. S. tit. 2. en. 8.*

56. Citatus ad unam causam, in alia, ad quam citatus non est, respondere non tenetur, *Carpz. lib. 3. R. 22. Berlich. p. 1. concl. 10. n. 17.* Itaque citatus ad certum terminum, ut sua jura deducat, in expensas condemnari nequit, etsi responsionem ad libellum prætermiserit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 236.*

57. Add.

57. Add. loc. *appellationis materia. th.25. & 26.* loc. *litis consortes. th.2.*

CITATIO EDICTALIS.

1. Edictali citationi locus non est, quando constat, quo loco citandus degat, adeoque ipsi insinuari potest citatio, *Carpz. proc. tit.7. art.4. n.2.3. Berger. p.2. supplem. ad E. D. F. p.1716. Wernher. sel. obs. for. p.8. obs.366.*

2. Necessaria est edictalis citatio, quoties privata non potest sortiri effectum, *Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p.3. obs.192.* ut puta: cum vel ignoretur, ubi citandus degat, vel facto, sive ejus, sive magistratus, impediatur, quo minus citatio privata ad eum pervenire possit, *clem.1. de judic. Carpz. p.1. c.2. d.18. Horn. cl.12. R.99. p.932. b.* vid. omnino *Berger. E. D. F. tit.4. obs.2. not.7. p.72.* item cum incerti sint citandi, *Gail. lib.1. obs.57. n.6. ibique Grav. concl.57. n.13. Carpz. proc. tit.7. art.4. n.20. seq. & lib.3. R.23. n.14.*

3. Habet ergo locum edictalis citatio 1) in concursu creditorum, *Berger. œcon. jur. lib.14. tit.14. th.1. not.5. p.987. & p.2. Supplem. ad E. D. F. p.829. Carpz. proc. tit.7. art.4. n.30. seq.* 2) si quis emere velit fundum, quem fama fert, fideicommissis aut hypothecis, præsertim tacitis, obnoxium esse, *Berger. œcon. jur. c.l.* 3) cum dubitetur, utrum heres supersit, *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.4. th.49. not.4. p.474. & p.2. Supplem. ad E. D. F. p.1721. seq.* 4) ad investigandos eos, qui de familia sunt, cui fideicommissum relictum, *Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.192. Berger. p.2. supplem. ad E. D. F. p.1685.* 5) magistratu domicilii rei insinuationem citationis renuente, *Barth. hodeg. for. c.1. §.22. lit.a. p.76. & §.25. p.80.*

4. Edictalem citationem non habere locum in eo casu, quod sub alicujus nomine & sigillo literæ cambiales conscriptæ, & aliis cessæ sunt, contra ignotos eorundem possessores, putavit Facultas Wittebergensis, teste *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 177.*

5. Edictalis citatio, triplicem terminum Saxonicum complecti debet, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 1721.* etiam in concursu (*a*) creditorum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en 42.* quod jure Saxonico Electorali certum est, *Resol. grav. de an. 1661. tit.* von *Justitien*-Sachen, §. *10.* Alii autem tempus, in edictali citatione, arbitrio judicis committunt, *Rosbach. proc. civ. tit. 27. n. 4. Ludovic.* Einleit. zum *Concurs-Proc. c. 3. §. 10.* & pro locorum distantia ad 4. vel etiam 6. menses extendunt, *Gail. lib. 1. obs. 57. n. 11.*

6. In Saxonia Electorali una sufficit edictalis citatio triplicem terminum Saxonicum complectens, *Resolut. grav. de an. 1661. c. l. Ludovic.* Einleit. zum *Concurs-Proc. c. 3.* §. *9.* Ubi vero certum quid non dispositum reperitur legibus provincialibus, binis vicibus juxta *Mev. in discuss. levam. debit. c. 3. n. 156.* tribus autem vicibus ea repetenda est juxta *Anthon. a Mara de concurs. credit. lib. 4. tit. 1. n. 1. & 2. & Coch. in prax. for. German. p. 4. c. 2. §. 7.* quam opinionem in jure fundatam esse asserit *Ludovic. c. l.* add. *Brunnem. proc. concurs. credit. c. 2. §. 5.*

7. Edictalem citationem in uno loco affigi. sufficere

(*a*) Hodie quidem in concursibus super bonis feudalibus, zu denen Ritter-Güthern, & ratione mercatorum motis triplicem terminum Saxonicum edictalis citatio complecti debet: in reliquis autem regulariter duplex terminus Saxonicus ad edictalem citationem sufficit. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 2.*

ficere putat *Grav. p. 1. concl. 57. consid. 1. n. 3.* Fatetur tamen *ibid. n. 4.* tutius esse, ut aliis etiam in locis affigatur. Sed in trium dominorum diversis territoriis eam affigendam esse, docent *Gail. lib. 1. obs. 57. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 192. n. 4. Berger. prox. c. l. Carpz. proc. tit. 7. art. 4. n. 40. sequ.* ubi de generali consuetudine testatur; etiam in concursu creditorum, *Ant. a Mara de concurs. credit. lib. 4. tit. 1. n. 3.* idque quidem in concursu majoris momenti, ubi creditores extranei concurrere præsumuntur, necessarium esse, non item in concursu levidensi, ubi sufficere in tribus diversis locis fieri edictalem citationem, putat *Ludovic. c. l. §. 11.* confer. *Brunnem. de concurs. credit. c. 2. §. 10. ibique not.* Jure Saxonico Electorali citationem fieri debere quoad *allodialia* bona in trium dominorum territoriis; ratione vero bonorum *feudalium* in tribus civitatibus arctioris & plenioris conventus Statuum certum est, *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* von *Justitien*-Sachen, *§. 10. Rivin. c. l. en. 42. 43. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 20. p. 575.* add. *Berger. ad E. D. F. tit. 51. obs. 8. not. 3. p. 1739. seq.*

8. In Electoratu Saxoniæ Episcopatus, ut & ditiones Serenissimorum Ducum incorporatæ non habentur pro diverso territorio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 44.*

9. Affigi edictum citatorium debet eo in loco, ubi solitus alias est vagabundus conversari, *Carpz. proc. tit. 3. art. 1. n. 71.*

10. Magistratus loci debet testimonium affixionis transmittere, idque ad acta poni, & nec antea ulterius procedendum, quam de affixione legitime facta

cta constet, *Carpz. jurispr. consist. lib. 3. def. 63. Brunnem. jur. eccles. lib. 3. c. 2. §. 16.*

11. Reus absens, qui sub pœna confessi & convicti edictaliter citatus, emansit, a pœna contumaciæ liberatur, si juret, citationem sibi haud innotuisse, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 470.*

CIVIS. CIVITAS.

1. Adversus civitatem præscriptio juris Saxonici, 30. annorum, anni & diei locum habet, *Constit. Elect. Sax. 6. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* quæ vero contra quosdam saltem cives intentata civitati non nocet, *Carpz. c. l.* At jure civili & communi Saxonico adversus civitates non nisi 40. annorum præscriptio locum habet, *Zobel. advert. 29. lib. 1.* **Landr.** *Habn. ad Wesenbec. tit. de præscript. n. 7.*

2. Quando civitas magistratui omnem in se potestatem dedit, ita, ut omne penes ipsum sit imperium, & se totam repræsentet, magistratus valet tantum atque ipsa civitas, seu universi congregati possent, adeoque ab eo acta valent, atque omnem civitatem obligant: modo nihil fiat contrarium aut legibus civitatis, aut fini societatis aut rationabili menti coëuntium, atque in se potestatem dantium, *Mev. p. 3. dec. 229. n. 1. seq. Hartm. Pistor. p. 1. qu. 37. n. 1. & 2. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 361.*

3. Si vero magistratus tantum sunt rectores ac administratores, refert, an agunt vel contrahunt officio suo convenientia & incumbentia, an extra ejus limites: priori casu civitatem obligant, *l. 5. de decret. ab ord. fac. l. 11. de pignor. Mev. p. 3. dec. 229. n. 6.* nec in ea re spectatur gesti utilitas, *Bolognet. in l. civitas. n. 15. de reb. credit. Mev. c. l. n. 8.* Tantum si ex contractu læsa fuit civitas, restitutionis

in

in integrum beneficio gaudebit, juxta *l. Reipublica. C. ex quib. cauſ. maj. l. Rempublicam. C. de jur. reipub. Mev. c. l. n. 10.* Poſteriori caſu etiam obligatur civitas, ſi acceſſerit mandatum, conſenſus vel ratihabitio eorum, qui populum repræſentant; nec docenda eſt in rem verſio, *Mev. c. l. n. 11. ſeq.*

4. Alia ex neceſſitate obligant, dum aliorum voluntatem ſequi rectores & adminiſtratores, ideo facta illorum univerſi obſervare neceſſe habent; cujusmodi exemplum eſt in iis, quæ in conventibus provincialibus tractantur, vel concluduntur. Quibus, etſi tantum interſunt, qui magiſtratum gerunt, vel res civitatis adminiſtrant, tamen obligant civitatem, *Mev. p. 3. dec. 229. n. 18.*

5. Alia libera & voluntaria ſunt, quæ non obligant civitatem, & de his accipienda communis JCtorum ſententia, per ſolos magiſtratus ſeu adminiſtratores civitatem non obligari, niſi ex verſione in rem vel ex approbatione ſeu ratihabitione populi, *Mev. c. l. n. 19. ſeq.*

6. Civitas ex mutuo a Senatu, vel ejus adminiſtratoribus contracto non obligatur, ſed ſoli adminiſtratores tenentur, niſi probetur a creditore pecuniam in utilitatem civitatis verſam eſſe, *l. 27. de reb. credit. Carpz. p. 2. c. 6. d. 18. 19. & 21. Philipp. ad dec. 16. obſ. 1. 2. 4. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. p. 38. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 162. Mev. p. 3. dec. 229.* compara vero *eund. Mev. p. 5. dec. 383.*

7. Ad quam probationem ſufficiunt conjecturæ probabiles, & adminiſtratores creditoribus aſſiſtere tenentur, *Carpz. d. def. 19. n. 10. & lib. 2. R. 107.* add. *Dec. Elect. Sax. nov. 16. ibique Philipp. obſ. 2. n. 8. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 2. not. 2. p. 576.*

8. Nec

8. Nec onus probandi creditor declinare potest propterea, quod administratores in chirographo exceptioni de non in rem civitatis verso renunciaverint, *Berger. dec. 205. Wernher. c. l. n. 4.*

9. Exceptio non secutæ versionis in utilitatem civitatis a civitate opposita impedit etiam paratam executionem, *Dec. Elect. Sax. nov. 16. ibique Philipp. obs. 5.* adeoque in processu executivo opponi potest, *Coler. proc. exec. p. 3. c. 3. n. 347. seq. Brunnem. consil. 72. n. 106.*

10. Creditor adversus civitatem & administratores, eodem libello, alternative ex mutuo actionem intendere potest, nec administratores, exceptione non versæ pecuniæ in utilitatem civitatis, adversus creditorem, se tueri possunt, *Carpz. lib. 2. R. 108. & 109. nec non ad d. c. 6. d. 22. & 23. Mev. p. 5. dec. 386. Berger. dec. 147.* Nam cum civitas ex facto administratorum non obligatur, hi tenentur, *l. 27. de reb. credit.* utut protestati fuerint, se nolle teneri, *Mev. p. 2. dec. 312. n. 5.*

11. Successores magistratuum seu administratorum ex pacto antecessorum non tenentur ultra, quam ipsa civitas reperitur obligata, *Mev. p. 3. dec. 230.*

12. Valide obligatur civitas, si senatus, convocatis & consentientibus omnibus civibus, vel saltem iis, qui cives repræsentant, als Zunfft-Meister, Viertels-Meister, &c. contrahit mutuum; Nec tum refert, utrum pecunia in rem civitatis versa fuerit, nec ne, vid. *Dec. Elect. Sax. nov. 16. ibique Philipp. obs. 3. Carpz. p. 2. c. 6. d. 18. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. p. 38.* modo quoad alterum casum, cives potestatem contrahendi mutuum concesserunt, *Berger. œcon. jur. lib. 3.*

lib.3. tit.2. th.2. not.2. p.576. Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.37.

13. Quod si suspicio premat civitatem, consensisse in mutuum vel cives vel tribunos plebis, jusjurandum purgatorium dictitatur, *Berger. dec.148.*

14. Sed pro communi debito legitime contracto cives singulares, eorumque bona non obligantur: quod enim universitas debet, singuli non debent, *Carpz. d. c. d. 24.* nisi cives semet ipsos singulatim obligaverint, *Carpz. d. c. d. 25.* quod creditur factum, ubi singuli nomina sua obligationis instrumento inserere patiuntur, vid. *Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 372.* Quo casu vero unusquisque non in solidum, sed pro virili saltem conveniri potest, *Carpz. d. c. d. 26.* add. *Mev. p. 2. dec. 312.*

15. Remedium ex *l. 27. de reb. credit.* etiam in aliis administratorum contractibus valere, probat *Born. dissert. de condict. cert. ex mutuo de in rem vers. c. 7. §. 1.* quem quidem laudat *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. p. 40. in fin.* ipse tamen *in œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 2. not. 2. p. 576.* statuit, *legem 27. de reb. credit.* in aliis contractibus, v. c. in annuis reditibus exulare; ut itaque in iis probatio in rem versionis exigi non possit, juxta *Carpz. d. c. d. 20.*

16. Civitas non obligatur ex deposito, quod magistratus recipit, nisi utilitatem inde percepisse probetur, per tradita *Mev. p. 5. dec. 385.*

17. Nec cautionem a Senatu, consentientibus licet tribunis, præstitam, bona civitatis afficere, tradit *VVernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 37.*

18. Singuli de civitate, abductis per hostem senatoribus quibusdam opulentis, ceu obsidibus, quod

quod his ante reditum in civitatem extortum eſt, refundere tenentur, *Lyncker. vol. 1. conſil. 1.*

19. In alienatione rerum civitatis requiritur, 1) conſenſus principis, quamvis princeps liberam adminiſtrandi poteſtatem conceſſiſſet ſenatui oppidano, 2) conſenſus civitatis, ſenatus pariter & civium, 3) ut jurent tum ſenatus, tum cives, quo, re bene inter ſe diſcuſſa, alienationem civitati exiſtiment utilem, 4) ut fiat alienatio, prævia ſubhaſtatione, 5) ut ſolenne alienationis inſtrumentum conficiatur, 6) decretum judicis, ſed ſi princeps conſenſerit, alio non eſt opus decreto, vid. *Stryck. de cautel. contract. ſect. 1. c. 3. §. 17.*

20. Solennibus his non obſervatis, alienatio nulla eſt, & bona a quocunque poſſeſſore revocari poſſunt, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 8. n. 18.* add. *VVernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 6.* quibus alienationis ſolennibus civitas renunciare non poteſt, niſi ſuperiore deſtituta, vel facultatem condendi leges habeat, *Sande de probib. rer. alien. p. 1. c. 7. n. 11. Stryck. c. l.*

21. Quodſi omnes convocati ſint, & quidam emaneant, ſufficit, duas civium partes ex tribus adfuiſſe, *l. 3. quod cujusque univerſ. Mantic. c. l. n. 16.*

22. Circa res civitatis cives præferuntur exteris, *l. un. C. non lic. habit. metrocom. Mev. p. 5. dec. 408. n. 6.*

23. Magiſtratum oppidanum, qui bona communia, Stadt-Güther, male adminiſtrat, poſſeſſor bonorum immobilium, a quo immodica tributa exiguntur, ſuſpectæ adminiſtrationis nomine accuſare poteſt, imo cuilibet civi illud ad principem deferre, eique

eique, adjecta brevi demonstratione, denunciare licet, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 276.*

24. A judicio contra magistratum arcendi sunt cives, si inde ad dissidia civilia facilis lapsus esse possit, vel materia litis sic comparata, ut a reverentia, magistratui debita, sit aliena, vel si alias officiis civium & juramento, quo ad obsequium & honorem magistratui obstringuntur, non congruat, *Mev. p. 6. dec. 70. & 79.*

25. Civis contra civitatis statuta aliquid impetrans & usurpans, perjurus est, *Mev. p. 2. dec. 317. n. 2.*

26. Senatus oppidanus coram proprio judicio adversus cives experiri potest, maxime ex causa gestæ administrationis, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 4. §. 14. p. 76. Carpz. lib. 2. R. 14.*

27. Civibus, si cum magistratu litigent, non minus quam magistratui, sumtus ex publico sunt præbendi, *Mev. p. 5. dec. 341.*

28. Jus subcollectandi cuivis civitati, etiam municipali, competit, *Mev. p. 3. dec. 216. n. 1. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 171.* Si vero civitas pertineat ad nobilem, videndum est, qui est in possessione vel quasi juris subcollectandi? Quod si civitas in ea constituta est, non debet dominum jurisdictionalem implorare, ut in collectas distributas consentiat, *Berger. dec. 29.*

29. Cives, qui immunitatem a muneribus prætendunt, quæ communiter civibus incumbunt, eandem probare tenentur, *VVernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 450.*

30. Civitas nequidem in casu necessitatis ab

eo, qui ab omnibus collectis immunis est, collectas exigere potest, *Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 255.*

31. Civis privilegiarius civium juribus fruitur, licet oneribus non sit subjectus ,, *Mev. p. 3. dec. 156. & p. 5. dec. 269.*

32. Qui civilibus commodis cum aliis frui, & negotiis se immiscere volunt, eos communem jurisdictionem civilem agnoscere non modo æquum, sed & necessarium est, *Mev. p. 3. dec. 155. n. 3.*

33. Civitas, jurisdictione prædita, fundatam habet intentionem adversus omnes in ea degentes, qui exemtionem non docent, *Menoch. lib. 2. præsumt. 16. n. 35. Mev. c. l. n. 4.*

34. Civis amplius censeri nequit, qui perpetua consuetudine semet a civitate separavit, *Gail. lib. 2. obs. 36. n. 7. Mev. p. 7. dec 188.*

CLANDESTINITAS.

1. Clandestina præsumtionem injustitiæ pro se habent, *Mev. p. 7. dec. 170. n. 1.* add. *Carpz. p. 4. c. 20. d. 7. n. 6.*

CLAVSVLA.

1. Clausula, ad determinationem actus in principio posita, porrigitur etiam ad actus sequentes, *l. 12. §. fin. l. 30. §. fin. l. 31. de legat. 1. l. 77. §. fin. de legat. 2. l. 3. §. 2. de liber. posth. Mynsinger. lib. 1. obs. 6. n. 40.* & clausula, in fine posita, refertur ad omnia præcedentia, *l. 1. in fin. C. de liber. præter.*

2. Clausulæ quædam, ex stylo notariorum, præter & contra partium mentem adjectæ, valere non debent, si in principali dispositione non reperiantur, *Heig. p. 2. qu. 17. n. 11. Carpz. p. 3. c. 1. d. 40. n. ult.*

3. Ubi enormissima læsio subest, omnes clausulæ

sulæ dolo adjectæ intelliguntur, *Dauth. in c. quamvis. n. 105. de pact. in 6to. Menoch. consil. 412. n. 20.*

CLAUSULA CODICILLARIS.

Vid. loc. *codicilli. th. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 24.*

CLERICUS.

1. Clericus, ratione vaccarum, quæ ipsi initio muneris, ad utendum, salarii loco, in pagis traduntur, ad casum minus tenetur, nisi casum vel expresse vel tacite, wenn er die Kühe als eisern übernommen, in se recepit, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 22. not. 9. p. 685.*

2. Clericus suam, suorumque causam in judicio seculari perorare potest, *c. 1. 3. X. de postul.* ita tamen, ut si verbis injuriosis atque contumeliosis utatur, a judice etiam seculari mulctari queat, *A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 12. def. 15. & 16. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 8. th. 2. not. 7. p. 959. Horn. cl. 12. R. 79. p. 899. b. Ludovic.* Einleit. zum *Consistor. Proc. c. 5. §. 23.*

3. Clerici procuratores esse prohibentur, *c. 1. 2. X. ne cleric. vel monach. secul. negot. se immisc.* nisi 1) pro ecclesia, & miserabilibus personis agere volunt, *arg. c. 1. 2. & 3. de postul. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 9. th. 3. p. 969.* 2) coram judicio ecclesiastico, *Berger. c. l.* 3) pro canonicis, *Berger. c. l.* 4) in uno negotio, eoque finito, in alio: clericis enim vetitum est, non uni, sed pluribus negotiis secularibus se immiscere, *Berger. c. l.* vid. *Telletz. ad c. 3. X. de postul.*

4. Hinc duobus clericis, qui a pastore vicino, eoque emerito, mandatum in causa Salarii, contra substitutum acceperunt, frustra objectam fuisse exceptionem legitimationis, testatur *Berger. c. l.*

5. Clerici hodie foro suo privilegiato nun-

quam, invito Consistorio, valide renunciare queunt, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 340.* dissentiunt *Ziegler. ad Lancell. lib. 3. tit. 1. §. 4. verb. pactionibus. Stryck. ad Brunnem. jus eccles. lib. 3. c. 1. §. 12. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 3. not. 4. p. 942.* In quorum Sententiam an. 1717. respondit Ordo Wittebergensis, teste ipso *Wernher. in supplem. nov. ad p. 6. obs. 340.*

6. Clericus ex L. diffamari in quocunque judicio conveniri potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 314.* vid. omnino *Ludovic.* Einleit. zum *Consistorial-Proc. c. 5. §. 15.* confer. tamen *Brunnem. jur. eccles. lib. 3. c. 1. §. 13.*

7. Nihil quoque vetat, quo minus clerici, iidemque simultanee investiti, in actionibus personalibus pariter ac realibus, coram Cancellaria, aut Curiis Provincialibus conveniri possint, *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 11. not. 11. p. 117. Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 1. obs. 105. c. 6.*

8. Nec minus reconventio clericos ad forum seculare trahit, *Titius* in der Probe des Teutschen Geistl. Rechts *lib. 1. c. 6. §. 32.* confer. *A. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 12. def. 12. Ludovic.* Einleit. zum *Consistor. Proc. c. 5. §. 21.*

9. Porro clericus, qui successit laico, hujus forum agnoscere tenetur, *l. 19. de judic. Titius c. l. §. 34.* Quamvis alii hoc restringunt ad eum casum, si clericus in instantia & lite succedat laico, post litem jam contestatam, vid. *Wernher. prox. c. l. n. 25. & 30.* add. *Brunnem. jur. eccles. lib. 3. c. 1. §. 29.*

10. Denique si clericus, ratione officii, alieno nomine, conveniatur, tanquam tutor, curator, vel procurator alicujus laici, forum sortitur coram judice seculari. Unde etiam, si clericus sequester electus sit a judi-

a judice laico, poteſt per eum compelli, ut ſequeſtrum reſtituat, *Wernher. c. l. n. 29.*

11. Pœna carceris in *mandato Regio de duellis de an. 1712. §. 19.* ſancita, in clericis locum non habet, propter *peculiare mandatum de an. 1713.* vid. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 54.*

12. Modus vero procedendi, in cauſis injuriarum §. 22. præſcriptus, etiam in clericis locum habet: nihil tamen impedit, quo minus illi, cujuscunque ſint conditionis, ſi comparere detrectent, ſub pœna canonica citari queant, *Wernher. c. l. & p. 5. obſ. 11.* Quænam vero ſint pœnæ canonicæ, exponit *Beyer. in addit. ad Carpz. juriſpr. eccleſ. lib. 3. def. 113.*

13. Clericus, ad actionem injuriarum fundandam, concionem edere non tenetur, *Rivin. ad O P. S. tit. 26. m. 13.* Poteſt tamen actor clerico ſuper injuriis, pro concione evomitis, juramentum deferre, *Rivin. c. l.* add. *Berger. dec. 179.*

14. Plane non facile proceſſum injuriarum, a parochiano adverſus parochum intentatum, admittendum eſſe, eique aliquo modo ſubveniendum, monet *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 1. §. 3. p. 10.* confer. omnino *Carpz. Juriſpr. eccleſ. lib. 3. def. 98. 100. & 101. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 3. c. 1. §. 13.*

15. Clerici ad revelanda ea, quæ ipſis, ſub ſigillo confeſſionis, credita ſunt, adigi non poſſunt, *c. 2. X. de offic. jud. ord. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 4. not. 2. p. 1054.*

16. Clericis, ſimilibusque perſonis ſalarium illius anni quadrantis, in quo decedunt, integrum debetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 406.* confer. tamen *idem in ſupplem. nov. ad d. p. 8. obſ. 406.*

CODICILLI.

1. Nihil refert, utrum testes in codicillis rogati sint, nec ne, *l. ult. §. ult. C. de codicill. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 36. p. 442.* vid. omnino *Stryck. de cautel. testam. c. 23. §. 11.* itemque masculi sint, an fœminæ, *Brunnem. ad l. fin. §. fin. C. de codicill. Stryck. c. l. §. 7.* Et codicillos coram 5. mulieribus conditos omnino subsistere, statuit *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de testib. verb. fœmina in certis causis.* dissentiunt *Zepper. de codicill. c. 8. n. 28. Bocer. disp. 6. th. 3. lit. c.* conf. *Stryck. c. l. § 8.*

2. Imo legatarii testes esse possunt, *Carpz. p. 2. c. dec. 152. Berger. œcon. jur. c. l. not. 8. pag. 445.* add. *Horn. cl. 7. R. 9. p 363. b.* dissentiunt *Brunnem. ad l. 20. qui testam. fac. poss. n. 9. & ad l. ult. C. de codicill. circ. fin. Stryck. c. l. §. 9* Nec quidem testem esse maritum posse pro uxore, & vice versa, nec socerum pro genero, tradit *Stryck. c. l. §. 10.*

3. Codicilli uno continuoque actu sunt conficiendi, *Richter. p. 1. dec. 28. n. ult. Stryck. c. l. §. 5. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 230.* & a testibus, si in scriptis conficiantur, subscribendi, licet necessitas subsignandi sit remissa, vid. *Stryck. c. l. §. 12. seq. Horn. cl. 7. R. 14. p. 375. b.*

4. Necesse quoque est, ut testes codicillatorem videant, *Richter. ad l. 9. n. 8. C. de testam. Carpz. p. 3. c. 4. d. 37. Stryck. de cautel. testam. c. 23. §. 17.* dissentiunt *Jason. lib. 3. consil. 82. n. 4. Barry de success. lib. 1. tit. 1. n. 4. circ. fin.*

5. In codicillis hereditas directo nec dari, nec adimi potest, sed obliquatur directa institutio, & trahitur ad fideicommissum; modo de voluntate disponentis constet, quod non tam testamentum, quam codicillos facere voluerit; aut appareat de voluntate

codi-

codicillantis fideicommissum relinquere volentis, *Moller. lib. 3. sem. 43. Richter. p. 1. dec. 64. Carpz. p. 2. dec. 152. Stryck. c. l. §. 20. 23. 24.* Nunquam enim creditur, codicillos fecisse, qui testari voluit, *l. 1. de jur. codicill. l. ult. C. eod. Stryck. c. l. §. 32.*

6. Si quis testamentum condere voluerit, sed in ipso negotio impediatur, & legata tantum quædam in præsentia quinque testium exprimat, hæc jure codicilli sustinere possunt, vid. *Stryck. c. l. §. 29. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 7. p. 543.*

7. Econtra, si solennia testamentorum adsint externa, heredis institutio autem omissa, nec clausula codicillaris adjecta, sed certa legata tantum in illa dispositione relicta, tunc plane corruit testamentum, & res ad casum intestati redigitur, *Stryck. c. l. §. 38.*

8. Clausulæ codicillaris hæc est vis ac efficacia, ut testamentum, quod ob defectum *formæ*, sive *internæ*, puta: *heredis institutionis*, sive *externæ*, i. e. *solennitatum*, non valet, ut testamentum, sustineatur jure codicilli, sive fideicommissi, adeo ut heres ab intestato veniens, vel priore testamento institutus, rogatus esse intelligatur, ut hereditatem & cetera restituat ei, qui in testamento, ejusmodi clausula munito, heres est institutus, aut cui aliud quid relictum est, *l. 3. de testam. milit. l. 41. §. 3. de vulg. & pupill. subst. Gail. lib. 2. obs. 114. Carpz. p. 3. c. 4. d. 38. n. 3. & dec. 155. n. 23. Stryck. de cautel. testam. c. 23. §. 36. 37. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 36. not. 1. p. 443.*

9. Idem intuitu substitutionis obtinet, *Brunnem. ad l. ult. C. de codicill.* nec non intuitu omnium heredum, sive primi, sive ulterioris gradus sint, licet tempore conditi testamenti jus succeffionis his nondum competierit, *Stryck. d. §. 37.*

10. Hunc effectum clausula codicillaris habet, licet parens aut liberi scienter sint præteriti, *Struv. ex. 34. th. 65. Stryck. de cautel. testam. c. 23. §. 39. & de success. ab intest. dissert. 1. c. 1. §. 22. Berger. c. l.* dissentit *Carpz. p. 3. c. 12. d. 9. & lib. 6. R. 113. n. 3.* Imo clausula codicillari sustineri testamentum, quod posthumus ab ignorante patre præteritus esse dicatur, monet *Berger. c. l.* confer. tamen *Stryck. de cautel. testam. d. c. 23. §. 48.*

11. Nec minus eum effectum habet clausula codicillaris, licet filius, & vice versa pater injuste in testamento exheredatus fuerit. *Gail. lib. 2. obs. 114. n. 3. Wernher. s. l. obs. for. p. 2. obs 414. Stryck. c. l. § 40.* ubi monet, idem de reliquis gravaminibus, quæ ipsi filio, heredi instituto, adjiciuntur, sentiendum esse, add. *ejusd. dissert. de clausula codicillari §. 25.*

12. Eundem denique effectum clausula codicillaris habet, si quis heredem ex tempore, vel ad tempus in testamento suo instituerit, nulla facta substituti mentione, *Stryck. c. l. § 41.*

13. Quo vero clausula codicillaris prædictos effectus habere possit, necesse est ut requisita codicilli non modo fuerint observata, *Berger. c. l. Stryck. c. l. § 36.* sed & testator testamenti factionem habuerit, ac testamentum ratione voluntatis fuerit perfectum, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 29.* Defectus enim habilitatis & voluntatis in persona testatoris per clausulam codicillarem non suppletur, *Carpz c. l. Stryck. c. l. §. 42. seq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 36. not. 2. p. 443.*

14. Nec clausula codicillaris sustinet testamentum, ubi fratri turpis persona præfertur, *Stryck. c. l. §. 45.* add. *Struv. ex. 34. th. 65. in fin.* item, si testator velit, ut testamentum simul pro parte codicilli & testa-

testamenti subsistat, *Stryck. c. l.* §. 46. porro, si pater extraneum heredem instituat, filium autem exheredem scribat, & ab hoc filio exheredato legata præstare jubeat, *Stryck. c. l.* §. 47.

15. Clausula codicillaris non subintelligitur, nisi fuerit expressa, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 38. & dec. 155. n. 6.* vel ex præsumtionibus aliud appareat, ut: si verba æquipollentia testamento inserta sint, *Carpz. d. dec. 155. n. 7. 8.*

16. Sic loco clausulæ codicillaris esse clausulam *ceteratam*, e. g. si hoc testamentum non potest valere jure testamenti, valeat &c. opinatur *Stryck. c. l.* §. 35. Idemque asserit de clausula: *omni meliori modo, Schæpffer. Synops. jur. tit. de jur. codicill. n. 7.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 279. n. 1. seq.*

17. In testamento inter liberos, ad pias causas, & militari clausula codicillaris præsumitur, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 38. n. 8. seq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 36. not. 5. pag. 444. & p. 2. supplem. ad E. D. F. p. 1147.*

18. Sed nullam dari clausulam codicillarem tacitam, sive præsumtam, eamque inanem esse in testamentis privilegiariis, *cum Strykio de cautel. testam. c. 23.* §. 32. *seq.* statuit *Wernher. d. obs. 279. n. 7. sequ.* licet, eam inanem haud esse, exemplo ostendit *Berger. in œcon. jur. c. l.*

19. Clausula codicillaris, quæ a notario ex consuetudine adjecta est, voluntate testatoris adjecta præsumitur, quamvis ipsemet fuerit ignarus literarum, *Carpz. lib. 6. R. 7. n. 20. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 36. not. 4. p. 444.*

20. Multum interest, utrum testamentum per se subsistat, an sustineatur per clausulam codicilla-

rem: priore modo heres institutus consequitur totam hereditatem, ohne Abzug; posteriore autem quarta Trebellianica deducitur ab herede ab intestato veniente, *Berger. c. l. not. 3.*

21. Codicilli priores in dubio, neque per testamentum posterius, neque per codicillos posteriores revocati censentur, *Stryck. de cautel. testam. c. 23. §. 25. 26.* confer. tamen *Carpz. lib. 6. R. 6. n. 8. seq.*

22. Codicilli per agnationem posthumi non rumpuntur, *l. 16. de jur. codicill. A. Fab. lib. 15. conjectur. c. 14. Stryck. c. l. §. 27.*

23. Codicilli, cum testamento facti, una cum testamento revocantur & corruunt, *Carpz. c. l. n. 6. Stryck. c. l. §. 28.*

24. Ille, qui ex testamento egit, & succubuit, deinceps ex clausula codicillari experiri non potest, *l. ult. pr. C. de codicill.* modo reus statim litem fuerit contestatus, nam lite nondum contestata, res adhuc est integra, ut actor, dimissa petitione hereditatis testamentaria, fideicommissariam instituere queat, *Berger. c. l. not. 6. p. 445. & Resolut. Lauterb. tit. de jur. codicill. verb. in vim fideicommissi.*

COGNATIO. COGNATUS.

1. Compellatio cognati inducit præsumtionem cognationis, *Mascard. de probat. vol. 1. concl. 411. Horn. cl. 1. R. 16. p. 29. b.*

COLLATIO.

1. Conferuntur ea, quæ a parentibus vivis, quibus succeditur, profecta sunt, *l. 17. C. de collat. Stryck. de success. ab intest. differt. 11. c. 3. §. 1.* & tempore mortis adhuc in bonis ejus, qui conferre debet, existunt, *l. 6. C. eod. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. p. 494.* add. *Carpz. p. 3. c. 11. d. 21. n. 4.* & quidem abs-

absque usuris & fructibus, nisi post mortem, *l.5. §.1. de dot. collat. Berger. c. l.* casu enim peremta respuunt collationem, *l.2. §.2. de collat. Berger. c. l.*

2. Cessat collatio, si pater illam prohibuerit, vel expresse, *nov. 18. c. 6.* vel tacite, *l.1. l.2. C. de collat. Carpz. d. c. d. 10. n. 8. 9. & d. 24. Berger. œcon. jur. c. l. not. 10. p. 500.*

3. Confertur dos & donatio propter nuptias, *l. 17. l. 19. C. de collat. Carpz. d. c. d. 14.* sed absque usuris, *Carpz. p. 2. c. 30. d. 19.*

4. Non tamen confertur dos & donatio propter nuptias, si filius filiave, contenti dote & donatione propter nuptias, paternæ hereditati renunciant, *l. ult. de dot. collat. nov. 92. c. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 218. & p. 10. obs. 338.* quod procedit, quamvis collatio patri sit promissa, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 5. p. 495.*

5. Nec confertur dos, si pater totum patrimonium divisit, & multo plus filiis, quam filiæ, dedit, *l. 39. §. 1. famil. ercisc. Berger. c. l. p. 496.*

6. Si maritus sine culpa uxoris non est solvendo, hæc tantummodo confert actionem contra maritum, *nov. 97. c. 6. Berger. c. l.* add. *Carpz. p. 3. c. 11. d. 14. n. 2. 3. & dec. 166. n. 4.*

7. Confertur quoque, quod pater liberis dedit in subsidium paternum, zur väterlichen Hülffe, *Coler. p. 1. dec. 62. n. 35. Carpz. d. c. d. 15. Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 11. p 566. Stryck. de success. ab intestat. dissert. 11. c. 4. §. 12.*

8. Si liberi negent subsidium paternum, probari id debet a coheredibus, nec creditur assertioni testatoris, *Carpz. d. c. d. 16.* confer. tamen *Mev. p. 4. dec. 233.*

9. Con-

9. Confertur, quod pater ſolvit pro filii præbenda, *Habn. ad Weſenbec. tit. de collat. dot. in fin. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 7. p. 496.* non vero reditus præbendæ, *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 10. §. 7. & de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 11. c. 3. §. 5.* diſſentit *Bruner. de collat. bonor. c. 4. n. 561.* imo ne id quidem quod ex proventibus ſupereſt, *Berger. c. l.* diſſentit *Struv. ex. 37. th. 31.*

10. Non conferuntur bona caſtrenſia & quaſi, *l. 1. §. 15. de collat.* quibus accenſentur res, ut: equi, arma, filiof. militatum abeunti datæ, *l. 1. C. de caſtr. pecul. Struv. ex. 37. th. 29.* Quo vero non ſpectat mutuum, quod filiusf. ad uſum militiæ contraxit, niſi idem ille probare poſſit ſtipendium ad ſui ſuſtentationem ſatis non extitiſſe, *Berger. lib. 2. R. 102.*

11. Nec conferuntur ſumtus in ſtudia, *l. 50. famil. erciſc. Dec. Elect. Sax. nov. 50.* ſive a patre ſive a matre erogati, *Struv. ex. 37. th. 30. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 11. c. 3. §. 8. & 13.*

12. Sub quibus comprehenduntur ſumtus in libros, filio a patre comparatos, facti, *Stryck. c. l. §. 9. 10.* item ſumtus in filii peregrinationem, *Stryck. c. l. §. 15. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 8. p. 497.* & ad obtinendas dignitates, ſive academicas, vid. *memor. dec. 50. ibique Philipp. obſ. 2. n. 7. ſeq.* ſive alias, *Struv. ex. 37. th. 30. Stryck. c. l. §. 16. 17.*

13. Conferuntur tamen ſumtus ſtudiorum, ſi pater ita voluerit, *l. 50. famil. erciſc. Struv. c. l.* quæ voluntas vero non præſumitur ex nuda conſignatione, *memor. dec. 50. ibique Philipp. obſ. 3. n. 28. Struv. c. l. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 11. c. 3. §. 11. & 18. Berger. lib. 2. R. 230.* diſſentit *Carpz. p. 3. c. 11. d. 20.* Secus fuerit, cum filius dediſſet patri chirographum

phum acceptorum sumtuum, *Berger. œcon. jur. c. l. not.8. p.497.* confer. *Wernher. sel. obs. for. p.2. obs.410.*

14. Nec minus filius confert sumtus studiorum, si pater bona filii adventitia administraverit, *Philipp. ad d. dec.50. obs. 2. n. 21. Stryck. c. l. §. 21. Berger. c. l.* aut male sint consumti, *memor. dec.50. Struv. ex.37. th.30. Stryck. c. l. §. 19. 20.* aut si tanti sint, ut reliquis liberis ne legitima quidem maneat salva, *memor. dec. 50. ibique Philipp. obs. 2. n. 15. Stryck. c. l. §. 22.*

15. Eo casu, cum pater velit, sumtus, v. c. studiorum, conferri, de illis alimenta & necessaria vitæ, quæ imprimis consistunt in Wohnung, Kost und Kleidung, atque arbitrio boni viri æstimantur, deducenda sunt, *Struv. ex.37. th.30. Stryck. c. l. §. 18. Berger. œcon. jur. c. l. p.497.*

16. Quæ fratri vel filio, ex hereditate indivisa, a reliquis fratribus, vel matre, in studia sunt suppeditata, conferuntur, *Stryck. c. l. §. 12. Berger. c. l. not. 7. p. 496.* dissentit *Struv. c. l.*

17. Debitum autem, studiorum causa, vivo patre, contractum ex communi hereditate exsolvendum est, *Stryck. c. l.*

18. Non conferuntur sumtus in opificium facti, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 7. 8. p.497. & lib. 2. R.151.* dissentit *Struv. ex.37. th.30.*

19. Non conferuntur expensæ nuptiales, *Berger. p.1. supplem. ad E. D. F. tit.45. §. 11. p.566.* nisi in dotem fuerint imputatæ, aut a patre speciatim consignatæ, *Fackelth. obs. 6. Carpz. p.3. c.11. d. 21. 22. 23. Berger. lib. 2. R.151.* confer. *Stryck. de success. ab intest. dissert. 11. c. 4. §. 8.* ubi monet, solam consignationem conferendi necessitatem non inducere, add. *Brunnem. centur. 5. dec. 21. n. 4.*

20. Nec

20. Nec conferuntur dona nuptialia, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 9. p. 499.* vid. omnino *Stryck. c. l. §. 9.* & alimenta a patre filio, ejusdemque familiæ, suppeditata, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 45. §. 11. p. 568.*

21. Nec collationi obnoxiæ sunt donationes, sive sint simplices, sive remuneratoriæ, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 317. Berger. œcon. jur. c. l. not. 8. p. 498.* add. loc. *donatio inter parentes & liberos. th. 1. 3. & 4.* nisi 1) donator hanc legem: *ut conferantur*, tempore donationis suæ liberalitati adjecit, vel 2) parentes quibusdam e liberis dotem vel donationem propter nuptias dederint, uni vero, qui a parentibus se haudquaquam disjunxit, tantumdem fere simpliciter donaverit, *Wernher. c. l. n. 20.* Plane simplices donationes conferendas esse, putat *Stryck. c. l. §. 13. seq.* add. loc. *donatio inter parentes & liberos. th. 2.*

22. Vestes, catenæ & ornamenta, quæ filia, tempore nuptiarum, a parentibus accepit, ut & arrha sponsalitia, liberis tempore sponsaliorum data, conferenda sunt, nisi donatio probetur, *Coler. p. 1. dec. 52. n. 34. Carpz. p. 3. c. 11. d. 11. 12. Stryck. de success. ab intest. dissert. 11. c. 4. §. 10. 11.*

23. Idem asserendum de sumtibus impensis ad impetrandam dispensationem matrimonii, in gradu prohibito, contrahendi, *Stryck. c. l.* item de sumtibus, qui a sponsa, e patris liberalitate, ad sponsum pervenerunt, ut puta; Trau-und Pettschier-Ring, Damast zur Bräutigams-Weste, Bräutigams-Hemde, Krause und Manchetten, *Berger. c. l. not. 9. p. 499.*

24. Mulctam, a patre pro filio solutam, venire in collationem, negat *Carpz. p. 3. c. 11. d. 25.* affirmat *Struv.*

Struv. ex. 37. th. 28. n. 3. Berger. c. l. not. 8. p. 498. ubi monet, quamvis vero ſententiam *Carpzovii* ſequaris, eam tamen ad generum, pro quo ſocer mulctam ſolvit, proferri non poſſe, ut ei donata illa vel remiſſa eſſe cenſeatur.

25. Conferunt ſoli deſcendentes, ſine diſcrimine ſexus, gradus & poteſtatis, *l. 17. C. de collat. nov. 18. c. 6.* non vero aſcendentes, *arg. l. 19. C. eod.* nec collaterales aut extranei, *arg. d. nov. 18. c. 5. & 6. Struv. jurispr. lib. 2. tit. 32. aph. 12. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. p. 494. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 192.* vid. omnino *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 11. c. 2. per tot.*

26. Moribus Saxonicis mater, licet perſona extranea ſit, marito ſuccedens, cum propriis liberis, dotem & reliqua bona conferre tenetur, quando ſcilicet ex ſtatuto Saxonico ſuccedit, *Conſtit. Elect. 20. p. 3. Carpz. p. 3. c. 11. d. 26.*

27. Conjux, in Saxonia defuncto ſucceſſurus ex ſtatuto, bona ſua conferre tenetur, quamvis collationis onus ſtatutum non expreſſe requirat, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 263.* Plane regulariter viduam, quæ ex ſtatuto ſuccedit marito, bona propria non conferre, niſi ſtatuti litera, vel ejusdem interpretatio uſualis id ipſum requirat, docet *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 2. p. 495.* compara *ejusd. E. D. F. tit. 45. obſ. 6. not. 2. p. 1531. ſeq.*

28. E contra etiam liberi a patre accepta conferre tenentur, *Carpz. p. 3. c. 11. d. 27.* etiam in eo caſu, ubi ipſis ſtatutum partem dimidiam tam paternorum quam maternorum bonorum, loco legitimæ, defert, *Carpz. d. c. d. 28.* add. *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt.*

test. dissert. 11. c. 2. §. 18. in fin. confer. tamen *VVernber. sel. obs. for. p. 7. obs. 192.*

29. Si nepos cum patruis vel avunculis avo succedit, ex persona patris vel matris conferre tenetur, quamvis hereditati ejus renunciaverit, *Heig. p. 1. qu. 24. n 37. Carpz. d. c. d. 33. VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 499.* tametsi dissentiat *Stryck. c. l. §. 15.* Secus autem fuerit eo casu, cum nepos avo ex testamento succedit, modo abstinuerit patris hereditate, *Berger. lib. 2. R. 199. n. 1.*

30 Sed nepotes, qui non sunt heredes suorum parentum, ad conferendum æs alienum, quod sui parentes defuncto avo debebant, non tenentur, *Berger. œcon. jur. t. l. not. 1. p. 495.* dissentit *VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 500. n. 6.*

31. Quid? Si avus expresse cavit, ut a nepote ea, quæ filius accepit, conferantur, licet paternæ hereditati renunciaverit? Hanc dispositionem, quatenus per eam legitimæ gravamen infertur, non valere, tradit *Stryck. c. l. §. 16.*

32. Nepotes vero, cum aliis nepotibus in successione concurrentes, ad onus collationis non tenentur, si paternæ hereditati renuncient, *Carpz. d. c. 11. d. 34. Stryck. c. l. § 17. Berger. œcon. jur. c. l. & p. 2. R. 199.* dissentit *VVernber. d. obs. 500.*

33. Quantum ex dote materna liberi acceperunt, id in hereditatem avitam conferre tenentur, *Carpz. p. 3 c. 11. d. 31. Stryck. t. l. §. 13. 14.* Imo nihil conferunt neptes in hereditatem avitam, si ultra geradam, in legitimam imputatam, de dote materna nihil acceperunt, *Carpz. d. c. d. 32.*

34. Collatio etiam in successione testamentaria liberorum locum habet, *nov. 18. c. 6.* ita tamen, ut ea tacite,

tacite, etiam per conjecturas, a testatore remitti in tantum possit, in quantum per illam ceteri liberi in legitima non læduntur, *Brunnem. ad l. 10. de collat. n. 3. Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 495.*

35. Confertur regulariter ipsa res a parentibus profecta, *Brunner. de collat. c. 5. n. 40. seq. Brunnem. ad l. 5. C. de collat. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 4. p. 495.* confer. *Stryck. de success. ab intest. dissert. 11. c. 5. §. 4.* non qualis fuit ab initio, sed qualis est tempore mortis, *Stryck. c. l. §. 6.*

36. Quod si tamen ejus, qui conferre debet, peculiariter intersit, rem ipsam, v. c. libros retineri, sufficit pretium conferri, idemque, quod fuit tempore mortis, *Berger. c. l.* add. *Stryck. d. §. 6.* Imo indistincte æstimationem conferri, sufficere, propter *l. 1. §. 12. de collat.* putat *Stryck. c. l. §. 4. 5.* add. *Carpz. p. 3. c. 11. d. 14. n. 6.*

37. Si liberi paratam pecuniam acceperunt a parentibus, collatio quoque sive imputatio in pecunia numerata fieri debet. Cujus rei hic potissimum existit effectus, ut pecunia numerata, in hereditate reperta, assignetur liberis, qui nihil antea acceperunt, usque ad exæquationem ejus summæ, quæ a coheredibus conferri debet, nec hi ante collationem & exæquationem acceptæ pecuniæ ullam prætensionem habeant ad paratam pecuniam, *Carpz. p. 3. c. 11. d. 30.*

38. Collationem petens a collaturis designationem acceptorum petere non potest, sed conferenda probare tenetur, *Mev. p. 1. dec. 85. Carpz. d. c. d. 16.* confer. tamen *Mev. p. 4. dec. 232.*

39. Si vero appareat, aliquem accepisse, unde collationi obnoxius sit, juramento quantitatem revelare tenetur, *Carpz. d. c. d. 29. Mev. d. dec. 85. n. 4.*

Stryck. c. l. §. *12.* modo tamen illi, qui conferre debent, acceptorum notitiam habeant: nepotes enim, quod filii acceperunt, jurato indicare neceſſum non habent, *Mev. p. 4. dec. 232.* quamvis, ſi probabile ſit, ipſos notitiam rerum paternarum habere, non iniquum ſit, ut ſcientiam ſuam jurato exponant, *Stryck. c. l.*

40. Add. loc. *hereditatis renuntiatio. th. 8.*

COLLEGIUM.

1. Jus collegium concedendi magiſtratibus civitatum quidem competere, at non abſolutum, ſed ſuperiori arbitrio ſubjectum, per quod ex rationabili cauſa reſiſtitur, tradit *Mev. p. 8. dec. 241.*

2. Plane in Saxonia præfectos nova collegia, ſine principis præſcitu & conſenſu, confirmare non poſſe, conſtat ex *Reſolut. Grav. de an. 1609. tit.* Von Juſtitien-Sachen. §. *18. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 18. not. 2. p. 12.*

3. Imo collegii licentiam facere, eſſe principum, nec aliter urbano magiſtratui permiſſum, quam quatenus jus ejus acquiſitum, & tunc ſuperiori inſpectionem integram eſſe, docet ipſe *Mev. p. 4. dec. 301.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 201.*

4. Jurisdictio non involvit jus collegia concedendi nova, eaque confirmandi, multo minus jus prohibendi, ne ſubditus exteri collegii fiat membrum: quanquam hodie Senatui civitatum provincialium, & nobilibus, itemque præfectis competat cura rerum politicarum, atque adeo jus ſtatuta opificiorum & collegiorum curandi, *Berger. dec. 11.*

5. Collegium ſemel extinctum, ſine venia ſuperiorum, reſtaurare non licet; habetur autem pro extincto, non ſolum, ſi omnes collegiati deceſſerunt,

wenn

wenn es ausgestorben, sed &, si renunciarunt iis, quæ collegii sunt, & substantiam illius sustulerunt, *Mev. p. 4. dec. 378.*

6. Collegium per tres personas constituitur, in una autem conservatur, *Carpz. p. 1. c. 26. d. 3. n. 3. 4. Mev. p. 4. dec. 152. n. 10. & p. 7. dec. 140. n. 2.*

7. Si omnes ex collegio, præter unum, mortui sunt, ille de bonis collegii testari, eaque alienare potest; quod quidem verum est, si collegiati pecuniam vel bona habuerunt, propter se ipsos principaliter, & ad singulorum atque cujuslibet proprium ac certum usum, ut tenuiores collegiati alantur, ad eorumque victum inde aliquid ematur, *l. 3. §. 2. de colleg. illic. Bartol. in l. ult. n. 22. eod.* Quodsi vero collegiati bona habeant, non propter se, sed ut distribuant in alios, veluti collegium misericordiæ nutrit pueros & alit infirmos; aut si bona habeant propter officium & laborem, quem sustinent pro civibus, tum certe, destructo, ac dissoluto in totum collegio, bona illa superiori, seu magistratui cedunt, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 17.*

8. Unus pluribus collegiis interesse non potest, *l. 1. §. ult. de colleg. & corpor.* & is, qui in aliud collegium transit, priori renunciasse videtur, *l. 14. C de cohort. princip.* Hoc quidem jus, imprimis in Lusatia utraque, hodie servari: at in Saxonia receptum esse, ut quis duobus, pluribusve collegiis, sibi non repugnantibus, adscribi non prohibeatur, nisi statutum vel consuetudo repugnet, testatur *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 7. not. 13. p. 814.*

9. Indignus est collegii beneficio, qui, quod ejus est, præstare recusat, *Mev. p. 2. dec. 156. n. 2.*

10. Collegium in bonis collegæ non habet pri-

vilegium perſonale, etſi quid debeat is ex ratiociniis collegii, *Carpz. p.1. c.28. d.156.*

11. Per collegii jus nihil a collegis uſurpari debet, quod publice, privatimque aliis obnoxium, *l. fin. de colleg. & corpor. Mev. d. dec.156. n.5.* Et collegii jura ſic accipienda ſunt, ne reipublicæ vel civitati noceant, *Mev. p.9. dec.100.*

12. Si collegii ſeniores cauſam agere ceſſant, ceteri collegæ agere poſſunt, *Mev. p.7. dec.388. n.2.3.* & ſeniores ipſi collegio, ceterisque collegis tranſigendo, vel appellationi renunciando nihil nocent, *Mev. p.8. dec.3. n.8.9.*

13. Quoties membra collegii inter ſe litigant, licet ſuper cauſa & juribus collegii, ſumtus tamen ex fiſco haud ſuppeditantur: ſecus ſi totum collegium vel actoris vel rei partes ſuſtinet, *Wernher. ſel. obſ. for. p.1. obſ.51.*

14. Si collegii Seniores in utilitatem collegii conveniant, expenſas ex fiſco petere poſſunt, vid. *Wernher. d. obſ.51. n.5.*

15. Duo fratres, vel ſorores pro re nata, collegio ſeculari vel eccleſiaſtico aſſidere non prohibentur, *Horn. cl.2. R.15.*

16. Ex collegio non ſtatim excluditur, qui criminis incuſatus, niſi etiam ſit convictus, *Mev. p.5. dec.257.* minus, cujus mater de atroci crimine diffamata, *Mev. p.5. dec.118.*

17. A collegio ſi parens eſt excluſus, filii ejus ante excluſionem nati nihilominus juribus collegii fruuntur, *Mev. p.9. dec.115.*

18. Collegio digni ſunt filii patris, ad mortem condemnati, vel qui ejusmodi viduam duxit in uxorem, *Carpz. dec.292.*

19. Col-

19. Collegia ſive univerſitates non niſi per ſyndicos litem in judicio peragere ac defendere valent, *Carpz. p. 1. c. 13. d. 5. & proc. tit. 5. art. 4. n. 1. Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 106.*

COLLEGIUM JURIDICUM.

1. Collegium juridicum etiam de iis reſpondere poteſt, quæ ab ipſorum profeſſione ſunt aliena, ſi clare & ſufficienter proponantur, *Horn. cl. 12. R. 57. p. 871. b.*

2. In cauſa quoque Domini territorialis, cui juramento obſtrictum eſt, collegium juridicum judicare & ſententias ferre pro re nata, nec a parte adverſa recuſari poteſt, *Horn. cl. 15. R. 71. p. 1152. a.*

3. Nec non in cauſis præcedentiæ de jure reſpondere poteſt collegium juridicum: aſt ſecundum illius ſententiam locatio perſonarum præciſe fieri non debet, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. p. 1105. ſeq.*

4. Reſponſa collegiorum juridicorum probabilem ſaltem autoritatem habent, *Horn. cl. 2. R. 11.* Qui vero reſponſum prudentum pro ſe allegare poteſt, pro temerario litigatore haberi nequit, *Hopp. ad §. 1. verba: improbus litigator. J. de pœn. temere litig. Horn. cl. 16. R. 25. p. 1280. b.*

COLLEGIUM OPIFICUM.

Vid. loc. *opifex, opificium.*

COLUMBA. COLUMBARIUM.

1. Hodie certum cuique columbarum numerum, ſecundum modum agrorum, quos poſſidet, alere permittitur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 10. not. 2. p. 231.*

2. Columbarium, ſine permiſſu ſuperioris, in ſuo quisque loco ædificare poteſt, *Berger. c. l. not. 3.*

3. Qui alienas columbas capit, furtum committit, & arbitrarie punitur in foro Saxonico, *Carpz. p. 4. c. 36. d. 5.*

COMESTIBILIA. Nußtheil.

1. Nomine comestibilium debetur viduæ nobili dimidia pars omnium esculentorum & potulentorum, quæ tempore mortis, in mariti ædibus fuerunt, & post tricesimum a die mortis mariti supersunt, Landr. *lib. 1. art 22.* §. nach diesem. *Constit. Elect. Sax. 34. p. 3. ibique Carpz. d. 2. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 44. not. 1. p. 469.* licet victum unius anni excedant, *Constit. Elect. Sax. p. 3. ibique Carpz. d. 1.*

2. Catalogum comestibilium ex responso Scabinatus Lipsiensis recenset *Carpz. p. 3. c. 35. d. 1. nec non Struv. ad Ant. Matthæi tr. de success. p. 413.*

3. Ad comestibilia autem spectat frumentum nondum trituratum, *Carpz. d. c. 35. d. 4.* illud, quo agri sunt conserendi *Carpz. d. c. 34. d. 8.* etiam illud, quod non in defuncti domo, sed alio in loco asservatur, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 219.* item quod ad forum, aliove vendendi causa, transmissum, nondum tamen venditum, *Carpz. d. c. 34. d. 7.* imo etiam, quod vivo adhuc marito venditum, nondum tamen emtori traditum, *Horn. cl. 8. R. 9. Berger. œcon. jur. c. l. not. 2.* nec minus porci saginati, licet tempore obitus mariti nondum mactati, *Carpz. d. c. 35. d. 2. &* Hanff-Körner, *Berger. c. l.*

4. Debentur viduis nobilibus comestibilia 1) non solum ex prædiis feudalibus, sed quoque ex allodialibus, *Carpz. p. 3. c. 36. d. 2.* 2) ex omnibus defuncti mariti prædiis, licet is alibi habitaverit, *Carpz. d. c. 36. d. 3.* 3) etiam ex prædiis extra territorium Saxonicum sitis, *Carpz. d. c. 36. d. 4.* nec non 4) ex con-

conductitiis, *Carpz. d. c.36. d.6. Berger. œcon. jur. lib.2. tit.4. th.44. not.2. p.469.* Pro rata tamen ad refectionem inventarii & exsolutionem pensionis tenetur vidua, *Carpz. d. c.36. d.7.*

5. Ex prædio tamen, adhuc vivente marito, vendito & alienato vidua cibaria domestica petere non potest, *Carpz. d. c.36. d.8.* Nec debentur illi comestibilia certo prædiorum usui destinata & addicta, *Carpz. d. c.36. d.5.*

6. Comestibilibus non annumeratur 1) hordeum, *Constit. Elect. Sax. 35. p.3.* nisi sit tostum, seu polentum, Maltz, *Carpz. ad d. c.35. d.8.* modo non sit factum commercii causa, ad vendendam cerevisiam, *Carpz. d. c. d.9.* 2) lupulus. *d. c.35.* 3) frumentum Saracenicum, Heyde-Korn, *d. c.35.* nisi sit mola contusum, & pulti præparatum, zur Grütze gemacht, *Carpz. d. c. d.10.*

7. Nihil quoque percipit vidua a) de cibariis, quæ post mortem demum mariti, licet ante tricesimum, inferuntur, *Carpz. p.3. c.34. d.3.* b) de frumento, tempore obitus mariti, jam quidem demenso, & in fasciculos colligato, in horreum vero nondum reposito, *Carpz. d. c. d.4.* dissentit *Berlich. p.3. concl. 47. n.7.* c) de frumento a subditis annuatim præstando, ante obitum mariti non soluto, *Carpz. d. c. d.5.* d) de frumento mutuo alicui dato, *Carpz. d. c. d.6.*

8. Ratione comestibilium uxori, in momento mortis mariti, jus acquiritur, quod per dispositionem mariti tolli nequit, *Horn. cl.8. R.30. p.507.*

9. Comestibilia anno & die in foro Saxonico præscribuntur, per *text.* Landr. *lib.1. art.28. Moller.2. Sem.11.*

COMMENDATIO.

1. Sola commendatio, veluti, si quis alicui, vel mercatori, vel alteri aliquem commendat, de mutuo danda pecunia, vel alia de causa, non obligat commendantem, *l. 12. §. 12. mandat. l. 7. §. 10. de dol. l. 13. C. quod cum eo, qui in alien. potest. ibique Brunnem. Dec. Elect. Sax. nov 42. ibique Philipp. obs. 1. n. 12. seq. Carpz. p. 2. c. 18. d. 24. n. 1 seq. Stryck. de cautel. contract. Sect. 2. c. 11. § 19.* nequidem inter mercatores, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 34. not. 1. p. 708. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 495. n 2.* dissentiunt *Marquard. de jur. mercat. p. 2. c. 11. n. 69. Carpz. d. def. 24. n. 7.*

2. Obligatur vero quis ex commendatione, si ex circumstantiis & verborum cortice mens & voluntas obligandi appareat, veluti, si quis scripserit: adhibe ei plenam fidem meo periculo, *l. 12. §. 13. mandat. l. ult. C. quod cum eo, qui in alien. potest. Carpz. dec. 126. n. 16. seq. Philipp. c. l. n. 26. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 495. n. 3. seq. & obs. 372.* vel: fide ei tanquam viro bono, & apud quem nihil est periculi; vel: ego faciam, ut tibi creditum rursum solvatur; vel: ut sis extra periculum. *memor. dec. 42. ibique Philipp. obs. 1. n. 27.* add. *Mev. p. 8. dec. 120. & 121. Stryck. c. l.* aut si dolosa sit commendatio, *l. 7. § 10. l. 8. de dol. l. 47. de R. J. memor. dec. 42. ibique Philipp. obs. 1. n. 38. seq. Finckelth. obs. 16. n. 5. Wernher. cc. ll.*

3. Pro certo fine facta cum commendatione promissio extra illum non obligat, *Mev. p. 8. dec. 121.*

4. Commendatio specialis beneficium excussionis non excludit, *Stryck. us. mod. tit. mandat. §. 11. Wernher. d. obs. 495.*

5. Partem vel advocatum, a se causam eidem collegio, ad quod acta transmittuntur, per literas aut orete-

oretenus commendatam esse, confitentes, vel convictos, puniendos esse, tradit *Berger. in E. D. F. tit. 34. obs. 3.*

COMMINATIO.

1. Comminatio, eaque a judice inferiore, citra legem, aut sententiam, citationi, aliive præcepto inserta, effectu caret, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. E. tit. 10. §. 2. p. 299.* confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 1. lit. a. p. 427.*

COMMISSARIUS. COMMISSIO.

1. In decernendis commissionibus, non est sine justa causa (*a*) prætereundus judex ordinarius, nec eidem alius adjungendus; præterea directorium actorum (*b*) ordinario relinquendum, *Resolut. Grav. de an. 1661. tit.* Von *Justitien*-Sachen. *§. 16. & 42. Berger. E. D. F. tit. 1. obs. 7. ibique not. 1. p. 20. seq.*

2. In decernendis commissionibus, ante decretum, partes audire, non esse necesse, nec satis commodum, tradit *Mev. p. 2. dec. 164.* Itaque ad unius partis petitionem decerni potest, non audita altera, *Mev. p. 3. dec. 203.* nisi adsit causa, quæ judici dubium facit, an sit decernenda commissio & decretum ab initio aliquid præjudicii habiturum sit, *Mev. p. 8. dec. 463.* vel statim appareat, adversarium justam recusandi causam habere, *Mev. p. 8. dec. 114.* cujusmodi est familiaritas cum adversario major, ut & favor quidam in illo repertus, *Mev. p. 9. dec. 18.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 29.*

3. *Commissiones, quæ ab una parte extrahuntur, respectu alterius, non esse necessitatis, sed voluntatis, cum nemo a judice competente ad extraordinarium judicium sit trahendus, cum *Stryckio in introduct.*

(*a*) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 9.*
(*b*) una cum sportulis, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

duct. ad prax. c. 2. §. 21. docet *Berger. in œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 14. p. 920.*

4. Si commissio decreta sit extrajudicialiter, seu adversario non audito, recusatio commissarii in ipso actu commissionis fieri adhuc potest, & a commissario attendi, de eo ad judicem referri, & super recusatione ejus decretum vel sententia exspectari debet: Secus si judicialiter, seu audita altera parte, *Mev. p. 9. dec. 121.*

5. Commissarius judici adjungi potest, in causis magni præjudicii, & criminalibus, *Carpz. dec. 221. n. 20. seq.* & ob suspicionem, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 5.* Non adjungendus tamen præcise est ille, quem pars gravata elegerit, *Carpz. c. l. n. 2.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 29.*

6. In commissionibus adjuncti commissarii petitio partibus libera est, *Thesaur. dec. 255. n. 1.* nec facile deneganda adjunctio commissarii, ad petitionem etiam unius ex pluribus, quibus jam communis commissio decreta est, *Mev. p. 5. dec. 128.* modo petitio adjunctionis fiat mature: ea enim in actu expediundæ commissionis non attenditur, etsi cum protestatione facta, *Mev. p. 3. dec. 110.* Ceterum adjunctio fit sumtibus petentis, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 6.*

7. Commissiones, ad Superintendentem & Præfectum simul directæ, modo in ædibus Superintendenti addictis, in der Superintendur, si scilic. causa ad Consistorium spectat, modo in domo præfecti, in dem Amt-Hause, si causa ad præfectum pertinet, expediendæ sunt, atque adeo etiam documenta originalia eo in loco, ubi acta expediuntur, relinquenda, alteri vero commissario copiæ, eæque sine pretio, dandæ sunt, *Berger. E. D. F. tit. 1. obs. 7. not. 3. p. 22.*

8. Qui semel commissionem principis petiit, & impe-

impetravit, huic rursus renunciare non valet, post emissam a commissariis citationem, si scilic. quis, posthabita commissione, coram alio inferiore judice litigare velit: Secus si coram Superiore committente, *Carpz. proc. tit. 9. art. 3. n. 78. seq. & dec. 97.* add. *Berlich. p. 1. dec. 128. Berger. dec. 249.* Multo minus, durante commissione lis est agitanda coram judice ordinario, quippe cujus jurisdictio per commissionem suspenditur, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 12.*

9. Litispendentia, decernendo commissionem, interrumpi non potest, *Carpz. lib. 2. R. 51. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 15. p. 921.*

10. Commissio ad amicabilem compositionem, salvo processu jam intentato, demandata ante omnia expediri debet, *Carpz. proc. tit. 9. art. 3. n. 101.* quamvis cœpta, ac pendente jam lite, commissio, ad tentandam inter partes litigantes concordiam, decreta, processum non suspendat, nec reum contumacem juvet, quo minus in legitima impedimenta & amissionem causæ condemnetur, *Carpz. lib. 2. R. 51.*

11. Commissariis rarissime mandatur jurisdictio: cum plerumque illis tantum causæ cognitio & amicabilis compositio committitur, quod vim mandatæ jurisdictionis non tangit, *Stryck. us. mod. tit. de offic. ej. cui mand. §. 2.* confer. *Carpz. proc. tit. 2. art. 1. n. 19. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 4. lit. k. p. 37.* Sicut & in Camera Imperiali plerumque eo fine constituuntur, ut examinent testes, vel super puncto aliquo incidenti facti veritatem inquirant, & desuper judici referant. vid. *Blum. proc. camer. tit. 73. §. 9. Rutger. Rul. de commissar. p. 1. lib. 1. c. 3.*

12. Quodsi vero Commissariis facultas non tantum cognoscendi, sed & causam ordinarii judicis

plene

plene decidendi data, mandatam habent jurisdictionem, *Stryck. c.l. §.2. & 3.* add. *Carpz. c.l. n.20. Barth. c.l.* Tali enim casu Commissarius principis mandantis jurisdictione utitur, & omnia illa, quæ ipse princeps, si præsens foret, secundum juris ordinem facturus, expedire potest. Ex quo exequendi potestas tali Commissario non deneganda, *Stryck. c.l. §.2. & 4. Barbos. ad c. 7. X. de offic. jud. deleg. n. 2. Carpz. p.1. c.1. d.17. n.5.* quamvis hodie Commissariis illam deneget *Bæckelm. ad ff. tit. de offic. ej. cui mand. in fin.*

13. Commissariis de rebus ac causis in commissione haud expressis judicare non licet, cum sit stricti juris, *c.33. X. de offic. jud. deleg. Gail. lib.1. obs. 35. n.2. Barth. hodeg. for. c.1. §. 4. lit. k. p.37.* Quare si Commissarius non sequatur tenorem suæ commissionis, sed longius progrediatur, impune ei resisti poterit, *Gail. c.l. n.4.* Cautela tamen est, ut tali casu contradicatur Commissario, & ab eo, si ad ulteriora progrediatur, appelletur. *Gail. c.l. n.5.*

14. Hinc coram Commissariis nec adhæsioni nec interventioni locus est, *Mev. p. 6. dec. 255. Barth. c.l.* Imo coram Commissariis leuterationem a sententia, quam illi publicarunt, interpositam non valere, sed coram judice delegante eam fieri oportere, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit.3. th.1. not. 13. p.920.*

15. Circa accessoria & connexa Commissarius cognoscere poterit, *c.5. X. de offic. jud. deleg. Gail. lib.1. obs.35. n.8.* Unde partes citare, contumaces punire, nuncium eligere, eundemque, si falsam relationem fecerit, punire, officiales sibi constituere, & reliqua peragere potest, quæ ad causæ expeditionem & necessitatem pertinent, *Gail. c.l. n.9. Carpz. proc. tit. 2. art.3. n.33.* nec non super fructibus & usuris ac inter-

intereſſe pronunciare, *Gail. c. l. n. 10. Carpz. p. 1. c. 1. d. 17. n. 4.*

16. Cauſa reconventionis etiam coram delegato, ſive Commiſſario tractari poteſt, *c. 1. X. de mut. petit. Gail. lib. 1. obſ. 35. n. 12.* modo datus fuit ad inſtantiam reconventi: Secus itaque eſt in eo, qui, proprio motu, a ſuperiore fuit conſtitutus, *Berger. E. D. F. tit. 6. obſ. 1. not. 4. p. 196.*

17. Nec Commiſſarius terminos ſuæ commiſſionis exceſſiſſe cenſetur quando inhibitionem, ne opus lite pendente fiat, emittit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 275.*

18. Licet autem Commiſſario demandatum, ut adjudicet prædium feudale licitatori, fines tamen mandati excedit, ſi ſubditos, antequam certus priſtino poſſeſſori præfinitus terminus ad reſignationem dominii, cogere velit, ut ſe obligent ad obſequia præſtanda novo poſſeſſori, *Rivin. ad O. P. S. tit. 40. en. 14.*

19. Cauſa ſimpliciter & in genere commiſſa, non ſolum nudum poſſeſſorium, ſed etiam petitorium commiſſum intelligitur, per *text. in c. 1. X. de ſequeſtr. Gail. lib. 1. obſ. 35. n. 11.* niſi cauſa poſſeſſionis nuncupatim & in ſpecie ſit commiſſa, *Gail. c. l.*

20. Partes ſunt Commiſſarii, de iis, quæ incidunt & commiſſionem impediunt, ubi non ſunt de eorum officio referre ad Committentem, *c. 2. de offic. deleg. Mev. p. 6. dec. 255. n. 1.* Et circumſpecti Commiſſarii, quando, propter partium contradictionem, de commiſſa jurisdictione dubitare incipiunt, utrum videlicet talis controverſus articulus ſub commiſſione comprehendatur, Committentem conſulunt, ejusque declarationem & ſecundam jusſionem

sionem expectant, per *text. in c. si quando. X. de rescript. Gail. c. l. n. 5.*

21. Non tamen decet Commissarium recurrere vel partes remittere ad Committentem in his, quæ officio ejus incumbunt, sed ita de iis ipsemet statuere debet, ut justum existimat, *Mev. p. 6. dec. 254.*

22. Commissarius, defuncto etiam committente, examen testium recte suscipit, modo committens, emissa citatione, adhuc in vivis fuerit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 27. en. 4.*

23. Pluribus constitutis commissariis, unus sine altero nihil valide facere potest, nisi commissionis functio pluribus non modo conjunctim, sed & separatim, sammt und sonders, fuerit demandata, *Carpz. proc. tit. 2. art. 3. n. 24. seq. Svendend. ad Fibig. p. 46.* Imo commissarius impeditus hodie vices suas alteri, & hic tertio con-commissario recte committit, etsi a principe conjunctim dati sint, teste *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 375.* add. *Carpz. c. l. n. 28. 29.*

24. Commissarii principis subdelegare possunt, *l. 5. C. de judic. l. un. C. qui pro sua jurisdict. c. 26. X. de offic. deleg. Gail. lib. 1. obs. 97. n. 9. seq. Rivin. ad O. P. S. tit. 23. en. 4.* Quod quidem capiendum esse de commissariis, qui e cancellaria principis constituuntur, non item de commissariis curiarum provincialium, docet *Berger. E. D. F. in Supplem. ad tit. 1. p. 1770.* Plane hodie, sive a principe, sive a magistratu inferiore commissarius detur, alium subdelegari ab iisdem non posse, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 375. n. 4.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 11.*

25. Commissio si ex officio decreta, utraque pars sumtus solvit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 10.* si ad instan-

Instantiam, impetrans, *Rivin. c. l. en. 21. Horn. cl. 16. sent. 2.*

26. Expensæ judiciales commiſſariorum, ſecundum *Reſolut. Grav. de an. 1661. tit.* Von *Juſtitien* Sachen, ſunt moderandæ. *Berger. E. D. F. tit. 36. obſ. 1. p. 1010.* Et commiſſariis pro expeditione cauſæ ac ſumtibus, ſi peregre proficiſcendum eſt, in ſingulos dies duo ſaltem imperiales a partibus ſubminiſtrantur, *Rivin. c. l. en. 22.*

27. Vid. loc. *citatio. th. 4.*

COMMODATUM.

1. Commodatum non reſpuit honorarium, *l. 6. pr. mandat. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 5. not. 2. p. 585.* vid. omnino *Franzk. ad ff. tit. mandat. n. 30. ſeq.*

2. Etiam res immobilis, imo & habitatio commodari poteſt, *l. 1. §. 1. commod. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 2. §. 2.*

3. Si ſimpliciter uſus rei alicui conceſſus, non commodatum, quippe quod cum certo modo & ad certum uſum datur, ſed precarium erit, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. caſ. 23. Stryck. c. l. §. 3.*

4. Res commodata ante finitum uſum repeti non poteſt, *l. 17. §. 3. commod.* niſi inopinata neceſſitas utendi re ſua probetur, *arg. l. 3. C. locat. Berger. c. l. not. 1.*

5. Commodatarius, ſi rem ad alium uſum adhibet, quam conventum, furti tenetur, *l. 5. §. 8. h. t.* ordinarie tamen non punitur, *Carpz. pract. crim. qu. 85. n. 65. ſeq.* add. *Berger. juriſpr. crim. c. 2. membr. 1. §. 10. p. 48.* niſi putet, ſe hoc non invito, ſed volente commodante facere poſſe, *§. 7. J. de obligat. ex delict. Stryck. c. l. §. 8.*

6. Com-

6. Commodatarius, qui ultra conventum tempus rem commodatam detinet, pro spoliatore habetur, *l.5. §.8. h. t. l.54. §.1. de furt.* nisi forte propter justam causam id faciat, *l.12. de vi & vi armat.* cujusmodi est dominium, idque liquidum in continenti, *Berger. lib.2. R.81. & œcon. jur. lib.3. tit.2. th.7. not.4. p.587.*

7. Commodatarius regulariter ad præstandam culpam levissimam tenetur, *l.5. §.2. h.t.* non item ad casum fortuitum, *l.18. pr. h.t.* etiam jure Saxonico, Landr. *lib.3. art.5. Berger. c. l. not.3.* nisi mora aut culpa ejus intervenerit, *l.5. §.3. & 7. h.t.* vel res æstimato tradita sit, *d. l.5. §.3. Berger. c.l.* nisi æstimatio facta sit cum protestatione, eam alio fine non esse factam, quam ut postea constare possit, an res æque bona restituatur, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c.2. §.10.*

8. Ideoque tenetur commodatarius, si ob ejus inimicitiam ab aliquo susceptam damnum evenerit, *l.25. §.4. locat. Wernber. sel. obs. for. p.4. obs.214. n.13.* vel si casuale incommodum ab alieno usu, quam ad quem res commodato data fuit, dependeat, *l.5. §.7. h.t. Carpz. p.2. c.26. d.7. Stryck. c.l. §.8.* nisi pari ratione peritura fuisset, si apud dominum perstitisset, vid. *Zoes. ad ff. h.t. n.2. Wernber. c.l. n.14.*

9. Quod si tamen probare queat dominus, se rem, si retinuisset, aut justo tempore recepisset, distracturum, adeoque venditione casuale damnum declinaturum fuisset, aliter sentiendum est, *Zoes. d.l. Wernber. c.l. n.15.*

10. Quid vero, si is, cui ad dominum res referenda a commodatario data est, cum eadem aufugerit? Quando voluntate domini res ad eum perferenda

da certo homini data est, casuale damnum in domini detrimentum cedit; sin autem ipse commodatarius aliquem elegerit, cui eam crederet, feret ipse damnum: nisi fortasse ei rem deferendam crediderit, qui communiter ab omnibus pro idoneo habitus est, *l. 10. §. 19. l. 20. h. t. Wernher. c. l. n. 16.* add. *Gomez. var. resol. lib. 2. c. 7. n. 3.*

11. Neque commodatarius, ad rem restituendam conventus, exceptione casualis interitus recte se tuebitur, si tempore periculi urgentis, utputa, incendii, suarum quidem rerum rationem habuerit, commodatas vero neglexerit, *l. 5. §. 4. h. t. Zoes. d. l. Wernher. c. l. n. 17.* nisi res propriæ sint pretiosiores, *Brunnem. ad d. l. 5. n. 13. Hahn. ad Wesenbec. h. t. n. 7. ad verb. dummodo non.* Plane commodatarium, præferendo res commodatas, commodantem obligare ad pretium rerum suarum refundendum, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 7. not. 3. p. 587.*

12. Necessaria est clausula de re non deteriorata reddenda, si res in eum usum commodata, ex quo non nisi deterioratio prævideri potest, *Stryck. c. l. §. 11.*

13. Si duobus res commodata, singuli in solidum tenentur, *l. 5. §. fin. h. t. A. Fab. Rational. ad d. l. 5. §. fin. Stryck. c. l. §. 14.* Plane plures commodatarios pro rata teneri, nisi actum sit, ut tanquam correi in solidum obligarentur, imo & hoc casu locum habere beneficium divisionis, putat *Berger. c. l. not. 1.*

14. Heres commodatarii actione ex contractu simpliciter tenetur, etiamsi res dolo perierit, & nihil quicquam ex commodato ad eum pervenerit, *pr. J. de perpet. & tempor. act. l. 12. de O. & A. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 2. §. 4.*

15. Heredes commodatarii pro parte heredi-

taria tantum tenentur, nisi unus facultatem totius rei restituendæ habeat, & non faciat, *l.3. §.3. h.t.* vel ex unius heredis facto agatur, *l.17. §.2. h.t. Stryck. c.l. §.14. Berger. c.l. not.2.*

16. Etiam in foro Saxonico dominus commodans rem commodatam a tertio possessore vindicare potest, *Carpz. p.2. c.26. d.5. Berger. œcon. jur. lib.3. tit.2. th.6. not. un. p.586.*

17. Si autem, re amissa, commodatarius præstiterit æstimationem, & res postea iterum reperta fuerit, erit illa commodatarii, *l.5. §.1. h.t.* adeo ut ipsi competat actio in rem utilis, etiam contra eum, cujus antea res fuit, *l.63. de R.V.* quamvis etiam alternative contra commodantem agere possit commodatarius, *l.17. §.fin. h.t. Stryck. c.l. §.13.*

18. Commodans regulariter tantummodo de lata culpa & dolo tenetur, *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.2. th.7. not.5. p.586.* Sic qui vasa vitiosa commodavit, si ibi infusum vinum vel oleum corruptum effusumve sit, condemnandus eo nomine est commodans, *l.18. §.3. h.t. Stryck. c.l. §.12.* Imo, si rem commodandam laudet, vel, ac si omni vitio destituta esset, asserat, & fidem assertioni habeat commodatarius, ex post facto autem damnum inde sentiat, redundabit hoc in commodantem, *arg. l.22. in fin. h.t. Stryck. c.l.*

19. Commodatarius repetit impensas in rem commodatam factas, scil. extraordinarias & magnas, sive necessarias, *arg. l.18. §.2. h.t.* sive utiles, modo ad has accesserit consensus commodantis expressus aut tacitus, *arg. l.25. de pignor. act.* non item ordinarias & modicas, i.e. ejusmodi, quæ secundum naturam rei requiruntur, & sine quibus usus rei haberi nequit, *d. l.18. §.2. Berger. c.l. not.6.*

20. Vid.

20. Vid. loc. *compensatio. th. 21.*

COMMUNIO. COMMUNIS RES.

1. Nemo invitus cogi potest, ut in communione persistat, *l. 4. §. 1. l. 65. pr. pro soc. l. pen. C. commun. divid. Carpz. p. 3. c. 15. d. 43. Horn. cl. 3. R. 4. p. 171. b. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 240. n. 2.*

2. Nec valet pactum, ne divisio omnino fiat, *l. 14. §. 2. comm. divid. Carpz. lib. 1. R. 103. n. 8.* Ne autem intra certum tempus divisio fiat, valet, *d. l. 14. §. 2. Carpz. c. l. n. 17.* ut & pactum juratum, *Brunnem. ad d. l. 14. n. 5.* nisi inevitabiles discordiæ ex communione sequantur, *Brunnem. ad l. fin. C. comm. divid. n. 8.* Plane invitum in communione persistere cogi eum, qui convenit, ut in perpetua communione persistatur, tradit *Mev. p. 9. dec. 157.*

3. Nec pater in testamento liberis injungere potest, ut perpetuo stent in communione, *Brunnem. ad d. l. 14. n. 7.* ad tempus vero communio injungi potest, *l. 4. de condit. instit.*

4. Nec denique præscriptione induci potest communio perpetua, *Carpz. lib. 1. R. 103. n. 7. Wernher. c. l. n. 6. & p. 10. obs. 489.* add. *Brunnem. ad d. l. 14. n. 10.* dissentit *Mev. p. 9. dec. 157.*

5. In communione permanere tenentur inviti, nec ad divisionem provocare possunt minorennes heredes; inter hos enim, absque causa sufficienti & decreto magistratus, non potest fieri divisio, *l. 7. de reb. eor. qui sub tut. l. 17. C. de præd. min. Carpz. p. 3. c. 15. d. 44.* nisi major intervenerit, qui ad divisionem provocet, tunc enim nequidem decreto opus est, quamvis forte ea occasione bona immobilia alienari debeant, *l. 1. §. 2. de reb. eor. qui sub tut. l. pen. C. quand. decret. non est opus. Carpz. c. l. Wernher. sel. obs for.*

p.3. obs.180. add. *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.6. th.3. not.10. p.720.*

6. Nec minus in communione permanere tenetur invitus maritus, qui fundum, cum alio communem, inæstimato in dotem accepit, *l.2. C. de fund. dot.* ecclesia, *Dd. in l.14. C. de SS. eccles.* item si ex consuetudine bona quædam reddita sint indivisibilia, *Mev. p.9. dec.157.* & denique si commune sic comparatum est, ut pertinens sit aliorum bonorum, & quidem sine magna incommoditate non separabile, *Mev. c. l.*

7. Extra causam communionis, quod ab alterutro acquiritur, de pecunia licet communi, haud tamen commune efficitur, *l.52. §.6. pro soc.* salva tamen alteri actione in personam, *Carpz. p.3. c.15. d.45.* Nec communioni acquiritur, quod aliunde venit, *Carpz. lib.5. R.22. n.6.* Gestum vero ab alterutro nomine communi, omnium commodo cedit, salva gestori repetitione sumtuum factorum, *Carpz. d. c. d.46.*

8. Quod unus ex sociis expendit non occasione societatis, vel communionis, sed proprio nomine, illud non venit in rationem communionis, *l.67. §.1. pro soc. A. Fab. in Cod. lib.4. tit.27. d.1. Carpz. d. c. d.47.*

9. In rerum communione neuter ab altero adigi invitus potest, ut integræ administrationis onus subeat, sed pro sua parte sibi vigilare, alterius vero partis curam socio relinquere potest, *Wernher. sel. obs. for. p.10. obs.326.*

10. Stante communione coheredes in qualibet parte rei communis dominium habent, *l.46. de rit. nupt. l.2. de condit. instit. l.25. §.1. de V. S. Carpz. p.2. c.39. d.23. n.4.*

11. Domino jurisdictionali non competit jus prohibendi communionem bonorum inter subditos,

quam-

quamvis eandem diſſolvi ipſius interſit, *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 22. p. 83.*

12. In re communi melior eſt ratio prohibentis, *l. 28. comm. divid.* adeo ut unus quoque omnes reliquos prohibere poſſit, *Brunnem. ad d. l. 28. n. 3.* In neceſſaria tamen refectione rei communis non nocet adverſarii proteſtatio, *l. 12. comm. divid.*

COMMUNIO BONORUM CONJUGALIS.

1. Communio bonorum, nec jure magis Saxonico, quam civili, inter conjuges proprie eſt, *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. pro ſoc. ad verba: etiam maritus cum uxore. Stryck. ad Lauterb. de rit. nupt. verb. bonorum communio.* Textum enim in Landr. *lib. 1. art. 31.* Mann und Weib haben nicht gezweyet Guth zu ihren Leibe, gloſſa de ſola poſſeſſione, ſoloque uſufructu interpretatur, compara *Carpz. p. 3. c. 35. d. 9. in fin.*

2. Imo nequidem, quod ad poſſeſſionem & uſumfructum, vera inter conjuges ſocietas eſt atque communio: minus enim juris uxor in bonis mariti, quam maritus in bonis uxoris habet, cum marito in his & libera adminiſtratio & uſusfructus ſint attributa, quæ uxor non habet, *Berger. Reſolut. Lauterb. c. l. & E. D. F. tit. 12. & 13. obſ. 1. not. 3. p. 423. nec non philoc. for. comment. de diſcrim. bonor. uxor. §. 12. p. 14.*

3. Ubi vero ſtatuto recepta bonorum communio, bona utriusque conjugis ita commiſcentur, ut, alterutro deinceps vita functo, omnis ſubſtantia a ſuperſtite jurato ſit deſignanda, atque inter hunc & defuncti liberos, ſecundum literam ſtatuti, dividenda, ſive ab utroque initio initi matrimonii illata ſit, ſive deinceps, ſive etiam ex bonis utriusque tanquam acceſſio exiſtat. Neque integrum eſt ſuperſtiti, utrum velit partiri ex ſtatuto cum liberis, an bona propria

 a de-

a demortui facultatibus separare, eademque cum acquæstu connubiali sibi retinere, *Berger. E. D. F. tit. 45. obs. 6. p. 1513. seq.* ubi etiam observat, Scabinos Lipsienses paulo aliter respondisse, loci consuetudinem stricte capientes, ut ea societas non omnimodo, sed salva conjugi superstiti electione, constituta esse intelligatur.

4. In iis locis, in quibus valet communio bonorum inter conjuges, nullus dotium, nullus pactorum dotalium, nullus donationum inter conjuges & similium juris argumentorum usus est, *Huber. prælect. ad ff. tit. de jur. dot. n. 17. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jur. dot. verb. dos.* Lites vero desuper ortæ ex jure societatis, non item ex natura dotium sunt definiendæ, *Berger. philoc. fur. in comment. de discrim. bonor. uxor. §. 12. p. 13.*

5. Formula illa generali, quæ pactis dotalibus communiter inseri solet: Dasjenige, was beyderseits Ehe-Leute währender Ehe ererben oder erwerben werden, soll beyder gemein verbleiben, subintelligitur communio quoad substantiam tantum & proprietatem bonorum, constante matrimonio acquisitorum, non vero quoad bonorum uxoris administrationem & usumfructum, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. g. p. 609.*

6. Communio bonorum inter conjuges non dat facultatem sine consensu alterius rem alienandi, *Horn. cl. 5. sent. 33. Berger. philoc. for. R. 13. p. 219.* non autem impedit, quo minus maritus bona propria alienare possit, *Berger. c. l. R. 39. p. 328. & R. 16. p. 225.* (ubi etiam statutum civitatis Belgeranæ de communione bonorum inter conjuges capiendum esse de casu successionis) compara *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 5. n. 28. seq. & tit. 9. art. 1. n. 8. seq.*

7. In

7. In quibus locis communio bonorum inter conjuges statutis vel moribus introducta est, non tantum uxores pro maritis, sed etiam hos pro uxoribus ex transitu in societatem obstringi, adeoque non solum uxorem æri alieno mariti subjici, sed & maritum pro omni ære alieno uxori incumbente, sive ex proprio ejus contractu, sive ex facto antecessoris in conjugio, oriente, obligari, ejusque bona arrestari posse, nec audiri, si antecessoris & uxoris bona creditoribus cedere velit, tradit *Mev. p.2. dec.206. n.8. p.3. dec.123. & 138.* add. *Garsias de acquæst. conjug. n.149. Sande lib. 2. tit.5. dec.8. Lauterb. disp. de societ. bonor. conjug. c.5. §.8.*

8. Ab initio tamen hoc onus & periculum evitari posse, separatione bonorum facta, & procurata solutione æris alieni, tradit *Mev. p.3. dec.125. & 138.* Sicut & uxor, post divisionem cum mariti heredibus, ultra partem, quæ illius in ea fuit, ex statuto, secus ac ex conventione, non tenetur, *Mev. p.3. dec.166.* quin & fraudis exceptio mulieri proficit contra mariti creditores, *Mev. p.3. dec.124.*

9. Add. loc. *mulieris intercessio. th.34.35.*

COMPARITIO.

1. Ad comparitionem sufficere indicationem, das Angeben, non autem requiri positiones, das Verfahren, oder Einbringen, præjudicio comprobat, *Berger. E.D.F. tit.4. obs.6. not.4. p.91.*

2. In Summo Provocationum judicio Electorali Saxonico, mandato peculiari, cautum est, ut indicatio, das Angeben, omnino & simpliciter fieri debeat, nec sufficiat, eodem adhuc die consequi positiones, das Einbringen, *Berger. c.l. p.90.*

3. Indicatio, das Angeben, in termino debet

fieri, vel ab ipso principali, vel ab ejusdem mandatario: non autem per ministros, veluti, amanuenses, ut fieri plerumque solet, *Berger. c. l. not. 3.*

4. Comparitio vel indicatio sui in termino ordinatim fieri debet, ante horam quartam (a) pomeridianam, *Berger. d. obs. 6. p. 89.* quamvis citatus fuerit ad comparendum summo diei mane, zu rechter früher Tages-Zeit, *Berger. d. obs. 6. not. 2. p. 89. Barth. bodeg. for. c. 1. §. 22. lit. c. p. 76. §. 53. lit. b. p. 259.*

5. Plane observantiam fori, hac parte, sibi ubique non constare, testatur ipse *Berger. c. l. not. 1.* Et erroneam esse opinionem eorum, qui existimant, quod statim post horam quartam, in termino auditam, adversarium præcludere, ejusque contumaciam accusare possint, notat *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 72.*

6. In causis mane expediendis, wenn Verhör angesetzet wird, ante horam pomeridianam duodecimam comparendum esse, advertit *Berger. c. l. obs. 6.*

7. Si judex certam antemeridianam horam ad actum aliquem expediendum, v. g. ad producendum testes, vel ad jurandum præstituisset, illa ipsa præcise partes adesse debere, tradit *Berger. c. l. not. 2.* de quo dubitat *Barth. c. l. p. 76.* & contrarium Ordini Wittebergensi placuisse, testatur ipse *Berger. c. l.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 195.*

COMPASCUUM.

1. Compascuum, jure familiaritatis constitutum, ab una sive altera parte pro lubitu poterit revocari,

(a) Citatus, ad præstationem juramenti aut publicationem sententiæ sive decreti, mane ante horam duodecimam, alias autem ante horam pomeridianam quintam comparere debet, secundum *Ord. Proc. Sax. tit. 4. §. 5.*

cari, *Carpz. p.2. c.41. d.9.* nec præscribi, *Carpz. p.2. c.4. d.14. Berger. œcon. jur. lib.2. tit.3. th.8. not.6. p.307. Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.356. n.4.* Secus, si jure servitutis sit constitutum, *Mev. p.5. dec.251. Berger. c.l. Wernher. d. obs.356. n.8.9. & in supplem. nov. ad eand. obs.*

2. Compascuum, familiaritatis jure, in dubio præsumitur constitutum esse, *Koeppen. dec.12. n.10. Berger. c.l. Wernher. d. obs.356.* Plane, qui jus compascui, jure familiaritatis tantum, competere ait, fundamentum intentionis suæ probare teneri, cum nulla solida ratio reddi possit, cur potius precarium, quam mutua servitus, præsumi debeat, tradit *Wernher. sel. obs. for. p.8. obs.358.*

3. Quando, jus compascui ex jure servitutis competere, probandum est, articuli, ad situm & commixtionem prædiorum directi, haudquaquam impertinentes sunt, *Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.126.*

4. Si quidem agri diversorum dominorum ita sint commixti, ut alter, sine alterius prædii attactu, pecus in suo prædio nequeat pascere, tum moribus introductum est, ut uterque pro numero jugerum, certum numerum promiscue pascere possit; id quod incidit in jus compascui, idemque jure familiaritatis constitutum, ita quidem, ut, hoc non constituto, aut revocato, cuique liceat proprium habere pastorem, *Berger. œcon. jur. lib.2. tit.3. th.8. not.7. p.307.* add. *Mev. p.1. dec.28. & p.7. dec.319. Stryck. us. mod. tit. de servit. præd. rustic. §.10.*

5. Plane in illa pascuorum communione usu invaluisse, ut pastura pecorum per communem pastorem fiat, nisi quod jure Saxonico is, qui tres mansos agrorum habet, peculiarem & proprium pasto-

rem habere queat, tradit *Wernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 356. n. 5. 6.* add. *Carpz. p. 2. c. 41. d. 7.*

6. Compascua personæ concessa tribuunt jus in pascua agendi pecus, ubicunque & quantumcunque habuerit, dummodo moderate fiat, & ita, ne alter usu rei suæ careat: sin prædio certo, non aliis pecoribus pascendi utilitas permittitur, quam quæ sunt in illo prædio; & in dubio jus compascui prædio præsumitur concessum, *Mev. p. 5. dec. 250.*

7. Quicquid una pars facit in pascuo mutuo, illud nec alteri prohibitum est, *Carpz. d. c. 41. d. 10.*

COMPENSATIO.

1. Compensatio ipso jure ex momento mutui debiti obligationem mutuam tollit, *§. 30. J. de act. l. 10. pr. l. 21. de compensat. l. 4. l. ult. C. eod. l. 7. C. de solut. Zanger. de except. p. 3. c. 8. n. 124.* & habet vim solutionis, *l. 4. C. de compensat. Carpz. p. 1. c. 31. d. 19. n. 4. & dec. 255. n. 22.*

2. Compensatio locum habet in paribus delictis, *l. 39. solut. matrim. c. ult. X. de adulter.* v. c. in injuriis mutuis: non vero jure Saxonico Electorali, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 1. p. 879.* add. *Carpz. dec. 247. n. 8.*

3. Obtinet compensatio in debito mutuo, ex quacunque causa profecto, *Berger. c. l. not. 2.* quamvis solutio jurejurando promissa sit, eo tempore, quo nondum alterum debitum existebat, *Berger. c. l.* imo licet jam extiterit, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 2. lit. t. 9. 504.* dissentit *Zoes. ad ff. h. t. n. 20. & Lauterb. h. t. §. 2.*

4. Alii putant, si quis juraverit, se veram & realem solutionem facturum, eum hac exceptione uti non posse, *Habn. ad Wesenbec. h. t. n. 10. Engelbr. ad ff. h. t.*

ff. h. t. §. 8. Merito tamen & hoc casu debitum superveniens compensari posse, opinatur *Struv. ex. 21. th. 27.*

5. Compensationi locus relinquitur, licet exceptionibus in genere renunciatum fuerit, *Barth. c. l. p. 503.*

6. Et locum habet compensatio etiam adversus rempublicam, *l. 3. C. de compensat.* & fiscum *l. ult. eod. Carpz. p. 1. c. 8. d. 9. n. 1.* modo utrumque debitum ejusdem stationis sit: nam si diversa statio sit, quam cujus nomine agitur, compensatio cessat, *l. 1. C. de compensat Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 104. & in supplem. nov. ad eand. obs. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 5. p. 881.*

7. Compensatio obtinet inter creditorem hereditarium & heredem, cui proprio nomine debetur, *Carpz. p. 1. c. 8. d. 8.* Eaque uti potest fidejussor, a creditoribus conventus, ex persona debitoris, *Carpz. lib. 2. R. 103. n. 14. Mev. p. 1. dec. 117.* Nec in præjudicium fidejussoris exceptioni compensationis renunciari potest, *Barth. hodeg. for. c. 4. §. 22. p. 754.*

8. Unus ex correis debendi, ex debito socii, adversus creditorem compensare potest, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 4. not. 5. p. 607. Carpz. p. 1. c. 8. d. 7. n. 2.* & propter solam obligationem naturalem compensari potest, *Carpz. d. c. d. 3.*

9. Inter mercatores etiam contra literas cambiales locus est compensationi, *Carpz. lib. 2. R. 102. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 31. p. 750.*

10. Locum habet compensatio contra debitorem inducias moratorias impetrantem, ob nomen, sive ante, sive post rescriptum moratorium, contractum, idemque proprium; nec non ob nomen, ante illud,

illud, ceſſione quæſitum: non autem ob illud, quod, ante inducias moratorias, quidem contractum, poſt illas vero, ceſſione demum quæſitum eſt, *Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 6. not. 2. p. 409.*

11. Sed compenſationem opponi non poſſe, ob id, quod alteri debet creditor, ex prætextu ceſſionis, tradit *Mev. p. 2. dec. 132. n. 10. 11. & p. 3. dec. 58.*

12. Compenſatio non impeditur, quamvis major pars creditorum remiſerit debitori partem, *Berger. dec. 186.*

13. Exceptio compenſationis etiam in concurſu creditorum locum habet, cum quis maſſæ ejusdem debet, non obſtante creditorum prioritate, modo debitum extiterit ante formationem concurſus, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 8. p. 883.* add. *ejusd. Supplem. ad E. D. F. p. 2. tit. 11. §. 20. p. 350.*

14. Debitori quidem permittitur facultas indicandi, quodnam debitum velit ſolutum, *l. 1. de ſolut.* itemque quodnam ex pluribus creditis velit compenſatum, *Mev. p. 1. dec. 116.* non etiam creditori: ſecus eſt in concurſu creditorum, quodſi enim creditor in ſententia deſignationis, duarum diverſi generis ſortium nomine, diverſimode locatur, debitor autem eidem opponit, quod ad certam ſummam, exceptionem compenſationis, compenſatio in ſortem, quæ poſteriori claſſe locata eſt, facta eſſe intelligitur, *Berger. p. 2. ſupplem. c. l.*

15. Plane poſt concurſum creditorum, ob ceſſionem bonorum factam, non eſſe locum compenſationi, ſi ante ceſſionem declarata non ſit a debitore de compenſando voluntas, tradit *Mev. p. 7. dec. 127.*

16. Debiti in diem cum debito puro non eſt compenſatio, antequam dies venerit, *l. 7. de compenſat.*

sat. Carpz. p. 1. c. 8. d. 4. Horn. cl. 16. R. 8. p. 1010. a. nisi dies creditoris gratia adjecta fuerit obligationi, *Carpz. c. l.* nec illiquidi cum liquido, *l. ult. C. eod. Carpz. d. c. d. 5. n. 1. Horn. cl. 11. R. 101. p. 779. b.*

17. Compensatio ejus, quod non debetur illi, qui convenitur, sed alii, locum non habet, *l. 16 pr. de compensat. Carpz. d. c. d. 7. n. 1.* Unde compensare non licet tutori, ob debitum pupillare convento, proprium debitum, invito creditore, in favorem pupilli, & vice versa, *Carpz. d. def. 7. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 2. p. 879.* Nec civis, cui a Senatu mutuum debetur, compensare potest cum tributis, quæ Senatus recipit, tanquam administrator, *Berger. c. l.*

18. Non valet compensare debitor vectigalium & tributorum adversus fiscum & civitatem, *l. 46. §. 4. de jur. fisc. Carpzov. d. c. d. 9. n. 5.* confer. omnino *Zanger. de except. p. 3. c. 8. n. 21. seq.* Quod quidem apud Saxones intelligendum est de extraordinariis: in ordinariis enim ibi locus est compensationi, vid. Steuer-*Patent de an. 1671. tit.* Straffe derer, welche ihre Land-Tranck-Steuer. *Berger. c. l. not. 5. pag. 881.*

19. Cessat compensatio in debitis alimentorum, & stipendiorum, itemque ex fideicommisso, civitati dato, *l. 3. C. de compensat. Carpz. d. def. 9. Berger. c. l.* Idque non solum de futuris, sed etiam præteritis alimentis, quorum nomine mutuum contractum est, intelligendum, *Berger. c. l.*

20. Compensatio locum non habet in spolio, *Carpz. lib. 2. R. 101. Berger. c. l. p. 882.* nec in speciebus, cum compensatio tantum obtinet in quantitatibus, quæ mutuam functionem recipiunt, *Carpz. p. 1. c. 8.*

30. Qui, omissa compensatione, totum solvit, non tantum, quod solvit, ut indebitum, condicere, sed & ex suo credito, quod remansit, actionem instituere potest. Neque, quod ad posterius agendi genus, interest, scierit actor, an ignoraverit, sibi, cum antehac interpellaretur, compensandi jus competere: compensatio enim est voluntatis, non necessitatis, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 4. p. 880. & philoc. for. R. 48. p. 386.*

31. Compensationis exceptio, si restituendi sint fructus a possessore, sive bonæ sive malæ fidei sit, quamvis non annexa litis contestationi, virtualiter in ipsa condemnatione reservatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 62.*

32. Add. loc. *fructus. th. 2.*

COMPETENTIÆ BENEFICIUM.

Vid. loc. *beneficium competentiæ.*

COMPOSITIO AMICABILIS.

Vid. loc. *amicabilis compositio.*

COMPOSSESSIO.

1. Compossessionem non aliter sustineri, quam si, implorato officio judicis, obtenta sit, & diverso possidendi modo exerceatur, advertit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 1. not. 5. pag. 546.* add. *Horn. cl. 9. R. 1.*

2. Ast etiam extrajudicialiter, sed absque strepitu, compossessionem apprehendi posse, præjudicio comprobat *Barth. hodeg. for. c. 5. §. 7. p. 813.* ubi tamen in fine monet, quod si pro solido quis rem aliquam possideat, privata autoritate compossessionem apprehendere minime liceat.

3. Compossessioni toties locus est, quoties possessor non habet animum possidendi in solidum, sed

pro

pro parte, ut puta, cum vidua possidet, sive velit succedere ex testamento, sive ex lege, aut statuto. Utroque casu ea contendit pro possessione non solidaria, sed partiali, sicubi sit coheres, vel ex testamento, vel ex lege, aut statuto, tum enim ipsamet confitetur, se possidere non in solidum, adeoque nec hac mente, ut alterum, quo minus pariter possidere possit, prohibere velit, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 5. §. 7. p. 1788. Barth. c. l. p. 812. seq.* add. *Stryck. dissert. de compossess.*

4. Si plures in eadem re jus aliquod prætendunt, neuter tamen adhuc possidet, nec ab initio statim lis componi potest, omnes interea in compossessionem sunt mittendi, *Horn. cl. 12. R. 51. p. 855. a.*

COMPROMISSUM. COMPROMITTERE.

1. Compromittere possunt litigantes valide, etiam coram judice ordinario, quo scil. non servato ordine processus absque ambagibus cognoscat, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 15.* quin judicis officium est, ut partes litigantes suadeat, de abbreviando processu *(a)* compromittere, *O. P. S. tit. 1. §.* besonders.

2. Compromissum non extenditur ad renunciationem beneficiorum suspensivorum, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 7. p. 605.* Et in compromisso recte opponuntur exceptiones dilatoriæ, nisi expresse iis renunciatum fuerit, *Carpz. p. 1. c. 3. d. 19. 20.* Compromissum enim est stricti juris, * non nisi ad ea, quæ sunt expressa, extendendum, *Carpz. lib. 3. R. 113. n. 6. & R. 103. n. 17. necnon proc. tit. 17. art. 4. n. 54.*

3. Compromissum, quo partes omnibus exceptionibus dilatoriis renunciarunt, non juvat here-

X dem,

(*a*) Conf. *Ord. Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 2.*

dem, ut a satisdatione & reconventione sit immunis, *Berger. dec. 317.* Compromissum enim non transit ad heredes compromittentium, *l. 27. §. 1. l. 32. in fin. l. 49. §. 2. de recept.* In causa tamen dividua, licet ex parte defuncti compromissum expiret, subsistit tamen ratione superstitum, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 16. n. 1. 2.*

4. In compromisso, in quo non nisi appellatio reservata fuit, locus haud datur leuterationi, *Carpz. proc. tit. 17. art. 4. n. 52. 53.* nisi per appellationem unius partis sententia fuerit correcta, *Carpz. c. l. n. 56. lib. 3. R. 113.*

5. Ex compromisso quando agitur, contumacia rei amissione causæ non punitur, *Carpz. p. 1. c. 9. d. 21.* Actor autem contumax in compromisso ad agendum ulterius non admittitur, donec reo, ab instantia absoluto, expensas restituerit, & cautionem de lite prosequenda præstiterit, *Carpz. d. c. 9. d. 22. & proc. tit. 8. art. 1. n. 58. seq.*

6. Compromissum unius tantum consensu, vel in totum, vel pro parte dissolvi nequit, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 16. & proc. tit. 2. art. 3. n. 41. 42.* Quod si tamen compromisso pœna fuerit adjecta, aditione judicis ordinarii, finitur compromissum, pœna persoluta, *l. 30. de recept. ibique Brunnem.* add. *Horn. cl. 12. sent. 88.*

7. Non potest recusari jusjurandum, a parte delatum, prop... ea, quod ex compromisso agatur judiciali, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 37.*

8. Compromissum speciale mandatum requirit, *l. 60. de procurat. c. 4. de procurat. in 6. c. 9. X. de arbitr. Martin. ad O. P. S. tit. 7. §. 5. n. 38. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 3. not. 6. & tit. 34. th. 2. not. 2.* In Curia tamen Provinciali Lipsiensi per observantiam

rece-

receptum esse, quod compromissum etiam sine speciali mandato fieri possit, testatur *Berger. dec. 268.*

CONCLUSIO CAUSÆ.

1. Conclusio causæ indiget specialis mandati, quia est species renunciationis, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 26. th. un. not. 1. p. 1124.*

2. Conclusio causæ non est de substantia processus, nec omissa hunc vitiat, scil. jure civili, *Mynsinger. centur. 5. obs. 17.* ex observantia tamen ad formam ejus relata est, *Maranth. in specul. p. 4. dist. 9.* adeo ut nulla sit sententia, quæ egreditur conclusionis terminos, nisi partes concludere debuerunt, *Mev. p. 2. dec. 265. n. 1. 2.* confer. *Gail. lib. 1. obs. 107.*

3. Concludi in causa dicitur, quando utrinque probationibus renunciatur, *Gail. lib. 1. obs. 107. n. 5.* Hoc vero non tantum fit expresse, sed etiam tacite, veluti: si nihil probandum restat, vel terminus præfixus est elapsus, *Bald. consil. 358. n. 4. Mev. p. 2. dec. 265. n. 7.*

4. Post conclusionem in causa nihil amplius admittitur, *Mev. p. 3. dec. 185. n. 1. 2. 3.* exceptis causis 1) criminalibus, 2) civilibus, iisque favorabilibus, utputa, matrimonialibus, minorum, causarum piarum; imo etiam, *O. P. S. tit. 29. §. ult.* admittuntur responsa prudentum, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 26. th. un. not. 2. p. 1124.*

5. Potest tamen rescissio conclusionis peti, usque ad sententiam, ex rationabili causa, *Mev. p. 1. dec. 134. n. 6. & p. 5. dec. 240. n. 6.* Et aliquando conclusio causæ a judice rescindi potest, ut puta, cum acta non sufficiunt, ut ex iis ferri possit sententia definitiva; quo illud: *judici nunquam concluditur,* pertinet,

tinet, *Berger. c. l. not. 3.* add. *Gail. lib. 1. obs. 107. n. 6. seq. Mev. p. 7. dec. 31. & dec. 218. item p. 6. dec. 284.*

6. Post conclusionem in causa documenta, quorum in actis facta mentio, produci jubere, & ad clarificanda, quæ in actis occurrunt dubia, interrogare, & informationes a partibus exigere potest judex, *Mev. p. 3. dec. 185.*

CONCUBINATUS.

1. Concubinatus hodie prohibitus est, sub pœna arbitraria, *Rec. Imp. de an. 1530. tit. 33. Ord. Prov. Sax. de an. 1550. tit.* **Von verdächtigen und leichtfertigen Weibes-Personen.** &, si interposita admonitione non intermittitur, relegatio solet decerni, *Carpz. proc. crim. qu. 70. n. 38. seq. & p. 4. c. 28. d. 5. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 10. th. 2. p. 806.*

CONCURSUS CREDITORUM.

Vid. loc. *creditorum concursus.*

CONDITIO.

1. Conditio turpis & impossibilis in materia ultimarum voluntatum habetur pro non adjecta, *§. 10. J. de hered. instit. Horn. cl. 7. sent. 42. p. 445. a.* sive affirmative sive negative alterutra adjiciatur, *Ludovic. us. pract. dist. jurid. lib. 35. tit. 1. dist. 5.*

2. Conditio turpis contractum vitiat, sive affirmative, sive negative apposita fuerit: impossibilis autem conditio affirmativa tantum contractum vitiat, non item negativa, quippe quæ detrahitur, *Ludovic. c. l.*

3. In contractibus impossibilis conditio impedit quidem obligationem, sed non resolvit dationem, si scienter quis dederit, cum jura facilius concedant retentionem quam actionem, *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de condict. caus. dat. caus. non sec.*

4. Con-

4. Conditio causalis quandocunque impleatur, nihil interest, potestativa autem tantum post mortem testatoris est adimplenda, *l. 2. de condit. & demonstr.* nisi conditio non sit reiterabilis, *l. 10. pr. eod. Ludovic. c. l. dist. 2.*

5. Conditio intra tempus expressum adimplenda est, post illud adimpleri nequit, *Carpz. p. 2. c. 1. d. 8. n. 4.*

6. Conditio habetur pro impleta, quoties non stat per eum, qui implere debuit, sed magis per adversarium, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 28. n. 5.*

CONFESSIO.

1. Confessio extrajudicialis semiplene probat, adeoque jurijurando suppletorio locum dat, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 25. Carpz. p. 1. c. 16. d. 21. n. 2.* modo confessio facta plene probetur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 13. not. 2. p. 1122. & elect. proc. matrim. §. 29. p. 303.* add. *Carpz. proc. tit. 13. art. 3. n. 12.*

2. Unius igitur testis dispositio de confessione extrajudiciali non sufficit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 7.* Quo casu tamen ad purgatorium, maxime, si aliæ circumstantiæ concurrant, deveniri posse, respondit Ordo Wittebergensis, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 266.*

3. Si reus acceptaverit quidem jusjurandum, sibi super concubitu delatum, deinceps vero extra judicium coram duobus testibus confiteatur, se actricem deflorasse, ad jusjurandum non admittendus, sed suppletorio locus adhuc relinquitur, *Berger. elect. proc. matrim. c. l.*

4. Multo minus permittenda est præstatio juramenti, ab adversario licet delati, judicialiter confes-

so, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. d. 10. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 449.*

5. Plenam facit probationem confessio extrajudicialis, si fuerit geminata, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 25. n. 2. Carpz. p. 1. c. 16. d. 21. n. 3.* vel a parte adversa accepta, *Carpz. d. def. 21. n. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 266. n. 2. Zoes. ad tit. de confess. n. 15.*

6. Plane confessionem extrajudicialem effectum plenarium habere etiam sine acceptatione, modo alias plene probari possit scriptura, vel testibus, tradit *Ludovic. us. pract. dist. jurid. lib. 42. tit. 2. dist. 2.*

7. Confessio judicialis plenissime probat, *l. 1. de confess. l. un. C. eod. Carpz. lib. 3. R. 67.* & hodie perinde est, sive ante, sive post litis contestationem fiat: nam utroque casu decreto aut sententia opus est, *Ludovic. c. l. dist 1.* confer. tamen *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit 25. th. 13 not. 3. p. 1122.* ubi, si ante litis contestationem fiat, officium judicis implorari possit, ut adversus confessum, æque ac judicatum, procedatur executive.

8. Facta confessione, ulteriori probatione & reprobatione opus non est, sed ea excluditur, *Carpz. lib. 3. R. 63. Philipp. ad dec. 12. obs. 1. n. 15.*

9. Ad utramque autem confessionem, sive judicialem, sive extrajudicialem, requiritur præsentia adversæ partis, *l. 6. §. 3. de confess. Berger. œcon. jur. c. l. not. 2.*

10. Confessio actoris, libello comprehensæ, fides in ejus præjudicium habenda, pleneque credendum est, *Obrecht. de libell. c. 18. n. 15. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 194.*

11. Confessionem, si nondum acceptata sit, revocari posse, volunt DD. *Mynsinger. centur. 4. obs. 5.* confer.

confer. *Habn. ad Wesenbec. tit. de confess. n. 5. & 10.*

12. Confessio, etiam judicialis, contra matrimonium non adeo valet, quo minus deinceps retractari possit, *Berger. elect. proc. matrim.* §. *48. p. 330.*

13. Confessio, coram judice incompetente facta, extrajudicialis loco habetur, *Berger. elect. proc. exec.* §. *24. p. 32.* Nec interest, judex incompetens sit spectata potestate, an rei subjectione, *Lauterb. disp. de confess. th. 27. Berger. elect. proc. matrim.* §. *48. pag. 331.*

14. Confessio stupri, quæ facta est, coram judice seculari, non impedit, quo minus eadem deinceps coram magistratu ecclesiastico revocari possit, tradit *Berger. E. D. F. tit. 16. obs. 1. not. 5. p. 465.* confer. tamen *id. c. l. tit. 32. obs. 1. p. 866. & elect. proc. matrim. c. l.*

15. Frustra injungitur solutio mulieri, & peragitur executio, si sine curatore in judicio debitum confessa est, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 7.*

16. Confessio soli confitenti nocet, *c. 1. X. de confess. ibique Dd.* adeoque confessio consortis in causa dividua consorti minus præjudicat, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 5.* §. *8. p. 30.* add. *Carpz. dec. 13. n. 6.*

17. Confessio qualificata, quoties ea complectitur capita separata dividi, & pro parte proficua acceptari potest, *Hartm. Pistor. lib. 4. qu. 16. n. 5. Horn. cl. 12. sent. 70. p. 885. b.* non item cum capita continet connexa, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 13. not. 6. p. 1123.*

18. Imo, quando qualitas confessioni adjecta continet factum, licet diversum, adjectum tamen ad quali-

c. 8. d. 32. n. 2. nisi æstimatio speciei sit adjecta, *Mev. p. 2. dec. 332. n. 3.*

21. Hinc exulat compensatio in deposito & commodato, *Carpz. d. def. 32. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 2. §. 16.* licet depositum sit irregulare, *Franzk. ad ff. tit. depos. n. 39. Stryck. c. l. c. 3. §. 10.* dissentit *Bachov. ad Treutler. vol. 1. disp. 26. th. 7. lit. b.* & quidem in deposito, licet agatur ad æstimationem rei, culpa lata amissæ, *l. ult. §. 1. C. de compensat. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 5. p. 882.* cum e contra locus detur compensationi in commodato, si agatur ad æstimationem, *Stryck. d. c. 2. §. 16.*

22. Nec compensare potest, qui aureos in specie debet, ideo quod ipsi certa quantitas in pecunia numerata debetur, *Carpz. d. c. 8. d. 11.* Nec compensatione uti potest gener, adversus matrem geradam petentem, ob nondum acceptam dotem, *Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 5. obs. 134. n. 7.*

23. Fidejussor, ante factam pro debitore solutionem, ob aliud debitum ab hoc conventus, compensare non valet, *Carpz. lib. 2. R. 103.*

24. Denique cessat compensatio in pretio ob rem a fisco venditam, *l. 7. C. de compensat.* Quod tamen non est extendendum ad rem a civitate, & ad rem privatam sub hasta, venditam, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 5. p. 882.*

25. Compensatio in foro Saxonico non potest tractari per modum reconventionis, ante finitam conventionem, *Carpz. p. 1. c. 8. d. 1.* potest tamen opponi per modum exceptionis peremtoriæ, & in vim solutionis, *Constit. Elect. Sax. 8. p. 1. ibique Carpz. d. 2.* etiam in processu executivo contra instrumenta paratam executionem habentia, modo in continenti sit liquida,

quida, *Carpz. d. c. d. 13. 14. 15. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 2. p. 880.*

26. Et in ipſa executione exceptio compenſationis admittitur, *Dec. Elect. Sax. 2. ibique Philipp. obſ. 8. Berger. elect. proc. exec. th. 37. p. 45.* modo in continenti ſit liquida, *Mev. p. 7. dec. 102. Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 9.* Aſt poſt lapſum termini executionis fruſtra urgetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 409.*

27. In proceſſu executivo exceptio compenſationis neque ex libro mercatorio, cum ille, non niſi jurejurando confirmatus, plene probet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 42.* neque ex inſtrumento, ſuper contractu bilaterali, condito valet, *Berger. elect. proc. exec. §. 42. p. 49.*

28. Compenſatio ſemper & perpetuo ad cauſas connexas non pertinet; imo vero exceptio compenſationis, ſiquidem in altiori conſiſtat indagine contra inſtrumentum guarentigionatum oppoſita, in judicium reconventionis, cum cauſa compenſationis cauſæ conventionis eſt connexa veluti, exceptio impenſarum, inſtituta ſcil. actione depoſiti directa: ad ſeparatum vero proceſſum, ſi cauſa compenſationis eſt diverſa, vel uti cum compenſatio opponitur ex cauſa emti venditi contra inſtitutam ex mutuo actionem, rejicienda eſt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 21. th. un. not. 4. p. 1230. & elect. proc. exec. §. 37. p. 44. ſeq. nec non E. D. F. tit. 6. obſ. 2. not. 2. p. 203.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 6. en. 8.*

29. Exceptio compenſationis in judicio conventionis executivæ oppoſita, ſed rejecta vel deſerta in reconventione deduci poteſt: non autem ea, quæ in ordinario per ſententiam rejecta vel pro deſerta declarata eſt, *Svendend. ad Fibig. p. 773. & 774.*

30. Qui,

30. Qui, omissa compensatione, totum solvit, non tantum, quod solvit, ut indebitum, condicere, sed & ex suo credito, quod remansit, actionem instituere potest. Neque, quod ad posterius agendi genus, interest, scierit actor, an ignoraverit, sibi, cum antehac interpellaretur, compensandi jus competere: compensatio enim est voluntatis, non necessitatis, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 4. not. 4. p. 880. & philoc. for. R. 48. p. 386.*

31. Compensationis exceptio, si restituendi sint fructus a possessore, sive bonæ sive malæ fidei sit, quamvis non annexa litis contestationi, virtualiter in ipsa condemnatione reservatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 62.*

32. Add. loc. *fructus. th. 2.*

COMPETENTIÆ BENEFICIUM.

Vid. loc. *beneficium competentiæ.*

COMPOSITIO AMICABILIS.

Vid. loc. *amicabilis compositio.*

COMPOSSESSIO.

1. Compossessionem non aliter sustineri, quam si, implorato officio judicis, obtenta sit, & diverso possidendi modo exerceatur, advertit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 6. th. 1. not. 5. pag. 546.* add. *Horn. cl. 9. R. 1.*

2. Ast etiam extrajudicialiter, sed absque strepitu, compossessionem apprehendi posse, præjudicio comprobat *Barth. hodeg. for. c. 5. §. 7. p. 813.* ubi tamen in fine monet, quod si pro solido quis rem aliquam possideat, privata autoritate compossessionem apprehendere minime liceat.

3. Compossessioni toties locus est, quoties possessor non habet animum possidendi in solidum, sed

pro

pro parte, ut puta, cum vidua possidet, sive velit succedere ex testamento, sive ex lege, aut statuto. Utroque casu ea contendit pro possessione non solidaria, sed partiali, sicubi sit coheres, vel ex testamento, vel ex lege, aut statuto, tum enim ipsamet confitetur, se possidere non in solidum, adeoque nec hac mente, ut alterum, quo minus pariter possidere possit, prohibere velit, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 5. §. 7. p. 1788. Barth. c. l. p. 812. seq.* add. *Stryck. dissert. de compossess.*

4. Si plures in eadem re jus aliquod prætendunt, neuter tamen adhuc possidet, nec ab initio statim lis componi potest; omnes interea in compossessionem sunt mittendi, *Horn. cl. 12. R. 51. p. 855. a.*

COMPROMISSUM. COMPROMITTERE.

1. Compromittere possunt litigantes valide, etiam coram judice ordinario, quo scil. non servato ordine processus absque ambagibus cognoscat, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 15.* quin judicis officium est, ut partes litigantes suadeat, de abbreviando processu (a) compromittere, *O. P. S. tit. 1.* §. besonders.

2. Compromissum non extenditur ad renunciationem beneficiorum suspensivorum, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 7. p. 605.* Et in compromisso recte opponuntur exceptiones dilatoriæ, nisi expresse iis renunciatum fuerit, *Carpz. p. 1. c. 3. d. 19. 20.* Compromissum enim est stricti juris, non nisi ad ea, quæ sunt expressa, extendendum, *Carpz. lib. 3. R. 113. n. 6. & R. 103. n. 17. nec non proc. tit. 17. art. 4. n. 54.*

3. Compromissum, quo partes omnibus exceptionibus dilatoriis renunciarunt, non juvat here-

X dem,

(a) Conf. *Ord. Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 1. §. 2.*

dem, ut a satisdatione & reconventione sit immunis, *Berger. dec. 317.* Compromissum enim non transit ad heredes compromittentium, *l. 27. §. 1. l. 32. in fin. l. 49. §. 2. de recept.* In causa tamen dividua, licet ex parte defuncti compromissum expiret, subsistit tamen ratione superstitum, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 16. n. 1. 2.*

4. In compromisso, in quo non nisi appellatio reservata fuit, locus haud datur leuterationi, *Carpz. proc. tit. 17. art. 4. n. 52. 53.* nisi per appellationem unius partis sententia fuerit correcta, *Carpz. c. l. n. 56. lib. 3. R. 113.*

5. Ex compromisso quando agitur, contumacia rei amissione causæ non punitur, *Carpz. p. 1. c. 9. d. 21.* Actor autem contumax in compromisso ad agendum ulterius non admittitur, donec reo, ab instantia absoluto, expensas restituerit, & cautionem de lite prosequenda præstiterit, *Carpz. d. c. 9. d. 22. & proc. tit. 8. art. 1. n. 58. seq.*

6. Compromissum unius tantum consensu, vel in totum, vel pro parte dissolvi nequit, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 16. & proc. tit. 2. art. 3. n. 41. 42.* Quod si tamen compromisso pœna fuerit adjecta, aditione judicis ordinarii, finitur compromissum, pœna persoluta, *l. 30. de recept. ibique Brunnem.* add. *Horn. cl. 12. sent. 88.*

7. Non potest recusari jusjurandum, a parte delatum, propterea, quod ex compromisso agatur judiciali, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 37.*

8. Compromissum speciale mandatum requirit, *l. 60. de procurat. c. 4. de procurat. in 6. c. 9. X. de arbitr. Martin. ad O. P. S. tit. 7. §. 5. n. 38. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 3. not. 6. & tit. 34. th. 2. not. 2.* In Curia tamen Provinciali Lipsiensi per observantiam

rece-

receptum esse, quod compromissum etiam sine speciali mandato fieri possit, testatur *Berger. dec. 268.*

CONCLUSIO CAUSÆ.

1. Conclusio causæ indiget specialis mandati, quia est species renunciationis, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 26. th. un. not. 1. p. 1124.*

2. Conclusio causæ non est de substantia processus, nec omissa hunc vitiat, scil. jure civili, *Mynsinger. centur. 5. obs. 17.* ex observantia tamen ad formam ejus relata est, *Maranth. in specul. p. 4. dist. 9.* adeo ut nulla sit sententia, quæ egreditur conclusionis terminos, nisi partes concludere debuerunt, *Mev. p. 2. dec. 265. n. 1. 2.* confer. *Gail. lib. 1. obs. 107.*

3. Concludi in causa dicitur, quando utrinque probationibus renunciatur, *Gail. lib. 1. obs. 107. n. 5.* Hoc vero non tantum fit expresse, sed etiam tacite, veluti: si nihil probandum restat, vel terminus præfixus est elapsus, *Bald. consil. 358. n. 4. Mev. p. 2. dec. 265. n. 7.*

4. Post conclusionem in causa nihil amplius admittitur, *Mev. p. 3. dec. 185. n. 1. 2. 3.* exceptis causis 1) criminalibus, 2) civilibus, iisque favorabilibus, utputa, matrimonialibus, minorum, causarum piarum; imo etiam, *O. P. S. tit. 29. §. ult.* admittuntur responsa prudentum, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 26. th. un. not. 2. p. 1124.*

5. Potest tamen rescissio conclusionis peti, usque ad sententiam, ex rationabili causa, *Mev. p. 1. dec. 134. n. 6. & p. 5. dec. 240. n. 6.* Et aliquando conclusio causæ a judice rescindi potest, ut puta, cum acta non sufficiunt, ut ex iis ferri possit sententia definitiva; quo illud: *judici nunquam concluditur,* per-

 tinet,

tinet, *Berger. c. l. not. 3.* add. *Gail. lib. 1. obs. 107. n. 6. seq. Mev. p. 7. dec. 31. & dec. 218. item p. 6. dec. 284.*

6. Post conclusionem in causa documenta, quorum in actis facta mentio, produci jubere, & ad clarificanda, quæ in actis occurrunt dubia, interrogare, & informationes a partibus exigere potest judex, *Mev. p. 3. dec. 185.*

CONCUBINATUS.

1. Concubinatus hodie prohibitus est, sub pœna arbitraria, *Rec. Imp. de an. 1530. tit. 33. Ord. Prov. Sax. de an. 1550. tit.* **Von verdächtigen und leichtfertigen Weibes-Personen.** &, si interposita admonitione non intermittitur, relegatio solet decerni, *Carpz. proc. crim. qu. 70. n. 38. seq. & p. 4. c. 28. d. 5. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 10. th. 2. p. 806.*

CONCURSUS CREDITORUM.

Vid. loc. *creditorum concursus.*

CONDITIO.

1. Conditio turpis & impossibilis in materia ultimarum voluntatum habetur pro non adjecta, *§. 10. J. de hered. instit. Horn. cl. 7. sent. 42. p. 445. a.* sive affirmative sive negative alterutra adjiciatur, *Ludovic. us. pract. dist. jurid. lib. 35. tit. 1. dist. 5.*

2. Conditio turpis contractum vitiat, sive affirmative, sive negative apposita fuerit: impossibilis autem conditio affirmativa tantum contractum vitiat, non item negativa, quippe quæ detrahitur, *Ludovic. c. l.*

3. In contractibus impossibilis conditio impedit quidem obligationem, sed non resolvit dationem, si scienter quis dederit, cum jura facilius concedant retentionem quam actionem, *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de condict. caus. dat. caus. non sec.*

4. Con-

4. Conditio causalis quandocunque impleatur, nihil interest, potestativa autem tantum post mortem testatoris est adimplenda, *l. 2. de condit. & demonstr.* nisi conditio non sit reiterabilis, *l. 10. pr. eod. Ludovic. c. l. dist. 2.*

5. Conditio intra tempus expressum adimplenda est, post illud adimpleri nequit, *Carpz. p. 2. c. 1. d. 8. n. 4.*

6. Conditio habetur pro impleta, quoties non stat per eum, qui implere debuit, sed magis per adversarium, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 28. n. 5.*

CONFESSIO.

1. Confessio extrajudicialis semiplene probat, adeoque jurijurando suppletorio locum dat, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 25. Carpz. p. 1. c. 16. d. 21. n. 2.* modo confessio facta plene probetur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 13. not. 2. p. 1122. & elect. proc. matrim. §. 29. p. 303.* add. *Carpz. proc. tit. 13. art. 3. n. 12.*

2. Unius igitur testis dispositio de confessione extrajudiciali non sufficit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 7.* Quo casu tamen ad purgatorium, maxime, si aliæ circumstantiæ concurrant, deveniri posse, respondit Ordo Wittebergensis, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 266.*

3. Si reus acceptaverit quidem jusjurandum, sibi super concubitu delatum, deinceps vero extra judicium coram duobus testibus confiteatur, se actricem deflorasse, ad jusjurandum non admittendus, sed suppletorio locus adhuc relinquitur, *Berger. elect. proc. matrim. c. l.*

4. Multo minus permittenda est præstatio juramenti, ab adversario licet delati, judicialiter confes-

so, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. d. 10. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 449.*

5. Plenam facit probationem confessio extrajudicialis, si fuerit geminata, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 25. n. 2. Carpz. p. 1. c. 16. d. 21. n. 3.* vel a parte adversa accepta, *Carpz. d. def. 21. n. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 266. n. 2. Zoes. ad tit. de confess. n. 15.*

6. Plane confessionem extrajudicialem effectum plenarium habere etiam sine acceptatione, modo alias plene probari possit scriptura, vel testibus, tradit *Ludovic. us. pract. dist. jurid. lib. 42. tit. 2. dist. 2.*

7. Confessio judicialis plenissime probat, *l. 1. de confess. l. un. C. eod. Carpz. lib. 3. R. 67.* & hodie perinde est, sive ante, sive post litis contestationem fiat: nam utroque casu decreto aut sententia opus est, *Ludovic. c. l. dist 1.* confer. tamen *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit 25. th. 13 not. 3. p. 1122.* ubi, si ante litis contestationem fiat, officium judicis implorari possit, ut adversus confessum, æque ac judicatum, procedatur executive.

8. Facta confessione, ulteriori probatione & reprobatione opus non est, sed ea excluditur, *Carpz. lib. 3. R. 63. Philipp. ad dec. 12. obs. 1. n. 15.*

9. Ad utramque autem confessionem, sive judicialem, sive extrajudicialem, requiritur præsentia adversæ partis, *l. 6. §. 3. de confess. Berger. œcon. jur. c. l. not. 2.*

10. Confessio actoris, libello comprehensæ, fides in ejus præjudicium habenda, pleneque credendum est, *Obrecht. de libell. c. 18. n. 15. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 194.*

11. Confessionem, si nondum acceptata sit, revocari posse, volunt DD. *Mynsinger. centur. 4. obs. 5.* confer.

confer. *Habn. ad Wesenbec. tit. de confess. n. 5. & 10.*

12. Confessio, etiam judicialis, contra matrimonium non adeo valet, quo minus deinceps retractari possit, *Berger. elect. proc. matrim.* §. *48. p. 330.*

13. Confessio, coram judice incompetente facta, extrajudicialis loco habetur, *Berger. elect. proc. exec.* §. *24. p. 32.* Nec interest, judex incompetens sit spectata potestate, an rei subjectione, *Lauterb. disp. de confess. th. 27. Berger. elect. proc. matrim.* §. *48. pag. 331.*

14. Confessio stupri, quæ facta est, coram judice seculari, non impedit, quo minus eadem deinceps coram magistratu ecclesiastico revocari possit, tradit *Berger. E. D. F. tit. 16. obs. 1. not. 5. p. 465.* confer. tamen *id. c. l. tit. 32. obs. 1. p. 866. & elect. proc. matrim. c. l.*

15. Frustra injungitur solutio mulieri, & peragitur executio, si sine curatore in judicio debitum confessa est, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 7.*

16. Confessio soli confitenti nocet, *c. 1. X. de confess. ibique Dd.* adeoque confessio consortis in causa dividua consorti minus præjudicat, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 5.* §. *8. p. 30.* add. *Carpz. dec. 13. n. 6.*

17. Confessio qualificata, quoties ea complectitur capita separata dividi, & pro parte proficua acceptari potest, *Hartm. Pistor. lib. 4. qu. 16. n. 5. Horn. cl. 12. sent. 70. p. 885. b.* non item cum capita continet connexa, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 13. not. 6. p. 1123.*

18. Imo, quando qualitas confessioni adjecta continet factum, licet diversum, adjectum tamen ad

qualificandum primum dictum, confessio dividi non potest, nec pro parte acceptari, *Heig. p. 4. qu. 16. n. 5. Horn. cl. 16. R. 23. p. 1273. a.* confer. *Carpzov. p. 1. c. 10. d. 20.*

19. Confessio judicialis supplet defectum causæ debendi, in instrumento vel libello omissæ, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 51. p. 265.*

20. Confessio ficta veræ confessioni non ubique æquiparatur, imprimis in capite infamiæ & capitalibus causis, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 13. not. 1. p. 1122.* Nam qui, intuitu delicti publici, in contumaciam, pro confesso & convicto habetur, infamiam haud incurrit, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 495.* & confessio ficta in delictis capitalibus ad condemnationem haud sufficit, sed tantum indicium ad torturam facit, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 72. & in supplem. nov. ad eand. obs.* nec pœnæ corporis afflictivæ locum facit, etsi comminatio de ea infligenda præcesserit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 114.*

21. In aliis vero delictis, quorum pœna corporis afflictiva non est, nihil impedit, quo minus statim definitive, condemnando reum, eidemque pœnam, etiam relegationis, pro re nata, dictando pronunciari posit, *Wernher. jurispr. formul. part. poster. c. 1. §. 8.*

22. Quo inquisitus pro confesso & convicto haberi posit, requiritur, ut ipsi responsio ad articulos in actis formatos, per citationem, integrum terminum Saxonicum complexam, injuncta fuerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 31.*

23. Confessio criminalis, eaque judicialis, operatur sententiam definitivam, etiam capitalem, modo 1) sit certa & perspicua, 2) facta præsente judice, & 3)

& 3) constet de corpore delicti, *Ord. crim. art. 56. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 13. not. 4. p. 1122.*

24. Confessio inquisiti ad articulos inquisitionales non aliter attendi debet, quam si præsentibus Scabinis facta, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 91.*

25. Ad confessionem rei, quodsi de corpore delicti minus constet, pœnæ extraordinariæ locus est, *Berger. c. l.*

26. Confessio extrajudicialis efficit torturam, modo 1) serio & ultro, 2) a persona suspecta facta sit, 3) de certo delicto constet, *Berger. c. l. p. 1123.* confer. *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 395. Barth. hodeg. for. c. 6. §. 4. lit. a. p. 809.*

27. Confessio inquisiti, per vim & metum extorta, nullum effectum habet, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 110.*

28. Confessio, impunitate vel mitigatione pœnæ a judice promissa, elicita in pronunciando attendi, non debet, nisi reus confessionem eam spontaneo motu repetat. In iis autem delictis, in quibus alias relegationis aut carceris pœna imponitur, si judex delinquenti, in casum spontaneæ confessionis, mitigationem pœnæ promiserit, hæc promissio servanda est, *Dec. Elect. Sax. nov. 91. ibique Philipp. obs. 1.* confer. tamen *Carpz. qu. 149. n. 1. seq.*

29. Confessio spontanea mitigat pœnam, *Carpz. c. l. n. 23. seq.* modo fiat ante incarcerationem, *Carpz. c. l. n. 41. Berg. jurispr. crim. c. 3. membr. 1. p. 167.*

30. Spontanea confessio adulteri non liberat ab inquisitione, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 148. p. 400.*

31. Sola confessio rei, tormentis subjecti, ad condemnandum haud sufficit, sed illius ratificatio,

 post

post interjectum intervallum, accedere debet, *Ord. crim. art. 56. §. ult. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 414.* absente carnifice; nec sufficit ea, quæ facta est, coram clerico, patre pœnitentiali, Beicht-Vater, *Berger. p. 1. supplem. ad jurispr. crim. obs. 40. p. 482.*

32. Ratificatio etiam post diem tertium fieri potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 51. & in supplem. nov. ad eand. obs.* dissentit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 4. not. 17. p. 1206.*

33. Et quoque fieri debet ratificatio in territione reali, *Berger. c. l. not. 18. & p. 1. supplem. ad jurispr. crim. obs. 41. p. 483.* imo reiteranda est confessio, præsente carnifice, citra torturam, ohne den würcklichen Angriff, facta, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 149. p. 403.*

34. Si reus in ipso executionis die confessionem, in tortura editam, & ratificatione judiciali corroboratam, revocat, judex Scabinos, sub jurisjurandi religione, an confessionem rei audiverint, interrogare iisdemque id affirmantibus, informationem, quid facto opus, a jureconsultis expetere debet, *ord. crim. art. 91.* neque enim, hac non expectata, uti vult *Carpz. pract. crim. qu. 126. n. 63. seq.* statim executio suscipienda est, *Brunnem. proc. crim. c. 10. n. 22. Beyer. proc. crim. pos. 28. p. 78.*

35. Quia autem hodie interrogatio Scabinorum non amplius in usu est, cautela hæc commendari solet, ut notarius cum testibus ratificationis actui intersit, ac desuper solenne instrumentum conficiat, *Carpz. c. l. n. 67. Beyer. c. l. n. 32.* Id quod in locum juratæ Scabinorum interrogationis successit. Hinc, non attenta revocatione, post ratificationem confessionis, de qua ex instrumento notarii constabat, deinceps

ceps facta, pœnam ultimi supplicii executioni dandam esse, respondit Ordo Wittebergensis, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 44.*

36. Plane, ad probandam confessionem inquisiti, fidem judicialem sufficere, nec opus esse, ut peculiaris notarius adhibeatur, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 148.* add. *Berger. jurispr. crim. quaest. 5. p. 243. & 246. nec non quaest 8. p. 256.*

37. Si vero tortus confessionem suam postea ratificare nolit, sed revocet sine ulla ratione probabili, eamque tantum tormentorum magnitudine expressam dicat, altera vice ex consilio prudentum torquendus est, ubi si rursus fateatur, & confessionem denuo revocet, tertia vice reiteranda est tortura. Sin autem & hic factam confessionem de novo revocet, præferenda est benignior sententia, quod scil. reus, extraordinaria pœna inflicta, dimittendus sit, *Wernher. supplem. nov. ad p. 3. obs. 125.* add. *Berger. jurispr. crim. quaest. 4. p. 241. & p. 1. supplem. obs. 46. p. 496.* vid. omnino *Carpz. pract. crim. qu. 126. n. 38 seq.* ubi *n. 53.* monet, quod jure quidem Saxonico in atrocissimis delictis tertiam vicem, in atrocioribus autem, puta, homicidio, furto, adulterio, perjurio &c. ultra secundam vicem repeti non possit tortura, confer. *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 20. p. 965.*

38. Si autem reus probabiles erroneæ confessionis causas alleget, ille ad deductionem illarum est admittendus, *ord. crim. art. 57. Carpz. c. l. n. 48.*

39. Plane repetitioni torturæ locum non esse, sed tortum potius absolvi debere, si revocatio statim post confessionem, & ipsis tormentis quasi adhuc durantibus fiat, tradit *Carpz. c. l. n. 61.* confer. tamen *Barth. c. l. p. 958.*

40. Quid

40. Quid autem, si reus ante torturam crimen confiteatur, postea autem neget, prætendens confessioni dolorum formidinem? Confessionem post repetitas variationes pro sufficienti habendam, & revocationem non attendendam esse, adeo ut ad ultimum supplicium perveniri possit; vel non obstante confessione torturam exequendam esse, putarunt Domini Lipsienses & Wittebergenses, vid. *Berger. jurispr. crim. quæst.3. p.224.seq. Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.125.* add. *Barth. bodeg. for. c.6. §.20. lit.a. p.966. Lyncker. centur.3. dec.245.*

41. Quid denique, si reus mox initio torturæ crimen confiteatur, postea autem neget, prætendens confessioni dolorum formidinem? Continuandam esse torturam, & quidem semper ab eo interrogatorio ac gradu, quo ultimo inquisitus confessus fuerat delictum, incipiendum, ita ut monente *Brunnem. ad l.16. n.3. de quæst.* etiam instrumentorum & temporis ratio habeatur; imo, non connumerata continuatione, pro diversitate delictorum, semel vel bis repeti, nec non, reo in variatione perseverante, modos in præcedendi quæstione suppeditatos procedendi adhiberi posse, putarunt Domini Lipsienses, consentientibus Wittebergensibus, vid. *Berger. c. l. Wernher. c. l. Barth. c. l. p.958.seq.*

42. Confessio delicti non nocet confitenti, quotiescunque ex actis apparet de delicti præscriptione, *Carpz. p.1. c.25. d.3. n.4.*

CONFESSIO AURICULARIS. CONFESSIONARIUS.

1. Confessionem revelare sacerdotes sub pœna prohibentur, *Carpz. jurispr. eccles. lib.3. def.25. n.12. 13. & p.1. c.16. d.70. Philipp. ad dec.1. obs.4.*

2. Mu-

2. Mutatio confessionarii, si probabilis causa subest, non deneganda, vid. *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 291. Stryck. ad Brunnem. jus eccles. lib. 2. c. 1. membr. 4. §. 3. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 463. Horn. cl. 1. sent. 14.*

3. Adversus concessionem alius confessionarii interposita appellatio vim suspensivam non habet, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 464.*

CONFIRMATIO JUDICIALIS.

1. Confirmationes contractuum regulariter a quolibet magistratu licite petuntur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 276.*

2. Confirmatio judicialis omnem fraudem & simulationem excludere videtur, *Bartol. in l. 19. n. 17. de appellat. Martin. ad O. P. S. tit. 43. §. 4. n. 20.*

3. Confirmatio tamen judicialis nihil dat novi, nec instrumento majorem efficaciam addit, quam antea habuit, *c. 1. X. de confirm. c. 6. §. porro. de fid. instrum. l. 28. §. 5. de liber. leg.* nec actum invalidum firmat, *Horn. cl. 9. R. 20. p. 550. a.* & intelligitur fieri salvo jure tertii, *Jason. in l. fin. n. 13. de pact. Gail. lib. 2. obs. 1. n. 14.* imo utriusque contrahentium, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 234. n. 11.*

4. Confirmatio judicialis non efficit id, ut contractus pro judicialiter, prævia causæ cognitione, celebrato habeatur, *Horn. cl. 16. R. 7. p. 1231. b.*

5. Confirmatio judicialis contractus, & investitura desuper facta, vitium litigiosi non tollit, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. centur. 2. consil. 29. p. 1131.* nec venditorem a præstatione evictionis liberat, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 281.*

6. In omni confirmatione persona confirmantis

tis censetur exemta, *Reyher. in thesaur. jur. voc. confirmatio. n. 22.*

7. Igitur nuda confirmatio contractus emtionis venditionis a magistratu facta non involvit tacitam remissionem pignoris, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 20.*

CONFISCATIO BONORUM.

1. Confiscatio bonorum damnatorum hodie est abrogata, & non nisi in crimine læsæ majestatis obtinet, *nov. 134. c. 13. ord. crim. art. 218.* add. Landr. *lib. 2. art. 31. Constit. Elect. Sax. 6. p. 3. ibique Möller. n. 4. Carpz. pract. crim. qu. 135. n. 8. seq.*

2. Plane in delictis, ubi bonorum publicatio speciatim, veluti, in crimine incestus, a lege expressa est, eandem haudquaquam abrogatam censendam esse, putat *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 97. n. 4. seq.* confer. *Heig. qu. 33. n. 52. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 2. not. 8. p. 818.* dissentit *Carpz. c. l. n. 27. seq.*

3. Jure Saxonico effectus banni superioris est quoque bonorum confiscatio, Landr. *lib. 1. art. 38. Carpz. c. l. n. 31. seq.* liberis tamen legitima, & uxori portio statutaria debetur, *Carpz. qu. 140. n. 126.*

CONFRONTATIO.

1. Confrontatio de substantia processus inquisitorii haud est, nec omissa eum vitiat, *Zanger. de quæst. & tortur. c. 2. n. 50. Barth. hodeg. for. c. 6. §. 16. lit. a. p. 945. Ludovic.* Einleitung zum Peinlichen *Proc. c. 7. §. 7.*

2. Regulariter tamen inquisitus cum testibus confrontari solet, *Carpz. pract. crim. qu. 114. n. 76. seq. Ludovic. c. l.* Imo confrontationem testium cum reo semper necessariam esse, notat *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 3. not. 16. p. 1200.*

3. Plu-

3. Plures testes simul cum inquisito non confrontentur, sed singuli separatim, *Michael. de inquisit. crim. c.19. p.660. Barth. c. l. Ludovic. c. l. §.10.*

4. Confrontatio testium cum inquisitione instituenda est, post depositionem juratam, *Ludovic. c. l. §.9.* secus ac putat *Struv. jurispr. for. lib.4. tit.21. §.9.*

5. Complices delictum fateri nolentes cum inquisito confesso sunt confrontandi: ad quod tamen deveniendum haud est, absque indiciis sufficientibus, *Carpz. c. l. §. 2. & 3.*

CONJUGES.

1. Si per pacta inter conjuges prædefuncti bona, quæ tempore mortis supererunt, ad superstitem pertinent, alter impugnare non potest alienationem a vivo factam: potest tamen post mortem ejus id fieri, si in fraudem superstitis alienatio facta; imo inhibitio peti & decerni, si dissipatio fraudulenta fiat, *Horn. cl. 8. R.34. p.513. b.*

2. Conjux ad secunda vota transiens, novo conjugi plus relinquere non potest, quam uni ex liberis prioris matrimonii relinquit, *l. 6. C. de secund. nupt. & auth. ad eos. C. eod. nov. 22. c. 27. Carpz. p.3. c.23. d.17. n.1.* Quod adhuc hodie extra Saxoniam observandum, quamdiu contraria lex vel consuetudo aperte doceri nequit, *Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.55. n 5. 6.*

3. Ast in foro Saxonico illa dispositio juris civilis haud observatur, vid. *Coler. p.1. dec.40. n.7. Carpz. p.2. c.43. d.17. Wernher. c. l. n.3.4. Berger. œcon. jur. lib.1. tit.3. th.8. not.2. p.117.*

4. Conjuges emere invicem & vendere, societatem contrahere, mutuo dare, pignorare, permutare, & denique omnis generis negotia tractare & celebrare

brare possunt, sola donatione excepta; quod tamen limitatur, si venditio fiat in fraudem legis, & animo donandi, *Carpz. disp. de donat. gerad. pos.48. n.56.seq.*

5. Conjugibus non licet separatim vivere, absque decreto magistratus, *Carpz. jurispr. eccles. lib.2. def.222. n.1.2.* Sed sibi invicem cohabitare debent, *Carpz. c. l. def.207.* add. *Bœhmer. de act. sect.2. c.1. §.39.* ad quod inviti compellendi, & a magistratu politico pœnis propterea subjiciendi sunt, *Carpz. c. l. def. 208.* Nam separatio quoad thorum & mensam non nisi magistratus ecclesiastici autoritate & prævia causæ cognitione fieri potest, *Carpz. c. l. def.211.*

6. Quodsi uxor a marito discesserit, actionem spolii Canonistæ largiuntur, quia maritus ita possessione vel quasi juris matrimonialis privatus est, indeque petit restitutionem, *Bœhmer. c. l. §. 40.* Et si forte uxor domo expulsa est, itidem ut spoliata restitutionem petit, *Bœhmer. c. l. lit. l.*

7. Huic tamen remedio uxor opponit exceptiones sævitiarum, & quod sine periculo vitæ marito cohabitare non possit; quodque periculum animæ subsit, *c. 8. & 13. X. de restit. spoliat.* quibus oppositis maritus non restituitur, donec præstiterit sufficientem cautionem de non offendendo, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def.218.* quæ etiam ob minas peti potest, *Beyer. in addit. ad Carpz. d. def.218.*

8. Uxori rixosæ pœnitenti maritus cohabitare tenetur, *Carpz. c. l. def.216.* Non tamen maritus ad cohabitationem compelli debet, priusquam uxor, quæ diu abfuit, suspicionem adulterii purgaverit, vitæque honestæ speciem demonstraverit, *Carpz. c. l. def.209.* quod hodie fit per juramentum, *Beyer. in addit. ad eand. def.*

9. Ubi

9. Ubi sævitiæ mariti graviores sunt, ex jure canonico recepta est separatio quoad thorum & mensam, *Carpz. c. l. def. 210. Bœhmer. de act. sect. 2. c. 1. §. 41.* quæ summariter sunt demonstrandæ, *Beyer. in addit. ad d. def. 210.* ubi nec rejicitur testimonium domesticum, *Bœhmer. c. l. lit. m.*

CONSANGUINITAS.

1. Consanguinitas conjecturis, præsumtionibus & fama probatur, *Mascard. de probat. vol. 1. concl. 409. n. 1. seq. Carpz. lib. 3. R. 65. n. 7. & p. 3. c. 18. d. 20.*

2. Si consanguinitas ultra quartum gradum venit probanda, valet testimonium auditus de auditu, *Carpz. p. 1. c. 23. d. 12. n. 4. & in proc. tit. 12. art. 2. n. 57.*

3. In consanguinitate probanda potest deferri juramentum suppletorium de credulitate, *Carpz. p. 1. c. 23. d. 12. & in proc. c. l. n. 54.*

4. Eo ipso, quo quis se consanguineum esse probat, censetur proximior, nisi cum alio consanguineo de proximitate certet, *Mascard. d. concl. 409. n. 8. seq. Carpz. p. 3. c. 18. d. 28. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 448.*

CONSENS-Buch.

Vid. loc. *liber consensuum.*

CONSENSUS.

1. Consensus extenditur ad omnia ea quæ sunt annexa expressis, *Carpz. p. 2. c. 46. d. 32. n. 4.*

2. Ex subscriptione consensus arguitur, *l. 47. §. 1. de pact. l. ult. §. 2. C. de jur. deliber. Decian. R. 79.* præsertim si sigillum etiam fuerit appositum, *Menoch. de arb. jud. quæst. cas. 94. n. 14.* nec non ex patientia, *l. 1. §. 5. de exercit. act. l. 4. §. item qui. de precar.*

Carpz. proc. tit. 22. art. 1. n. 43. non vero ex nuda præsentia, *l. 8. quib. mod. pign. solv.*

3. Consentiens omni suo juri, quo actum aliquem quovis modo impedire potuit, renunciasse censetur, *Carpz. p. 2. c. 46. d. 11. n. 3.*

4. Consentiens contractui super re aliqua inito, vel ejusdem rei alienationi, hoc ipso censetur renunciare juri, quod in re ista habuit, *Carpz. lib. 5. R. 39. n. 8.*

5. Consensus in subscriptione restringi potest ad actum certum vel respectum, *Carpz. lib. 5. R. 3. n. 8. & R. 22. n. 10. nec non. dec. 121. n. 14. 16.*

CONSILIARIUS.

1. Ille, quem Princeps titulo consiliarii simplici exornavit, omnino habet prærogativam præ Doctoribus, quantumvis dignitatem longe ante fuerint consecuti. Quodsi autem Doctores sint in possessione præcedentiæ, eadem non sunt depellendi prius, quam causa satis discussa, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. centur. 3. consil. 26. p. 1406.*

CONSILIUM.

1. Ex consilio nemo obligatur, etiamsi non expediat alteri datum consilium, *§. 6. J. mandat. l. 2. §. ult. eod. l. 47. de R. I. c. 62. de R. I. in 6. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 11. §. 6.* In cujus generis negotio non tam ad conceptionem verborum, quam mentem & voluntatem respiciendum venit, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 84. n. 2.*

2. Obligat tamen consilium 1) si sit dolosum & fraudulentum, *l. 47. de R. J. c. 62. de R. I. in 6. Stryck. c. l. §. 17.* add. *Carpz. p. 1. c. 16. d. 60. n. 3. lib. 3. R. 92. n. 24.* 2) si cum enixa persuasione & incitatione sit conjunctum, *l. 6. §. 5. mandat. Franzk.*

ad

ad ff. tit. mandat. n.58. vel 3) in certam personam directum, *§.6. J. mandat. Bachov. ad Treutler. vol.1. disp.27. th.5. in fin.* dummodo id alter alioqui facturus non fuisset, *Hilliger. in Donell. lib.13. c.10. lit. i. Stryck. c.l. Hopp. ad §.6. J. mandat.* vel 4) detur a perito artis, *Hopp. c.l.*

3. Unde jurisperitus, qui persuasit fœminæ, ut pignus redderet debitori, ejusdemque loco expromissorem obæratum reciperet, aliaque in sui damnum faceret, actione mandati, vel in factum convenitur, *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.5. th.34. not.1. p.708.*

4. Qui ad delinquendum dedit consilium simplex, secuto delicto, pœna afficitur extraordinaria, non tamen corporis afflictiva, idque indistincte, sive alter sine consilio delictum erat commissurus, sive minus, *Carpz. pract. crim. qu.87. n.5. Berger. jurispr. crim. c.1. §.4. n.1.* dissentit post *Farinacium A. Matthai tit. de pœn. c.4. n.18.*

5. Si vero consilium fiat persuasione, instructione atque indicio, sive demonstratione loci, consulens coercetur, non quidem pœna capitis ordinaria, sed tamen corporis afflictiva, *Ord. crim. art.177. Constit. Elect. Sax. 40. p.4. Berger. c.l. n.2.* idque, quamvis is, qui consilium dedit, e.c. de furto simul participarit, *Carpz. ad d.c.40. d.1.* dissentiunt *Moller. ad d.c.4. n.6. & Bocer. tract. de furt. c.3. n.19.*

CONSISTORIUM ECCLESIASTICUM.

1. Consistorium Dresdense Superius, qua tale, ceteris non imperat, sed æquali jure cum iis utitur, & non minus ab ejusdem, quam ceterorum ad Principem Electorem Saxonem provocatur, *Berger. œcon. jur. lib.1. tit.3. th.5. not.2. n.5. p.102.* add. *Carpz.*

jurispr. eccles. lib. 1. def. 12. n. 15. 19. 20. & proc. tit. 2. art. 2. n. 155.

2. Et a Consistoriis in Germania ad Aulas & Curias Statuum Imperii frequens appellari, testatur *Mev. p. 4. dec. 1. n. 5.* confer. *Brunnem. jur. eccles. lib. 3. c. 10. §. 1. 2. ibique Stryck.*

3. A rescriptis Senatus Ecclesiastici appellari non licet, *Carpz. jurispr. eccles. d. def. 12. n. 16.*

4. Senatus Ecclesiasticus in Consistorio Supremo causas ab inferioribus avocare, illis mandare, eorumque acta & decreta corrigere valet, *Ord. eccles. tit.* Von Ober-*Consistorio, Carpz. d. def. n. 18.*

5. In Consistoriis ecclesiæ ministri, etiam ratione bonorum mobilium, conveniuntur, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. def. 7. n. 3.*

6. In Consistoriis conveniendi quoque 1) custodes & ministri scholarum, *Carpz jurispr. eccles. lib. 3. def. 6. n. 9.* confer. *Ludovic.* Einleit. zum *Consistor. Proc. c. 5. §. 7. 9. Horn. cl 1. R. 30.* 2) clericorum familia conductitia, *Schilter. instit. jur. eccles. lib. 1. tit. 18. §. 8. Brunnem. jur. eccles. lib. 3. c. 1. §. 12.* ubi tamen *Stryck. ad verba: ad famulos clericorum.* notat, de familia conductitia praxin contrarium tenere, confer. *Ludovic. c. l. §. 4.*

7. Si ministri ecclesiæ, aliæque sub numero clericorum venientes personæ in officio suo delinquant, vel talia committant crimina, quæ pœnas arbitrarias merentur, puta, suspensionem, remotionem, carcerem, aut mulctam, jurisdictio, pœnæque dictamen Consistoriis competit, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. def. 5. n. 4. Ludovic. c. l. §. 33. seq.* Principem tamen cognitionem atque discussionem causarum, alias ad Consistoria pertinentium, aliis committere posse, docet *Ludovic. c. l. §. 36.*

8. Ad

8. Ad eas autem causas criminales, quæ pœnam merentur capitalem, vel corporis afflictivam, jurisdictio Consistorialis se non extendit: sed in iis casibus cognitio causæ ac pœnæ dictamen & executio ad magistratum & judicem spectat politicum, ad quem tum reus a Consistorio remittitur, *Carpz. d. def.5. Brunnem. jur. eccles. lib.2. c.19.* §.29. prævia scil. generali & summaria Consistorii cognitione, quippe quæ competit Consistorio, *Stryck. ad Brunnem. prox. c. l. Ludovic. c. l.* § 39. add. *Berger. E. D. F. tit. 4. obs. 10. not. 3. p. 104.*

9. Judex secularis non prohibetur ejusmodi personam delinquentem apprehendere: at vero ulteriori inquisitione abstinere debet, *Berger. c. l.* Plane si crimen sit notorium, non errare judicem secularem, si cognitionem causæ statim suscipiat, putat *Titius* in der Probe des Teutschen Geistl. Rechts *lib. 1. c.6.* §.26. add. *Brunnem. d. tr. lib.3. c.1.* §.20.

10. Si stuprata simpliciter ad consummandum a stupratore sibi promissum matrimonium, aut alternative, vel ad ducendum vel ad dotandum agat, causa pertinet ad Consistorium; si vero saltem prætendat donationem & alimentationem infantis, lis tractanda atque peragenda est in foro seculari, *Resol. Grav. de an. 1661. tit.* Von *Consistorial*-Sachen §.6. & 7. *Beyer. in addit. ad Carpz. jurispr. eccles. lib.3. def.29. Ludovic* Einleit. zum *Consistor. Proc. c.6.* §.6.

11. Cum stuprata ageret in Consistorio Ecclesiastico, quod Wittebergæ est, contra stupratoris consanguineum, eo, quod ipsum ad fugam vel sollicitasset, vel eidem auxilium tulisset, ut sisteret eundem ad consummandum cum ea matrimonium, aut se dotandam, alendumque infantem, vel ipsemet eam cum in-

 fante,

fante, donec stuprator redierit, aleret, rationem exceptionis fori incompetentis minus habitam fuisse, testatur *Berger. E D. F. tit. 4. obs. 10. not. 1. p. 102.*

12. Utrum causæ, propter quas minister ecclesiæ officio suo abire cupit, satis prægnantes sint, non Patronus, sed Consistorium arbitrari debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 163.*

13. In causis ecclesiasticis non minus possessorium, quam petitorium ad cognitionem solius Consistorii pertinere statuit *Berger. d. obs. 10. p. 101.* contra communem opinionem, quæ distinguit, utrum in causis ecclesiasticis de jure, an de facto tantum litigetur; & quæstionem facti, quo pertinet possessorii summarii causa, ad judicem remittit secularem, vid. *Gail. lib. 1. obs. 38. Carpz. jurispr. eccles. lib. 1. def. 139. n. 6. seq. Ludovic. d. c. 6. §. 8. & 14.*

14. Causa consistorialis est, quando quæritur, an in hoc vel illo casu ceremoniæ funebres sint temperandæ? an concio funebris sit concedenda? *Carpz. c. l. lib. 2. def. 378. Stryck. us. mod. tit. de relig. §. 5.*

CONSTITUTUM.

1. Quod naturaliter tantum debetur, etsi inde non datur actio, tamen constitui potest, ut effectum actionis habeat, *l. 1. §. 7. de pecun. constit. Huber. prælect. ad ff. tit. eod. §. 4.* Ast debitum civile tantum constitui non potest, *l. 3. §. 1. eod.* Nec plus promitti potest, quam est in obligatione priori, *l. 11. §. 1. eod.* Hodie vero, si quis sciens indebitum constituit, id donasse videtur, *Eckold. ad ff. tit. eod. §. 7. Brunnem. ad l. 1. eod. tit. n. 7. & ad l. 11. eod. tit. n. 5.*

2. Debitum alienum, etiam ignorante & invito debitore, constitui potest, *l. 27. de constit. pec. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 154.*

3. Qui

3. Qui pro alio rem aliam, quam is debet, promittit soluturum, ex constituto obligatur, *l. 1. §. 5. de pecun. constit. Huber. praelect. ad ff. tit. eod. §. 3.*

4. Qui alienum debitum constituit, omnibus beneficiis, quae fidejussoribus data sunt, fruitur, vid. *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 6. §. 32. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 29.* & habet exceptiones debitori competentes, *Mev. p. 2. dec. 25.*

5. Ubi quis pro alio constituit, se soluturum, adhuc is, pro quo constituit, obligatus manet, *l. 18. §. ult. l. 28. de pecun. constit.* idque procedit, etiamsi quis alienum debitum recipit, ad certum tempus solvendum, *Huber. praelect. ad ff. tit. eod. §. 6.*

6. Constituens solvere pro alio, quod, facta cum ipso liquidatione, deberi constiterit, post mortem istius non ultra tenetur, *Mev. p. 6. dec. 399.*

7. Constituens debitum verum, at non bonum, non eo minus tenetur, etsi illud e debitoris bonis recipiendi animo & spe fecerit, nisi dolo alterius inductus sit, *Mev. p. 9. dec. 150.*

8. Si debitum conditionale fuerit, pure constitui non potest, sed sub eadem conditione suspenditur, *l. 19. pr. de pecun. constit.* Verum & hodie tanquam pactum valet, si constitutor sciens id fecerit, *Brunnem. ad d. l. 19. n. 3.*

9. Quando in diem debetur, per constitutum id agi potest, ut pure vel citeriore die solvatur, *l. 3. §. ult. l. 4. de pecun. constit. Huber. ad ff. tit. eod. §.*

10. Quod pure debetur, per constitutum a conditione suspendi potest, *l. 19. §. ult. eod. Huber. d. l.*

11. Vid. loc. *beneficium excussionis. th. 4.* loc. *mulieris intercessio. th. 2. 27. 32. 40.*

CONSTITUTUM POSSESSORIUM.

1. Clausula constituti possessorii (a) operatur, ut in casum moræ possessio bonorum debitoris in creditorem transeat, isque propterea interdictis retinendæ & recuperandæ possessionis uti possit, *Mev. p.5. dec.159. & 351. Wernher. sel. obs. for. p.4. obs. 154.* Unde etiam mandatum manutenentiæ, seu de non turbando contra ipsum debitorem inpetrare, vel, si malit, mandatum de immittendo petere potest, *Ludovic. Post. de manuten. obs. 20. n.12.13. & 14 Stryck. de cautel: contract. sect.1. c.5. §.24.*

2. Constitutum possessorium & active & passive in Heredem transit, *Tiraquell. de constit. possess. p.2. ampl. 13. Thesaur. dec.105. n.2.* & a constituente præscribi non potest, *Stryck. c. l. sect. 2. c. 4. §. 20.*

3. Cessat vis clausulæ illius in debito conditionali aut in diem contracto, quamdiu conditio nondum impleta fuerit, nec dies venerit, *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.154.*

4. Statim atque occupatam, quis scivit, ab alio possessionem, ex constituto competentem, nec intra triduum repetit, eam amisisse intelligitur; ignorans vero illam amittit, si per decennium negligens fuerit in possessione recuperanda, *Mev. p.5. dec.159. n. 7. seq.* add. *A. Fab. in Cod. lib. 7. tit.7. def. 10.* Plane salvum esse recuperandæ possessionis remedium intra 30. annos, docet *Stryck. prox. c. l. §.19.20.*

CON-

(a) Constitutum possessorium non attenditur in rebus mobilibus secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 44. §. 2.*

CONSUETUDO.

1. Ad introducendam consuetudinem requiritur 1) rationabilitas, *l. 39. de leg. l. 1. C. quæ sit long. consuet.* 2) actuum frequentia, *d. l. 1.* 3) diuturnitas temporis, *§. 9. J. de jur. nat. gent. & civ. ibique Harprecht. Gail. lib. 2. obs. 31. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 19. p. 13.*

2. Actus debent esse publici, non clandestini; continui, non interrupti, *l. ult. C. quæ sit long. consuet.* uniformes & similes, non difformes & similes, *l. 39. de legib. l. 3. C. de ad fic. priv. Berger. c. l. not. 2. & 3. p. 15.* add. *Carpz. p. 2. c. 3. d. 22.* Sufficiunt autem actus duo, *Berger. d. th 19. p. 13.*

3. Non vero refert, judiciales sint, atque in judicio contradictorio obtenti, an extrajudiciales, *Gail. c. l. Hopp. ad §. 9. verba: consensu utentium. J. de jur. nat. gent. & civ.* nisi 1) consuetudo e diametro pugnet cum lege scripta, ejusdemque ratione, vel 2) de judiciali actu quæratur; tum enim prærequiritur, ut consuetudo in contradictorio judicio sit obtenta, vid. *Schilter. ex. 2. th. 21. & 22. Berger. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 193.*

4. Ast ad introducendam consuetudinem, transactiones non sufficiunt, quamvis in judicio initæ sint, nisi earum fundamentum in ipsamet consuetudine, dem Herkommen, fuerit constitutum, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 1. th. 19. p. 14. ibique not. 4. p. 17.*

5. Quantum temporis ad introducendam consuetudinem requiratur, pendet ab arbitrio judicis, etiam jure canonico; quamvis vulgo statuitur, jure canonico ad consuetudinem *præter jus* sufficere decem annos; ad consuetudinem *contra jus* autem requiri

40. annos: quæ opinio, quamvis usu recepta sit, tamen fundamento caret, *Berger. d. tb. 19. p. 14.*

6 In foro Saxonico, nullo discrimine, consuetudo sit præter, an contra jus commune, requiritur spatium 31. annorum, 6 hebdomadum, & 3. dierum, idemque a primo consuetudinis actu computandum, *Heig. ad §. 9. J. de jur. nat. gent. & civ. Carpz. p. 2. c. 3. d. 21. 22. Berger. c. l. & not. 3. p. 16.*

7. Qui in consuetudine intentionem fundat, eam probare debet, nisi generalis & notoria, *Gail. lib. 2. obs. 31. n. 15. seq. Carpz. d. def. 22. n. 1. & 4. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 33. def. 1. n. 4.* & non sufficit, probari eam in genere, sed specialis probatio requiritur, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 1. def. 115. n. 2. & lib. 1. R. 88. n. 25. seqq.* add. *Men. p. 4. dec. 3.*

8. Primum quidem requisitum præsumitur, secundum vero & tertium egent probatione, *Berger. d. tb. 19. p. 14. & not. 5. p. 18.* add. *Carpz. c. l.* quæ fit per documenta ac scripturas, vel per testes, eosque non præcise decem, sed duos saltem, imprimis seniores ac scabinos judiciales, *Berger. d. tb. 19. p. 14.*

9. Depositio unius testis cum jurejurando suppletorio, eoque præsertim de credulitate tantum, non sufficit ad probandam consuetudinem, *Berger. c. l.* ubi tamen quoque monet, se meminisse, aliter interdum pronunciari, & secus esse, si agatur de probanda consuetudine 1) alterius loci, 2) multum antiqua, & 3) non principaliter, sed incidenter & secundario.

10. Certe, juramentum suppletorium de credulitate, etiam in probanda consuetudine, locum habere, præjudicio comprobat *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 38.* imo & testimonia de auditu attendi debere, monet *id. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 37.*

11. Sim-

11. Simplex attestatum judicis vel magistratus haud sufficit, ad probandam consuetudinem, *Carpz. dec.3. Mev.p.4. dec.2. Horn.cl.12. sent. 28. p.826. b. Wernher.sel.obs.for. p.4. obs.110. & in supplem.nov. ad eand. obs.* Nec doctoris simpliciter de consuetudine attestantis testimonium plene probat, *Mascard. vol.1. concl. 425. n.13.*

12. Si tamen judex, vel etiam Scabinatus, aut Facultas juridica plures ex actis publicis adducat actus, in quibus hoc vel illud jus diu observatum, consuetudo recte erit ostensa, *Struv. ex.2. th. 21.*

13. Consuetudo juri communi contraria de casu ad casum, vel de persona ad personam, vel de loco ad locum nunquam extendenda, sed, quantum fieri potest, strictissime interpretanda est, *Carpz.p.2.c.44. d.12. n.2.seq.& c.51.d.2.n.4. item lib.2. R.12. n.20. VVernher. sel.obs. for. p.5. obs. 135.* Itaque consuetudo civitatis non extenditur ad loca & personas a jurisdictione illius exemtas, *Mev. p.2. dec.30.*

14. De consuetudine, quæ allegatur, judex ex officio inquirere potest, pro abbrevianda lite, *Mev. p.2. dec.377. n.3.4.*

CONSUL. CONSULATUS.

1. Consul, conventus coram Senatu oppidano, non dicitur judex in propria causa, *Carpz. l.2. R.11. n.19. seq.*

2. Consulatus & actuarii munus, maxime in perpetuum, nequeunt concurrere in unam personam, *Berger. p.2. supplem. ad E.D.F. centur.2. consil. 20. p. 1109.* confer. tamen *Philipp. ad O.P.S. tit.2. consid.3.*

CONTINENTIA CAUSÆ.

1. Causæ continentia dividenda non est, *l.10. C. de judic. Carpz. lib.2. R.16. Mev. p.2. dec. 135.* &, qui

qui causæ continentiam fraudulenter dividit, amissione causæ vel judicis arbitrio punitur, *Carpz. lib. 2. R. 17. n. 15.* confer. tamen *Wernb. sel. obs. for. p. 1. obs. 305.*

2. Sed fori usus hodie laxior est, & necessitas illa in libertatem conversa, ita ut actor non præcise coram eodem judice, qui e. g. de causa possessorii cognovit, petitorium etiam judicium movere teneatur, *Gail. lib. 1. obs. 32. n. 13. Struv. ex. 9. th. 55. Schilter. ex. 21. th. 10. seq.*

3. Quod tamen capiendum est de hoc solo casu, quo reus vel expresse vel tacite, omittendo scil. exceptionem continentiæ, in hujus divisionem consensit, *VVernber. c. l. n. 6. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 3. lit. e. p. 16.* causæ enim continentiæ, quoties se dividi sinit, renunciari potest, *Petr. Frider. Mindan. de continent. caus. lib. 3. c. 2. n. 5. Mev. p. 2. dec. 250. n. 9.* add. *VVernber. supplem. nov. ad. p. 1. obs. 305. n. 94. seq.*

4. Quod si ergo reus hanc exceptionem tempestive opponit, utique audiendus est: quo tamen casu actor non aliam incurrit pœnam, quam quod reo, ab instantia absoluto, expensas refundere teneatur, *Stryck. us. mod. lib. 11. tit. 2. §. 1. VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 305. n. 9.*

5. Si conveniendi sint plures rei, diversis tamen jurisdictionibus subjecti, possunt propter litis consortium, ne causæ continentia dividatur, coram proximo omnium superiori conveniri, *Meier. in C. A. tit. de quib. reb. ad eund. jud. eat. th. 15. Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 18. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 3. lit. e. p. 15. Horn. cl. 12. R. 38. p. 839. & cl. 15. R. 12. p. 1043.*

6. Idque obtinet, etiamsi 1.) mediatus cum immediato, nempe Ambtsassius cum Schrifftsassio concurrat, *Carpz proc. tit. 3. art. 5. n. 43. & lib. 2. R. 17. n. 5. Wer-*

5. VVernber. supplem. nov. ad p. 1. obs. 305. n. 35. & 2.) alter reorum gaudeat foro privilegiato, *Carpz. lib. 2. R. 16. n. 19. Rivin. c. l.* add. loc. *forum competens th. 4.*

7. Ex continentia causæ judicium superioris magistratus fundatur etiam in causis feudalibus, *Carpzov. lib. 2. R. 17. n. 2.* nec non in criminalibus, *Carpz. c. l. n. 1.* add. *VVernber. c. l. n. 103.*

8. Si clericus cum laico causam obtineat communem, causæ continentia facit, ut actor actione personali utrumque coram judice ecclesiastico convenire valeat, *Carpz. lib. 2. R. 16. n. 19. seq. VVernber. c. l. VVernber. c. l. n. 24. seq.*

9. Ast *Svendend. ad Fibig. p. m. 319.* negat laicum cum clerico causam communem habentem, posse conveniri coram judice ecclesiastico, quia judici ecclesiastico nulla in laicum competit jurisdictio. Nam continentia causæ judicis, ad quem causam connexam devolvit, jurisdictionem præsupponit & requirit, *Carpz. lib. 2. R. 18. n. 8.* confer. *Stryck. us. mod. tit. de quib. reb. ad eund. jud. eat. §. 16.* Hinc causæ continentia est dividenda, *Petr. Frider. Mindan. de continent. caus. lib. 3. c. 3. n. 8.*

10. Continentia causæ debet esse clara & perspicua, non captiosa; unde si quis saltem pro forma, & dicis gratia reo principali adjungat alium, eo fine, ut alterum sic beneficio primæ instantiæ privare possit, opposita captiosæ conjunctionis exceptione, ad judicem ordinarium primæ instantiæ remittitur, *Carpz. proc. tit. 3. art. 5. n. 28. seq. & lib. 2. R. 17. Rivin. specim. except. c. 3. n. 4. VVernber. supplem. nov. ad p. 1. obs. 305. n. 46. 47.*

11. Si adversus reum in foro ordinario jam actio sit instituta, & in processu eo sit deventum, ut muta-

tio

tio libelli, & renunciatio institutæ actionis amplius locum non inveniat, conjunctio aliorum correorum cum reo, coram judice superiore, propter exceptionem litispendentiæ, fieri non potest, sed processus contra reum inchoatus omnino ad finem deduci debet, *VVernher. c. l. n. 51.*

12. Ex continentia causæ petitio rerum, diversis jurisdictionibus subjectarum, coram judice omnium superiore tractari potest, *Berlich. p. 2. dec. 220. n. 9. seq. Carpz. lib. 2. R. 18. n. 3. seq. VVernher. c. l. n. 53. seq.* etsi ex obligationibus personalibus in rem agatur, *Berlich. c. l. n. 14. Carpz. c. l. n. 8. Wernher. c. l. n. 64.* Non tamen, si diversis obligationibus & principiis nitantur actiones, *Carpz. c. l. n. 16. seq. VVernher. c. l. n. 48. seq.*

13. Si una actio sit principalis, altera vero præparatoria, tunc ambæ, ob continentiam causæ, in eodem judicio exercentur. Sic actio ad exhibendum movenda est eo in loco, ubi deinceps rei vindicatio, *arg. l. 13. C. d. R. V. ibique Brunnem. n. 6. VVernher. c. l. n. 56. 57.* judicium possessorium ibi instituendum est, ubi postea petitorium movetur, *l. 10. C. de judic. l. 13. C. de R. V. Carpz. dec. 215.* & vice versa, *d. l. 10. & d. l. 13. Svendend. ad Fibig. p. 2. c. 2. membr. 2. sect. 1. n. 603.* nec non causa proprietatis & ususfructus apud eundem judicem terminanda, *l. 9. de liber. caus. Hiltorp. proc. p. 2. tit. 14. n. 3.*

14. Si plures actiones dentur, atque uni per alterum præjudicium fiat, omnes uno judicio ventilandæ sunt, *Gail. lib. 1. obs. 132. Franzk. ad ff. de judic. n. 65. v. 9.* Si quis a parente alimenta petat, is autem, patrem se esse, neget, actio hæc præjudicialis de partu agno-

agnoscendo in eo judicio movenda est, ubi alimenta petuntur, *VVernber. c. l. n. 36.*

15. Advocatus ob connexitatem causæ coram eodem judicio, in quo patrocinium clienti præstitit, expensarum nomine, actionem instituere potest, & reus se tueri nequit exceptione primæ instantiæ, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 19.* nec v. g. clericus exceptione fori privilegiati, *Wernber. c. l. n. 66.*

16. Causæ alias non connexæ consensu & compromisso partium conjunctim ventilari, &, prætermissa prima instantia, judex omnium superior adiri potest, *Wernber. c. l. n. 8.*

17. Non attenditur connexitas causæ, si coram omnium superiore actio non sit instituta, *Horn. cl. 12. R. 80. p. 901. b.*

CONTRACTUS. CONTRAHENTES.

1. Tot diversi censentur contractus, quot sunt res, quæ in conventionem veniunt, *Mev. p. 7. dec. 207. n. 1.*

2. Contractus non potest pro parte rescindi & pro parte valere, *l. 1. de rescind. vendit. Mev. p. 7. dec. 60. n. 5.*

3. Contractus non fit irritus ob id, quod instrumentum ratione unius articuli controversi non subscriptum est, nisi a tractatu plane recessum, *Mev. p. 6. dec. 178.* Et a contractu non licet recedere inde, quod alter in scriptura aliquid adjecit, de quo non conventum, nisi cum, qui adjecit, aliter contractum servare nolit, *Mev. p. 8. dec. 343.*

4. Contractus non fit irritus, si ab altera parte præstanda non præstantur, *l. 14. C. de rescind. vendit. Mev. p. 8. dec. 173. n. 1. 2. & p. 7. dec. 115. n. 4. 5.*

5. Qui tamen fidem contractus correspectivi non

non implet, facit, ut adversa pars liberetur, placitaque observare non teneatur, *Carpz. dec. 9. n. 16.* vid. omnino *Mev. d. dec. 173. n. 3. seq.* Et contractu se tueri nequit, qui prior ipse facit adversus contractum, *l. 54. §. 1. locat. l. 13. §. 8. de act. emt. l. 2. & 3. si ager vectig. Carpz. p. 2. c. 38. d. 16. n. 4.*

6. Ex contractu correspectivo nemo agere, excipere, aut ullo modo petere potest, nisi ipsemet primo contractum ex parte sua ad amussim impleverit, *l. 13. §. 8. ubi Dd. de act. emt. l. 54. § 1. locat. c. 3. de jurejur. Carpz. dec. 9. n. 16.* add. *Mev. p. 8. dec. 173. n. 3. 4.*

7. Quoties contractus nullus est ob defectum consensus, v. g. domini directi, toties alter contrahentium vel ejus heredes, altero invito, contractui contravenire non possunt, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 151.* Talis enim nullitas actum non vitiat in favorem nulliter agentis, sed respectu illius valet, nisi forte expresse aliud lege dispositum & cautum sit, *Dd. ad l. 7. de dol. mal. Menoch. vol. 1. consil. 89. n. 41.*

8. Contractus in carcere gestus nunquam spontaneus, sed semper coactus & meticulosus censetur, adeoque nullus est, vid. *Mev. differt. ad quaest. an contractus incarcerati, in favorem & commodum carcerantis initus, jure nullus sit? th. 4. Schilter. ex. 49. §. 180.* etsi juramento sit confirmatus, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 483.*

9. Contractum inter patrem & filium, in ejus potestate constitutum, nec hodie quidem esse validum, docet *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 189. & in supplem. nov. ad eand. obs.* dissentiunt. *Thomas. in differt. de us. pract. tit. de patr. potest. Berger. oecon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 16. p. 156. & philoc. for. R. 36. p. 317. Beyer. ad ff. tit. de his qui sui vel alien. jur. pos. 1. lit. i.*

11. Con-

10. Contractus ipso jure nullus non confirmatur ratihabitione, *Carpz. p. 2. c. 11. d. 30. n. 4. & lib. 5. R. 76. n. 11.* nisi ratihabitio a lege indicatur, *Carpz. d. def. 30. n. 6. & d. R. 76. n. 21.*

11. Contractus, in formalibus suis ab initio non subsistens, diuturnitate temporis decennalis convalidatur, & propter defectum qualitatis alicujus extrinsecæ vel accidentalis impugnari nequit: sed bene impugnari is potest, qui ratione qualitatis intrinsecæ & formæ substantialis ab initio est nullus, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 5. n. 7. 8.*

12. Si contractus v. c. emtio venditio, scriptura confici debet, pro perfecto non habetur prius, quam si in scripturam redactus, & a contrahentibus subscriptus, *§. 1. J. de emt. & vendit. l. 17. C. de fid. instrum. ibique Wissenbach. Carpz. p. 2. c. 33. d. 12. n. 8.*

13. Tunc autem in scriptis contractum dicitur, cum id actum est, ut non aliter negotium valeat, quam si in scripturam redigatur, *l. 17. C. de fid. instrum. Vinn. ad pr. J. de emt. vendit. n. 10. Carpz. d. def 12. n. 5. seq.* Expressa enim conventio veluti, *se velle in scriptis contrahere*, sive quod *non aliter velint contrahere, quam in scriptis*, ad id requiritur: Solæ autem conjecturæ non sufficiunt, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c 8. §. 2. seq. & in additam. ad d. l. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 384. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de contrah. emt. ad verbal. l. 17 C de fid. instrum.* dissentit *Leiser. in dissert. duab. de contract. quæ in scriptis fiunt.*

14. Ad contractum in scriptis celebrandum non sufficit conventio: Daß der Contract schrifftlich abgefasset werden soll: cum sic magis *probationis* quam *perfectionis* gratia ejusdem mentio facta præsumitur,

Christin. vol.3. dec. 29. n. 15. Wernher. d. obs.384. & in supplem. nov. ad eand. obs. Stryck. c. l.

15. Contractus omnis & quælibet dispositio, promissio, vel pactum, etiam juramento firmatum, intelligitur: *rebus sic stantibus, l. 137. §. 6. de V. O. l. 38. de solut. Tiraquell. in l. 8. pr. n. 130. & 166. C. de revoc. donat. Carpz. p. 2. c. 35. d. 23. n. 3. 9. 10.* & ad incogitata non extenditur, *l. 9. §. 1. l. ult. de transact. l. 35. de pact.*

16. Contractus & stipulationes, pendente etiam conditione, ad heredes transmittuntur, *§. 4. J. de V. O. l. 13. C. de contrah. & committ. stipulat. l. 57. de V. O. Carpz. p. 2. c. 45. d. 9. n. 3.*

17. Contractus in dubio semper interpretandus, quo minus onerosus sit debitori, *l. 21. de contrah. emt. l. 26. de reb. dub. VVesenbec. consil. 2. n. 19. & 21.*

18. In dubio contrahentes ad juris communis dispositionem se conformasse videntur, *l. 5. C. de legib. l. 24. §. 1. locat. l. 1. ubi Bartol. C. de fals. caus. adject. Carpz. p. 3. c. 29. d. 16. n. 9. 10.*

19. Tacita prorogatio cujusque contractus regulariter non nisi usque eo facta esse intelligitur, donec alteruter contrahentium suum dissensum declaret, per tradita *VVernheri, sel. obs. for. p. 1. obs. 168.*

20. Add. loc. *nuncius. th. 1. 2.*

CONTRACTUS ÆSTIMATORIUS.

1. Essentia contractus æstimatorii in eo consistit, 1.) ut æstimatio adjiciatur, 2.) ut accipienti libertas vel rem in corruptam vel æstimationem certam reddendi concedatur, *Struv. ex. 25. th. 4. Leyser. medit. ad ff. Specim. 221. th. 1.* Alterutrum si absit, non est contractus æstimatorius, sed mandatum, aut si merces accipienti promittatur, conductio. *Leyser. c. l. th. 2.*

n. l. th. 2. Sed nihil referre, an gratis in se suscipiat quis, rem restituere, aut ejus æstimationem, an hoc nomine certam accipiat mercedem, propter *l. 2. de æstim. act.* tradit *Schæpffer. Synops. jur. priv. lib. 19. tit. 3. n. 11.* add. *Stryck. us. mod. tit. de æstim. act.* §. 7.

2. Effectus contractus æstimatorii est actio præscriptis verbis æstimatoria; 1.) *directa*, quæ datur ei, qui rem æstimatam, certo pretio vendendam, dedit, contra accipientem, ut hic vel rem restituat, vel pretium determinatum præstet; 2.) *contraria*, quæ datur accipienti adversus dantem, ut hic promissum, v. c. honorarium, den versprochenen Recompens, solvat, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 7. th. 3. §. 2. p. 737.*

3. Hoc contractu dominium transferri in accipientem cum *Lauterbachio* putat *Schæpffer. c. l. Stryck. us. mod. tit. de æstim. act.* §. 7. Requiritur autem, ut pretium *venditionis* causa fuerit determinatum: nam si generaliter quis dixerit, ut accipiens justo pretio venderet, non est contractus æstimatorius, sed mandatum, quod etiam verum, si pretium *taxationis* causa sit adjectum, ut constet, quanti accipiens rem vendere debuisset, v. gr. si dictum, cura ut tanti possis vendere, *Schæpffer. c. l. n. 12. Leyser. medit. ad ff. specim. 221. th. 3.* confer. *Berger. œcon. jur. c. l. not. 2.* ubi etiam quod æstimatio taxationis gratia tum sacra præsumatur, cum res titulo ad transferendum dominium minus habili tradita est.

4. Plane, ad contractum æstimatorium minus requiri, ut a tradente res vendatur accipienti; adeoque dominium in accipientem minime transferri, sed potestatem saltem transferendi dominium in emto-

rem accipienti concedi a dante, tradit *Barth. in hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. r. p. 627.*

5. In contractu æstimatorio accipiens periculum omne subit, *l. 5. §. 3. commod. l. 1. §. 1. de æstimat. Leyser. medit. ad ff. specim. 221. th. 3.* adeo ex natura correlatorum etiam emolumentum omne, quod præter æstimationem statutam ex re provenire potest, retinet, *Leyser. c. l.* add. *Stryck. us. mod. tit. de æstim. act. §. 7.*

6. Sed periculum esse *accipientis*, siquidem hic dantem rogavit, tum autem *dantis*, cum aut accipientem dans, aut neuter rogavit, ex *l. 17. §. 1. de præscript. verb.* notat *Berger. c. l. not. 1.* quam distinctionem in eo casu, si pretium tantum taxationis causa adjectum fuerit, adhibent *Brunnem. ad l. 1. de æstimat. n. 3. Habn. ad VVesenbec. eod. tit. n. 5.* confer. omnino *Stryck. us. mod. tit. de æstim. act. §. 5.*

7. Et si res *venditionis* causa æstimata fuerit, ad accipientem, si *taxationis* causa, ad dantem pertinere lucrum, volunt *Struv. ex. 25. th. 6. Brunnem. ad d. l. 1. n. 5.* Quod *Berger. c. l. not. 3. p. 738.* definit hoc modo: quoties inter dantem & accipientem convenit, ut res certo pretio venderetur, toties excessus pretii, die Ubermaße, pertinet ad accipientem: quoties autem ita convenit, ne res infra pretium determinatum venderetur, toties excessus pertinet ad dantem; in dubio postremum præsumitur.

8. Tam in contractu æstimatorio quam mandato dans contra tertium possessorem rei vindicationem non habet, etsi accipiens limites sibi præscriptos excesserit, & rem, quam vendere debebat, oppignoraverit, vel vendiderit quidem, sed minoris, aut cum pretio accepto aufugerit, *Leyser. medit. ad ff. Specim.*

tim. 221. th. 4. Sed in mandato secus esse, atque mandatum ex facto hujus, qui rem vendendam accepit & finis mandati excessit, non obligari, sed rem suam a quocunque possessore vindicare posse, alii statuunt vid. *Schilter. ex. 49. §. 51.* & loc. *factor. th. 13.*

CONTRACTUS ANTICHRETICUS.

Vid. loc. *Antichresis.*

CONTRACTUS ASSECURATIONIS.

1. Ille est, quo quis, præmio accepto, vel promisso, periculum suscipit rerum, terra aut mari transportandarum, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 7. th. 5. §. 1. p. 739. Stryck. de cautel. contr. sect. 3. c. 5. §. 27.*

2. In definiendis controversiis, quæ circa materiam assecurationis excitantur, recurri solet ad Ordinationem Antwerpiensem Philippi II. Regis Hispaniarum, quacum conspirat ordinatio Amstelodamensis, *Berger. c. l. not. 1.* add. *Stryck. c. l. §. 30. 33. 34.*

3. Hic contractus pertinet ad innominatos, adeoque pœnitentiæ locum relinquit, *Stryck. c. l. §. 27. 28. Berger. c. l. not. 4.* dissentit *Stypman. de jur. marit. p. 4. c. 7. n. 159.* Imo assecuratorem, præmio nondum accepto, non teneri, defendit *Rutger. Ruland. in tract.* Erledigung einer schweren, in *Assecurations*-Sachen, vorgestellten Frage.

4. Ex pacto contractui assecurationis adjecto: daß das Schiff mit Convoy vertrecken solle, assecurator non tenetur ad subeundum periculum, quod navis, antequam recepta sit von der Convoy, patitur, v. c. interceptione piratarum, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. centur. 3. consil. 71. VVernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 300.*

CONTRACTUS INNOMINATUS.

1. In omnibus contractibus innominatis non

tantum ante rei interventum nulla est obligatio, & hinc utrobique pœnitentia, etiam sine causa, permissa: se & ille, qui contractum a sua parte implevit, pœnitere, & ita a contractu resilire, atque rem datam repetere potest, *l. 3. §. 1. l. 5. pr. de condict. caus. dat. Stryck. de cautel. contr. sect. 3. c. 5. §. 2.* etiam hodie, *Carpz. p. 2. c. 33. d. 23. n. 5. Harprecht. disp. de transact. super fideicomm. th. 31. Berger. de us. action. p. 56.* dissentiunt *Stryck. c. l. §. 4. & 5. Hopp. ad §. 2. J. de obligat. p. 584. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 6. not. 3. p. 727. VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 380. n. 44. seq.*

2. Hoc admittendum non est, quod habet *Carpz. p. 2. c. 33. d. 23. n. 5.* quod is, qui rem ab altero accepit, si nolit a sua parte contractum adimplere, non possit ad hoc compelli, monente *Stryckio. c. l. §. 3.* ille enim firmiter obligatur & recedere non potest, qui accepit, *Hillig. ad Donell. lib. 14. c. 22. lit. a. Brunnem. ad l. 5. de condict. caus. dat. n. 4.*

3. Quod si vero ex contractu innominato quis agat, antequam a sua parte dederit, vel fecerit, exceptione nondum impleti contractus juste repellitur, *Mev. p. 3. dec. 27.*

CONTRADEMONSTRATIO.

1. Qui habet potestatem transigendi, vi hujus contrademonstrationi renunciare nequit, *VVernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 367.*

2. Sicuti locum habet reprobatio, licet expresse in sententia, non sit reservata, ita & contrademonstratio, *Svendend. ad Fibig. p. 528.*

3. In processu summario, eoque irregulari *ex §. 8. Resolut. Grav.* reo cum exceptiones tum contrademonstratio servatur, quamvis documenta in contuma-

tumaciam pro recognitis habeantur, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 25. §. 1. p. 1965.*

4. Utrum contrademonstrationi adversus demonstrationem interesse interventionis locus sit, ambigitur: agens vero sententia æquior videtur *Bergero in E. D. F. tit. 15. obs. 1. not. 3. p. 446.*

5. Contrademonstratio secundum praxin fori, præsertim Saxonici, ad terminum non est adstricta, quamvis demonstrationi terminus fuerit constitutus, *Berger. E. D. F. tit. 21. obs. 1. not. 7. p. 702. Horn. cl. 12. sent. 39. p. 480. Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 8.* Terminus enim demonstrationi præfinitus non pertinet ad contrademonstrationem, nisi huic quoque parem in modum terminus præscriptus fuerit, *Berger. c. l. & œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 10. not. 3. p. 1066. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 212. n. 2. seq. & in supplem. nov. ad eand. obs.* vel reus, ignarus juris, dilationem termini contrademonstratorii petierit, *Berger. E. D. F. c. l. p. 703.*

6. Ast *Ord. Lips. judic. Merc. tit. 17.* cautum est, ut contrademonstratio intra 3. hebdomades a die judicati judici porrigatur, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 35. §. 14. p. 622.*

7. Terminus Saxonicus, idemque contrademonstratorius, sententia expressus a die insinuatæ citationis, ad procedendum super demonstratione, solet computari; idque nullo discrimine, per instrumenta tantum, an etiam per testes, peracta fuerit demonstratio, quum rotuli demonstrativi nulla opus habeant solenni publicatione, atque adeo hic citationi ad publicandam demonstrationem locus esse non possit. Quanquam citatione nihilosecius, sive petente, sive non contradicente actore, ad publicandas at-

testationes reo insinuata, terminus contrademonstratorius ab eodem tempore erit computandus; nec non sententia dicta: daß nunmehro mit der bedingten Gegenbescheinigung zu verfahren, terminus, priore sententia expressus curret a die rei judicatæ, *Berger. E. D. F. c. l. p. 703.*

8. Novum plane in processu summario in specie contrademonstrationis terminum constituit Facultas Lipsiensis in sententia; daß Klägers Suchen nicht statt hat, sondern er ist, seines Vorwendens ungeachtet, ermeldte rotulos ad acta zu geben und NB. so dann Beil. mit seiner vorbehaltenen Gegenbescheinigung in Sächsis. Frist einzukommen schuldig. *Ex* his duo præcipue consequuntur 1) summarios rotulos in processu summario, in specie tali, reo ad juvandam contrademonstrationem esse communicandos, 2) terminum contrademonstrationis, eumque in sententia expressum, a die communicationis computandum esse, vid. *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 21. § 3. p. 507. seq.*

9. In processu summario in specie, eoque irregulari *ex d. practica §. 8.* terminus contrademonstrationis currit, non, sicut in processu summario in specie, eoque regulari, a die insinuatæ citationis ad procedendum super demonstratione, sed ab eo die, quo sententia, qua super recognitione instrumentorum, in libellum deductorum, pronunciatur, transiit in rem judicatam. *Berger. p. 2 supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 25. §. 1. p. 1967.*

10. Terminus productionis in demonstratione & contrademonstratione peremtorius haud est, quamvis utraque ad spatium Saxonicum, in sententia vel decreto adstricta fuerit, cum id inchoative tantum, de nomi-

nominatione testium, & documentorum oblatione intelligendum sit, atque adeo ad terminum productionis proferri nequeat: ita enim neglecto contrario usu, de quo testatur *Berger. E. D. F. tit. 24. obs. 2. not. 1. p. 739.* respondet Ordo Wittebergensis, teste *VVernber. sel. obs. for. p. 5. obs. 172.*

11. Quamdiu præstatio guarandæ, per rem judicatam injuncta, nondum subsecuta est, contrademonstratio deserta censeri nequit, etsi demonstratio finita sit, & reus semel iterumque dilationem petierit, *Wernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 254.* Nec anticipata oblatio articulorum, super demonstratione contraria confectorum, hujus desertionem operatur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 15.*

12. Non tenetur quis, suscepta contrademonstratione, adversarii interrogatoria admittere, etsi hic prior in demonstratione eadem indulserit, *Wernber. sel. obs. for. p. 9. obs. 45.*

13. In demonstratione contraria rotulos testium, etiamsi in alia causa confecti fuerunt, adhibere licet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 25.*

CONTRAVINDICATIO.

1. Contravindicatio est exceptio dominii, qua reus, actione rei vindicatoria conventus, non solum actoris dominium negat, sed simul suum quoque dominium asserit, idemque declarari petit; quo probato, non solum ab instituta actione absolvitur, sed & per sententiam dominus rei declaratur, *Wernber. sel. obs. for. p. 7. obs. 7. n. 1. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 5. p. 252. & p. 2. Supplem. in additam. ad tit. 20. §. 2. th. 5. p. 1910. & th. 35. p. 1936.*

2. Non itaque sufficit peti, ut reus ab instituta rei vindicatione absolvatur, sed necesse est, id etiam

intendi & peti, ut reus dominus declaretur, *Berger. d. p. 1. Supplem. c. l. p. 253. & d. p. 2. Supplem. c. l. th. 4. p. 1909. & th. 43. p. 1951. seq.*

3. Contravindicatio non est necessitatis, sed utilitatis; imo consultum etiam est possessori, eo casu, cum ipse de peragenda dominii sui probatione diffidit, & actoris intentionem fundamento carere videt, ut in simplici negatione acquiescat, & contravindicationem omittat, *Berger. p. 1. supplem. c. l. p. 252. & p. 2. in addit. c. l. th. 37. & 38. p. 1938.* quamvis contravindicans rem ideo non amittat, si in probatione deficiat, *Berger. p. 2. Supplem. c. l. th. 42. p. 1951.*

4. Effectus contravindicationis & subsecutæ sententiæ declaratoriæ est, ut 1) possessor non solum contra eundem actorem, si is fortassis rei vindicationem ex alia causa & titulo instituat, securus sit, *Berger. d. p. 2. Supplem. c. l. th. 3. & 4. p. 1908. & th. 38. p. 1938. Wernher. c. l. n. 2. seq.* sed etiam contra tertium vindicantem exceptione rei judicatæ sese tueri possit, *Brunnem. ad l. 14. de probat. Berger. prox. c. l. & th. seq. & d. p. 1. Supplem. c. l.* 2) ut contravindicans, si deinde possessionem rei, super qua contravindicavit, amittat, & ipsemet rei vindicationem desuper instituere cogatur, possit in suscipienda dominii probatione ad sententiam illam, qua dominus declaratus est, confugere, 3) ut eadem ipsi prosit in actione confessoria, negatoria, legis Aquiliæ, & condictione furtiva, ubi dominium itidem demonstrandum est, *Berger. d. p. 2. Supplem. d. th. 38. p. 1938. & th. 41. p. 1947. seq.*

5. Quo illa Sententia effectu suo contra tertium gaudeat, necesse est 1) ut tertius ille, cui eadem objicitur,

citur, eodem nitatur fundamento, quo ille, contra quem contravindicatum fuit, 2) ut sententia illa declaratoria super contravindicatione ex liquidissimis & prorsus indubiis probationibus feratur, 3) ut is, adversus quem contravindicatum fuit, fuerit legitimus contradictor, *Berger. d. p.2. Supplem. c.l. th.40. p.1944. seq.*

6. Plane ejusmodi sententiam dominii declaratoriam, pro reo latam, tertio, qui non in lite fuit, præjudicare non posse, asserit *Wernher. c.l. n.12.seq.*

7. Cœterum contravindicationem, etiam 1) in actione publiciana, 2) in hereditatis petitione locum habere, imo etiam 3) ad Servitutes, atque alia jura illis similia proferri posse, adstruit *Berger. p.2. Supplem. ad E.D.F. tit.20. §.14. p.488. & in additam. ad eund. tit. §.2. th.44.45.46. p.1953.* Conferantur vero, quæ circa hæc, & præprimis circa contravindicationem in hereditatis petitione adstructam, admonet *Wernher. c.l. n.82.seq.*

CONTUMACIA.

1. Condemnatio ob contumaciam subsequi nequit, nisi præcesserit accusatio, *Rivin. ad O.P.S. tit. 10. en.70.* & pro contumace nemo habetur, nisi cujus contumacia accusatur, ac desuper fuerit lata sententia, *l.68. de judic. l.13. §.2. C. eod. Carpz. p.1. c.9. def. 15. n.5. Brunnem. proc. civil. c.4. n.7. in fin.*

2. Ut itaque, si actor rei contumaciam haud accusavit, reus etiam post terminum inrotulationis moram adhuc purgare, dilatoriasque exceptiones salvare possit, ceu præjudicio testatur *Barth. hodeg. for. c.2. §.5. lit.d. p.454.*

3. Oretenus fieri debet contumaciæ accusatio: in literis enim fieri nequit, nisi specialis observantia judi-

judicii id ipsum admittat *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. cn. 71.*

4. Citatus non comparens contumax dicitur, etiam non accusata contumacia ejus per partem adversam, 1) si ex forma statuti contumax pro confesso habetur, *Gail. lib. 1. obs. 55. n. 9.* 2) in causis fiscalibus, *l. 2. §. senat. de jur. fisc. Gail. c. l.*

5. Si actor in primo termino contumax fuerit, & emanserit, accusata ejus per reum comparentem contumacia, reus ab instantia, vel potius a citatione, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 349. n. 6. seq.* absolvitur, (a) actori vero injungitur restitutio expensarum, & præstatio (b) cautionis de lite prosequenda, nec ad agendum ulterius admittitur, donec expensas solverit, & cautionem de lite prosequenda præstiterit, *c. 1. X. de dol. & contum. O. P. S. tit. 10. pr. Carpz. lib. 3. R. 30. & p. 1. c. 9. d. 22.* Imo, actore in primo termino emanente, reus petere potest, ut actor condemnetur ad actionem prosequendam, bey deren Verlust, (c) ceu præjudicio comprobat *Berger. dec. 328.*

6. Non

(a) quod hodie, non amplius fit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit* 10. §. 1.

(b) Quæ hodie in foro Saxonico non amplius obtinet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 10. §. 1.

(c) Imo hodie actor & provocans, in primo termino emanens, ad restitutionem expensarum, & prosequendam actionem sive provocationem, intra terminum Saxonicum, bey deren Verlust, und daß Kläger oder Provocant damit ferner nicht gehöret werden solle, etiam ex officio condemnari debet. Quo facto, si intra prædictum spatium novam citationem nec petierit, nec dilationem petierit, aut in sequenti termino iterum emanserit, facta contumaciæ accusatione, ipsa actio pro amissa atque

6. Non referre, an contumacia ante, vel post litis contestationem ab actore commissa fuerit, sed indifferenter, etiam in compromisso, hanc pœnam obtinere, putat *Carpz. d. def. 22.*

7. Reus quidem statim restitutionem expensarum, vi rei judicatæ, petere potest; actor vero cautionem de lite prosequenda non prius præstare tenetur, quam iterum agere incipiat, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 437.*

8. Hæc cautio ad certam quantitatem non solet adstringi, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 4. Philipp. ad O. P. S. tit. 10. consid. 2.* quæ a possessionato per nudam promissionem fieri potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 349. n. 1.*

9. Actor ex qualiquali causa a pœna cautionis absolvitur, *Philipp. c. l. consid. 1.* Igitur, si de citatione legitime executa non constat, aut alia probabilis emansionis causa apparet, ut de contumacia actoris, in primo termino non comparentis, dubitari possit, omissa cautione de lite prosequenda, & absolutione ab instantia, fieri saltem condemnatio in expensas solet, imo & condemnatio omittitur in expensas, si justa causa subest, quæ contumaciam purgat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 2.*

10. Nec actor quidem in expensas, si ex actis non apparet, notificatum fuisse terminum actori, condemnatur, *Rivin. c. l. en. 1.* cum regula: *actorem semper haberi pro contumace, si non comparet, nihilque referre, sive rite fuerit vocatus, sive non*, hanc notabilem

que deperdita declaratur & simul actor contumax in restitutionem expensarum condemnatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 10. §. 1.*

lem patitur limitationem, *si in futuro termino præjudiciale quid actori expediendum veniat, Rivin. c. l. en.5.*

11. Sed, qui terminum præfigi petiit, atque citationem impetravit, si emanserit, defectum notificationis regulariter frustra urgere tradit *Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.349. n.5. & p.5. obs.167.* cum impetrans citatione aut notificatione opus non habeat. Hoc tamen sine temperamento non esse accipiendum, sed judicem, eveniente casu, ponderatis diligenter circumstantiis, de contumacia arbitrari debere, docet *id. Wernher. sel. obs. for. p.5. obs.227.*

12. Cautio de lite prosequenda omittitur, si actori spatium Saxonicum haud fuerit concessum, *Rivin. ad O. P. S. tit.10. en.3.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.349.*

13. Contra absentes & contumaces reos hodienum per missionem ex primo & secundo decreto procedi potest, si aliud moribus non introductum appareat, *Wernher. sel. obs. for. p.2. obs.439.*

14. Jure Saxonico reus contumax statim amissione totius causæ punitur, Landr. *lib.2. art.9. & 24. Rauchb. p.1. qu.11. n.2.* Quæ tamen rigorositas temperata est, & primo prævia contumaciæ accusatione condemnatur reus usque ad legitima *(d)* impedimenta, *O. P. S. tit.10. §.4. ibique Philipp. consid.4. n.4. 5. & Rivin. en.32. Carpz. lib.3. R.25. n.4.5.* tam in realibus quam personalibus actionibus, *Carpz. c. l. n.6. Barth. hodeg. for. c. 1.* §. *66. lit. d. p.310.* quamvis actor petierit, ut reus condemnetur in executionem, *Carpz. p.1. c.9. d.5.*

15. Li-

(d) Qui procedendi modus, si excipias processum desertionis in Consistoriis usitatum, nec non processum banni, abolitus est *Ord. Proc. Sax. tit.10. §.2.*

15. Licet reus contumax ſæpius citatus fuerit, non tamen tanquam convictus condemnari, & amiſſione cauſæ puniri ſolet, niſi ſententia, qua ad docendum impedimenta admittitur, præceſſerit, *Carpz. d. c. d. 4. & 6.*

16. Secunda vice, ſi reus in termino proximo iterum non comparuerit, vel legitima impedimenta deducere nequeat, condemnatur in amiſſionem cauſæ, ſive executionem, *O. P. S. c. l. ibique Philipp. conſid. 5. Carpz. lib. 3. R. 28. n. 11. & proc. tit. 8. art. 5. n. 45.* ſecundum contenta libelli, & principalem actoris intentionem, non etiam quoad acceſſoria, *Carpz. p. 1. c. 9. d. 14. Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 40. 41.* confer. *Barth. c. l. p. 309.* rejectis omnibus cujuscunque etiam momenti exceptionibus peremtoriis, præter ſolutionem & compenſationem, in continenti ex inſtrumentis liquidas, *Barth. c. l. p. 308.* Nihilque refert, utrum proceſſus ordinarius, an ſummarius, an vero executivus fuerit inſtitutus, *Carpz. proc. tit. 8. art. 2. n. 19. Berger. E. D. F. tit. 10. obſ. 2. not. 5. p. 334.*

17. Non tamen reus, ita ad executionem condemnatus, in totum amittit peremtorias ſuas altioris indaginis exceptiones, non magis ac in executivo proceſſu, ſed uti hic reconveniendo, ita ibi conveniendo, per modum actionis ex in judicium deduci, & vel condictione indebiti vel ſine cauſa, aut alia ſolutum repetere poteſt, *Barth. c. l. p. 308. in fin.*

18. Purgata autem contumacia tota cauſa redit ad priſtinum ſtatum, *Carpz. lib. 3. R. 27. n. 15. & proc. tit. 8. art. 2. n. 73. Barth. c. l. p. 307.* & perduntur ſumtus in duobus terminis erogati, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 39.*

19. Non requiritur exacta impedimentorum pro-

probatio, ſed qualiscunque ſummaria demonſtratio, nudis etiam ſchedis & privatis teſtimoniis facta ſufficit, vid. *Carpz. p.1. c.9. d.10. & 12. nec non lib.3. R. 26.* & reus impedimenta legitima juramento ſuo probare volens admittitur, ſi aliæ deficiant probationes, *Carpz. d.c. d.11.* add. *Barth. c.l. p.306.* & leviſſimæ quoque cauſæ admittuntur, vid. *Berger. dec.330.* confer. tamen *Barth. c.l.*

20. Terminus, ad deducendum impedimenta, peremptorius non eſt, nec certo fatali reſtrictus, multoque minus a tempore rei judicatæ currit, ut *Coler. in proc. exec. p.1. c.2. n.33.* cenſuit, ſed actor potius eum præfigi petere debet, poſteaque in termino reum ad deducendum impedimenta provocat, *Barth. c.l. p.308.* confer. *Carpz. d.c.9. d.12. Svendend. ad Fibig. p.175.*

21. At quid, ſi, purgata per deductionem legitimorum impedimentorum contumacia, de novo poſtea citatus rurſus emaneat, an tunc condemnari ad executionem poſſit? Id quod negatur, *Barth. c. l.* add. *Carpz. lib.3. R.28.*

22. Non condemnatur reus usque ad legitima impedimenta, vel in executionem, ſi accuſatio contumaciæ non præceſſerit, *Carpz. p.1. c.9. d.15.*

23. Nec condemnatur reus in legitima impedimenta vel executionem, ſed ſubſtituitur condemnatio in expenſas, ſi ex actis non appareat, reo inſinuatam eſſe citationem, *O. P. S. tit.10. §.4. ibique Rivin. en.36.* ſi citatio terminum legalem, ſex ſcil. ſeptimanarum & trium dierum non habuerit, *O.P.S. tit.10. §.4. ibique Rivin. en.33. Carpz. d. c. d.17.* niſi perſeverantiam in contumacia per literas expreſſe declaret reus, *Carpz. lib.3. R.28.* Terminus autem computa-

putatur non a die ſcriptionis, ſed ab inſinuatione citationis, *Carpz. d. def. 17.*

24. Porro omittitur condemnatio in legitima impedimenta vel executionem, & condemnatur reus duntaxat in expenſas, ſi reus ante vel in termino per literas abſentiam excuſat, *O. P. S. tit. 10. §. 5. Carpz. d. c. d. 19.* & prorogationem termini ſollicitat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 34.* Plane ejusmodi literis non obſtantibus, ad legitima impedimenta condemnatur reus, ſi ſecunda vice abſentiam ſuam excuſat, *O. P. S. c. l. Rivin. c. l. en. 35.*

25. Etiam omittitur condemnatio in legitima impedimenta & executionem, ſi actor ſimul petierit expenſas, *Carpz. dec. 210. Berger. E. D. F. tit. 10. obſ. 2. not. 5. p. 334.* item ſi ante emiſſam citationem ſe non legitimaverit, vel guarandam & ſatisdationem non præſtiterit actor, *Berger. c. l. & p. 2. Supplem. tit. 10. §. 10. p. 309. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 66. p. 304. ſeq. ibique lit. d. p. 310.* add. *Rivin. c. l. en. 37.* vel ex compromiſſo agatur, *Carpz. d. c. d. 21.* vel denique, ſi reus beneficio reſtitutionis in integrum gaudeat, *Rivin. c. l. en. 38.*

26. Non metuendam eſſe executionem, ait *Berlich. p. 1. concl. 17. n. 98.* & cum eo *Nicolai in proc. jur. p. 1. c. 35. n. 5. p. 352.* 1) ſi libellus ineptus aut non concludens eſſet, confer. tamen *Rivin. c. l. en. 41.* 2) ſi in citatione aut præcepto apponeretur pœna inconſueta, vel quid aliud inſolitum in pœnam contumaciæ, 3) ſi proceſſus nullus, aut non rite & recte formatus, 4) ſi ea die judex non ſedit.

27. Et ceſſare executionem, tradunt *Berlich. & Nicolai cc. ll.* ſi reus minor, mulier vel ruſticus eſſet, niſi in vero & expreſſo dolo hi deprehenderentur:

quanquam, quod mulieres & rusticos attinet, nulla lege a contumaciæ pœna hi exemti sunt, quin de rusticis attestatur *Moller. semestr. lib.3. c.38. p 334.* quod ob solam contumaciam condemnatos, & sententias executioni mandatas sciat, vid. *Barth. c. l. p. 309.*

28. Nec denique metuendam esse executionem, tradunt *Berlich. & Nicolai cc. ll.* si contumax, antequam pro confesso & convicto pronuncietur, decesserit: tunc enim heredibus id non præjudicaret. Sed id vix indistincte, & imprimis tum procedere, si post elapsum deducendis impedimentis præfixum terminum Saxonicum ægrotare cœperit, & ante publicandam super deserta vel insufficiente impedimentorum demonstratione sententiam decesserit, cum heres in defuncti etiam vitia succedat, putat *Barth. c. l.*

29. Quamvis adhuc hodie liberum est *(e)* actori, prædeducto modo contra reum contumacem procedere, *Berger. E. D. F. tit.10. obs. 2. not. 5. p. 333. Barth. c. l. p.310.* rariorem tamen hodie, vel culpa advocatorum, aut judicum & actuariorum, illius esse usum, docet *Barth. c. l.* cum reus, sicubi in primo termino emaneat, accusata ejus ab actore contumacia, condemnatur in expensas termini, eique, pro ratione instituti processus, injungitur modo recognitio, modo responsio simplex, Einlassung und Antwort, modo litis contestatio, Kriegs-Befestigung, & quidem sub pœna *(f)* recogniti, confessi & convicti, litis item affir-

(e) Imo hodie non liberum est, nec permittitur prædeducto modo contra reum contumacem procedere cum ille procedendi modus plane abolitus est *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.10. §. 2.*

(f) Hodie reus prima statim vice, *sub præjudicio*, & quidem

affirmative contestatæ; &, si in secundo iterum termino non compareat, accusata rursus ejus contumacia, documentum pro recognito, aut ipse pro confesso & convicto, aut lis pro affirmative contestata habetur, atque adeo secundum petita libelli, ratione cum causæ tum expensarum, condemnatur, vid. *Berger. d. obs. 2. p. 330.*

30. Ad primum terminum sufficiunt (g) tres hebdomadæ, hoc effectu, ut per sententiam & commina-

dem secundum naturam processus, *sub pœna confessi & convicti, recogniti, sive præclusi*, citatur, *O. P. S. R tit.* 1. §. 4. & *tit.* 4. §. 1. & emanens, prævia actoris accusatione contumaciæ, præter condemnationem in expensas, *pro confesso & convicto* declaratur, vel alias ad istud, circa quod comminatio adjecta est, pronunciatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 10. §. 2. Atque ita indiscriminatim judex, etiamsi pars emanens in termino demum vel paulo ante excusationes suas proferat, ac impedimentum legitimum, quod incontinenti non demonstrat, alleget, imo contra terminum, wider Fortgang des Termins, appellet, & quidem hoc ultimo casu post rejectam appellationem, pronunciare debet, ita tamen ut illis, qui justis ex causis impediti fuerint comparere, integrum sit, legitima impedimenta, mediante leuteratione vel appellatione deducere; quo tamen casu in prosecutione leuterationis, vel justificatione appellationis, si qualitas causæ permittat, anteriori citationi, sub comminatione imbi expressa, eventualiter morem gerere teneatur, *O. P. S. R. tit.* 4. §. 5.

(g) Hodie prima, imo & quævis alia citatio, quæ sub comminatione aliqua emittitur, aut ex qua fatale quoddam dependet, integrum spatium Saxonicum, von 45. Tagen, deducto die insinuationis atque termini, in se continere debet, & hoc ipso *Mandato Electorali de die 12. Augusti* 1670. §. 3. qua terminum ad prosequendam leutera-

minatio fieri & restitutio expensarum termini dictitari queat, *Berger. d. obs. 2. not. 3. p. 332.* Sicubi vero deficiat trium hebdomadum spatium, neutra decerni potest, *Berger. c. l.*

31. Sed hoc capiendum est de eo solo casu, quo reus in primo termino emaneat; adeoque secus est, cum reus compareat, atque exceptionem termini angusti objiciat: tum enim ratio dictitat, eundem, siquidem vel unus dies termini, deducto utroque die insinuationis & termini, desit, neque in expensas condemnandum, nec, solita comminatione ad respondendum, compellendum esse; *Berger. c. l. & p. 2. supplem. tit. 10. §. 5. & 6. p. 302. seq.* confer. *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 50. & 51.*

32. Quod si vero reus primo termino compareat, sed, exceptione termini angusti non opposita, alia quærat effugia, eidem & responsio sub pœna consueta & expensarum injungitur restitutio, *Berger. E. D. F. c. l. p 333.*

33. Quod dictum est, sufficere tres hebdomadas, ad eum effectum, ut per sententiam & comminatio

leuterationem, aut justificandam appellationem, derogatur. Excipiuntur autem causæ injuriarum & quæ spectant ad *mandatum*, quod *sub dato d. 7. Januar.* 1724. contra istos, qui solvendo non sunt, Banqueroutiers, emissum est, nec non istæ, quæ concernunt causas, so zur Policey gehörig, it. opificiales, vel leviores existunt, aut moram non patiuntur. In his enim a judice brevius spatium, videlicet 14. 8. aut pauciores dies, licet comminatoria sit citatio, indulgeri, quin imo etiam prorogatio termini, sive a judice ex officio, sive ad instantiam litigantium facta fuerit, sub spatio breviori, von 3. Wochen, oder 14. Tagen, fieri potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 1.*

tio fieri, & restitutio expensarum termini dictitari queat, restringendum est ad primum terminum: ad secundum enim requiritur terminus Saxonicus, *Berger. c. l. p. 332.* adeoque reus in termino emanens, pro confesso & convicto haberi nequit, si citatio non continet spatium legale, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 47.*

34. Reus tamen, sine termino legali comparens, aut ipse in persona, aut per mandatarium, pro confesso declaratur, si præcedenti sententiæ comminatoriæ non obtemperat, nec termini angusti exceptionem opponit, *Rivin. c. l. en. 48. 49.*

35. Clausula comminatoria: sub pœna *confessi & convicti*, item, sub pœna *recogniti*, citationi inserta, usu fori Saxonici nullum effectum habet, nisi decretum vel sententia præcedens ejusmodi comminationem contineat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 43. Wernher. supplem. ad p. 1. obs. 265. nec non supplem. nov. ad eand. obs. Berger. philoc. for. R. 56. p. 410.* Imo ne hoc quidem sufficit, sed, simul contumaciam ab adversario rite accusatam fuisse, requiritur, *l. 13. §. 2. C. de judic. Gail. lib. 1. obs. 55. n. 6. seq. Rivin. c. l. en. 44. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 265.*

36. Plane hodie citatio sub ejusmodi clausula comminatoria, absque præcedenti sententia, effectum utique habet, adeo ut reus ita citatus, ex. gr. pro confesso & convicto haberi queat, juxta *O. P. S. R. tit. 4. §. 1. & 5.*

37. In actione negatoria hæc specialis comminatio: *sub amissione juris sui*, contra reum contumacem est usitata, *Rivin. c. l. en. 63.*

38. Pœnam confessi & convicti incurrit reus, qui sub hac comminatione citatus non viva voce

respondit, sed positionem in scriptis exhibet, *Rivin. c.l. en.55.*

39. Si plures sunt litis consortes, illi saltem ob contumaciam condemnantur, quibus citationem legitime insinuatam esse, constat, *Rivin. c.l. en.45.*

40. Improvide agit reus, cui responsio sub præjudicio injuncta, si in termino comparens eam differt, & ob absentiam advocati de septiduo protestatur, contradicente siquidem actore, atque rei contumaciam accusante, pro confesso & convicto habetur, *Rivin. c.l. en.56.*

41. Licet maritus defensorio nomine uxoris compareat in judicio, pœna tamen contumaciæ non aliter contra hanc locum habet, nisi ipsimet citatio legitime insinuata, *Rivin. c.l. en.46.*

42. Pro confesso & convicto si quis habendus, ac plus sit in petito, quam in præmissis, juxta contenta præmissarum condemnatio facienda, *Rivin. c.l. en.60.*

43. Reus pro confesso non habetur, si actor non oretenus libellum repetit, sed provocat ex schedula, *Rivin. ad O. P. S. tit.10. en.58.* si reus a commissariis sine expressione loci, ubi comparendum, citatus emansit, *Gail. lib.1. obs.52. n.1. Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.298.* vel commissarii nullo actuario instructi fuerint, *Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.72.*

44. Nec reus pro confesso habetur, si, leuteratione ab ipso interposita, cum rejectionis notificatione simul insinuatur citatio ad terminum, in quo sub præjudicio litem contestari debet, *Rivin. c.l. en.59.*

45. Contumacia adversarii emanentis frustra accusatur a femina, quæ in judicio sine curatore comparet, *Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.291.*

46. Ac-

46. Accusationi contumaciæ non est locus, si ante terminum interponitur appellatio, *Rivin. c. l. en. 73.* Sed hodie accusationi contumaciæ est locus, ita, ut, rejecta appellatione, ad petitum accusationi contumaciæ adjectum pronunciari possit, *O. P. S. R. tit. 4. §. 5. & tit. 10. §. 4.*

47. Reus ad judicium mercatorium Lipsiense citatus, ut compareat horis antemeridianis, si per procuratorem debito tempore accuset contumaciam actoris emanentis, hic vero demum post meridiem actionem proponit, terminus pro circumducto habetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 10. en. 61.* Quod vero ad alios terminos nequaquam est trahendum, *Rivin. c. l. en. 62.*

48. Si ob neglecta fatalia accusatur contumacia, non statim desuper fertur sententia, sed responsio potius injungitur *(b) Rivin. c. l. en. 75.* & si super accusatione contumaciæ procedendum, citatio principali, non mandatario insinuanda, *Rivin. c. l. en. 76.*

49. Add. loc. *expensæ litis. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 44. 45. 46.*

COPIA. COPIA VIDIMATA.

1. Exempla & copiæ instrumentorum, quas calumniosam scripturam, i. e. fallacem & ad calumniam struendam, fraudemque inferendam idoneam, *Do-*

(*b*) Hodie non, sed contumacia ex actis apparente, judex, omni ambage remota, ad petitum accusation contumaciæ adjectum pronunciare, simulque contumacem ad restituendas expensas condemnare, & in earum adjudicatione, si partes ad comparendum in persona citatæ fuerint, rationem sumtuum itineris, Reise- und Zehrungs-Kosten, pro conditione personarum habere debet, *O. P. S. R. tit. 10. §. 4.*

nell. ad auth. si quis in aliquo C. de edend. n. 1. Paulus vocat *in l. 2. de fid. instrum.* nullam vim probandi habent, *d. l. 2. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 6. 7. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 365. n. 2.* adeo ut nec fiscus per ea probare possit, *Brunnem. ad l. 2. n. 1. de fid. instrum. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 9.*

2. Neque ad rem facit, quod in archivo repertæ sint, *Brunnem. ad l. 2. n. 3. seq. de fid. instrum. Wernher. c. l. n. 3.* add. *Horn. cl. 12. ʃnt. 53. p. 861. in fin.* confer. tamen *Carpz. p. 1. c. 17. d. 38. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 38. Beck. disp. de cop. vidim. §. 16.* Quod si vero alia adminicula concurrant, ad juramentum suppletorium vel purgatorium deveniri potest, *Wernher. c. l. n. 4.*

3. Excipi solent ea exempla, quæ & antiqua & nota manu conscripta sunt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 7. not. 1. p. 1062.* add. *Martin. ad O. P. S. c. l. n. 41. Wesenbec. p. 6. consil. 267.* & copias documentorum antiquas recognosci debere, nec probandi vi omnino destitui, opinatur *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 68.* propter antiquitatem enim exemplo plenam fidem haberi, tradit *Mynsinger. lib. 6. obs. 75.* add. *Berger. p. 1. R. 121. p. 213. b.*

4. Sed arbitrio judicis relinquendum esse, ut, ponderatis rite circumstantiis, æstimet, quousque fides ejusmodi exempli attendi, & utrum forte jusjurandum, sive suppletorium, sive purgatorium decerni debeat; & exemplum protocolli judicialis, licet antiquum, regulariter vim probandi non habere, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 162.*

5. Plane copia vidimata antiqua plene probat: non autem sufficit, originale esse, vel fuisse antiquum, si exem-

ſi exemplum ſit recens, *Beck. diſp. de cop. vidim. §. 16. Bœhmer. jur. eccleſ. lib. 2. tit. 22. §. 8.*

6. Copia a notario vidimata regulariter vim aliquam probandi non habet, *Weſenbec. p. 6. conſil. 267. n. 76. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 10. ſeqq.* add. *Beck. diſp. de cop. vidim. §. 13.* adeoque non recognoſcenda, quamvis forte originale amiſſum ſit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 10. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 68. n. 1.* Sed copias documentorum a notario vidimatas recognoſci debere, cum reliquis probationibus adminiculari queant, tradit *Carpz. dec. 236. n. 1. ſeq. & in proc. tit. 14. art. 2. n. 47. ſeq. nec non lib. 3. R. 81.*

7. Copia vidimata plene probat, ſi idem notarius, qui ſcripſit exemplum, fuerit etiam ſcriptor originalis, *A. Fab. in Cod. lib. lib. 4. tit. 16. def. 15. n. 1. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 35. Beck. c. l. §. 15.* Quæ vis etiam tribuitur exemplo, quod non ſcripſit idem notarius, ſed tantum ſubſcripſit & ſubſignavit, *Mev. p. 7. dec. 244. n. 4. Martin. c. l. n. 37.* Sed collationem ejusdem notarii, qui ſcripſit authenticum, non habere vim probandi, ſiquidem ea ſine teſtibus ſit facta, docet *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de fid. inſtrum. ad verb. ſubſcriptio. & œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 7. not. 3. p. 1062.*

8. Si notarius fecerit exemplum conſenſu partium extra judicium, id inter illos, haud tamen contra alios, fidem habet penes judicem, *Mynſinger. centur. 6. obſ. 74. n. 2. Richter. ad auth. ſi quis in aliquo. n. 10. C. de edend. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 33.*

9. Equidem copiæ vidimatæ, illæ cumprimis, quæ ab ordinariis judiciorum notariis & actuariis deſcriptæ ſunt, adeo non omni virtute probandi deſtituuntur, ut aliquando etiam plane ipſis fides

 tribua-

tribuatur, *Carpz. lib. 3. R. 81. n. 4. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 365. n. 1.* Sed regulariter non attenduntur, atque adeo, si res integra sit, originalium productio per sententiam interlocutoriam injungi solet, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 169.*

10. Chirographi & instrumenti cessionis originalibus deperditis, debitor contra cessionarium exceptione illegitimationis se tueri nequit, siquidem utriusque copiæ vidimatæ adsint, atque indicia doceant, originalibus amissis copias respondere. *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. cent. 2. consil. 98. p. 1333.*

11. In aula Electorali Saxonica consuetudine invaluit, ut instrumenta a notario judicii ordinario, vom Lehn-Secretario, vidimata plene probent & recognosci debeant, *Carpz. proc. tit. 14. art. 2. n. 52. seq. & dec. 236. n. 7. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 15.* etiamsi descripta sint ex prioribus vidimatis documentis, *Carpz. d. dec. n. 8.* Sed hoc capiendum est de negotiis coram judicio aulico initis: non vero de alienis, *Berger. dec. 354.* Quod itaque ad alia judicia inferiora, in quibus res acta est, extendendum, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 7. not. 2. p. 1062.*

12. Copia judiciali autoritate vidimata plene probat, *Martin. c. l. n. 22. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 7. §. 14.* cujus requisita vero sunt, 1) ut transsumtio a magistratu vel judice demandetur secretario, notario vel alii homini fide digno, *c. fin. X. de fid. instrum. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 25. seq.* 2) citatio partium, quarum interest, seu illorum, contra quos aliquando exemplum producendum, *Martin. c. l. n. 29. Beck. disp. de cop. vidim. §. 6.* 3) causæ cognitio, *Martin. c. l. n. 28. Bœhmer. jur. eccles. lib. 2. tit. 22. §. 5.* 4) justa causa vidimandi, veluti vetustatis

instru-

instrumenti, vel absentiæ futuræ, vel quia acta longius transmittenda, vel quia instrumentum plura capitula continet, & non de toto instrumento, sed parte ejus quæstio est, *Gail. lib. 1. obs. 106. n. 10. Brunnem. proc. civ. c. 19. n. 6.* 5) ut exemplificatio fiat cum iisdem notis, cyphris, & interliniaturis, uti hæc in originali deprehenduntur, *Stryck. c. l.* §. 15. de quo & aliis requisitis videri pluribus potest *Mynsinger. centur. 6. obs. 73. & Beck. d. disp. de cop. vidim.*

13. Si periculum in mora sit, citatio eorum, quorum interest, omitti potest, *Brunnem. c. l. n. 7. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 30.*

14. Si tamen alias extra casum periculi instrumentum, non vocata parte, jussu judicis exemplificetur, semiplenam facit probationem, ita ut accedentibus aliis adminiculis plena gaudere possit probatione, vel iis deficientibus, delationi juramenti suppletorii, si producens sit honesta persona, causaque ad hoc juramentum qualificata, juste locus detur, *Beck. c. l.* §. 14.

15. Sed hoc ita, si scil. non extet originale, vel non sit in facultate producentis istud exhibere, vel etiam de originali producendo non fuerit requisitus: nam si producens copiam vidimatam sit requisitus de producendo originali, quod potest exhibere & non vult, copia nihil quicquam probat, *Beck. c. l.*

16. Quodsi citati contumaciter abfuerint, vidimatio nihilominus perficienda, cum contumacia sit pro præsentia, *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 16. def. 12. Beck. c. l.* §. 7. Nec erit audiendus contumax, si aliam collationem sumtibus producentis fieri velit: si tamen suis sumtibus id fieri adversarius petat, nova collatio non erit deneganda, *Heig. p. 2. qu. 5. n. 17. Bornit. de instrum. lib. 3. c. 3. pag. 244.*

17. Si

17. Si ex archivo aliquo instrumenta sunt transsumta, plene probant, cum in archivo omnis præsumtio doli cesset: alii tamen contrarium statuunt, & citationem partium ad effectum plene probandi requirunt, per *auth. si quis in aliquo. C. de edend.* Sed rectior sese habet sententia illorum, qui propter hanc Dd. diversitatem ad observantiam & consuetudinem cujuscunque loci recurrendum esse, docent *Mynsinger. ad c. 1. X. de fid. instrum. n. 34. Beck. de cop. vidim. §. 16.*

18. Copia vidimata plene probat, si pars adversa ea pro se fuerit usa, *Mev. p. 5. dec. 147. n. 8. Beck. c. l. §. 15.* exemplum enim contra producentem plene probat, *Mev. ad jus Lubec. lib. 5. tit. 6. art. 3. n. 6.* nisi aliud conventum, *Brunnem. proc. civ. c. 29. n. 6.*

19. Si fuerit conventum, ut, in casum amissionis instrumentorum, copiæ vidimatæ plene credatur, nullum est dubium, quin plenam probandi vim habeat, *Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 6. §. 10. & differt. de amiss. instrum. c. 3. §. 4.* Et si contrahentes simpliciter dixerint, copiæ stari debere, copia vidimata subintelligitur, nec alia copia admitti potest, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 7. §. 14. Berger. proc. exec. § 25.*

20. Copia vidimata, imo quæcunque simplex, plenam fidem habet, si pars, contra quam producitur, non contradicat, nec excipiat, *Mev. p. 5. dec. 147. n. 7. Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 40.* si secundum eam fuerit judicatum, postea enim inter eosdem pro authentico habetur, *Mev. d. dec. n. 9. Martin. c. l. n. 43. Beck. c. l. §. 17.* item si habens originale, contra mandatum judicis, detrectet productionem, *Martin. c. l. n. 44.*

21. Quan-

21. Quantum ad copias vidimatas, ab aliis copiis vidimatis transſumtas, illas nullius eſſe autoritatis, ſtatuit *Molin. ad conſuetud. Paris. tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. n. 33.* Sed *Bartol. in auth. ſi quis. C. de edend.* contrariam tuetur ſententiam, dicens: quoties originale ſaltem jurejurando aſſerentis poſſit probari eſſe deperditum, toties poſſe vidimationem fieri ex alia copia rite & ſolenniter vidimata, ita ut illi eadem detur fides, quæ primo exemplari vel ipſi originali jure dari debet. Cujus ſententia eatenus admittenda, ut procedat inter eos, inter quos primum exemplum ſolenniter fuit confectum, *Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 712. Struv. ex. 28. th. 31. Beck. c. l. §. 17.*

22. Alia adhuc eſt practica, ut, amiſſo originali, per notarium ex protocollo notarii mortui, juſſu judicis extrahatur exemplum, etiam non citatis, quorum intereſt, cum ad protocollum ſemper recurri poſſit, *Mynſinger. centur. 6. obſ. 73. n. 12. Brunnem. proc. civ. c. 19. n. 9.* add. *Martin. ad O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 46.*

23. In judicio inſtrumenta regulariter in originali ſunt producenda: exempla vero non admittuntur *c. 1. X. de fid. inſtrum. l. 3. C. de diverſ. reſcript. Coler. proc. exec. p. 3. c. 1. n. 49. Mev. p. 5. dec. 147. n. 1.* quippe quæ ſuſpicionem obreptionis pariunt, *l. 24. C. de probat. Linck. conſil. Altdorf. 10. n. 1.*

24. Aliquándo tamen copiæ quoque vidimatæ non minus, quam ipſa originalia, admittuntur, quando ſcil. pars productionem originalium non urget, aut originalia haberi non poſſunt, & ſunt deperdita, aut allegantur inſtrumenta aliena, uti libri judiciales &c. vel ſine periculo amiſſionis aut corruptionis ad locum judicii longe diſtantem difficulter mittuntur, *Blum.*

Blum. proc. camer. tit. 73. n. 39. item ſi inſtrumenta plura capitula continent, & non de toto inſtrumento, ſed parte ejus agitur, quo in caſu parti tantum copia extracta communicanda, *c. 5. X. de fid. inſtrum. Gail. lib. 1. obſ. 106. n. 10. Beck. de cop. vidim. §. 19.*

25. Hinc ſi libri mercatorum exhibendi, non totus liber, ſed extractus tantum vidimatus illius paginæ, in qua res controverſa continetur, producendus venit, *Roeſener. de libr. mercator. c. 10. n. 33.*

26. Amiſſio inſtrumenti probatur vel per teſtes, vel in ſubſidium per juramentum, *Stryck. diſp. de amiſſ. inſtrum. c. 2. §. 2.* At non aliter amiſſionem alleganti defertur juramentum, quam cum illa veroſimilis eſt. Quo pertinet 1) ut qui allegat, & jurare debet, ſit perſona fide digna, 2) ut caſum certum, ex quo amittitur, alleget, 3) ut eum, quem obtendit vel ut amiſſionis caſum atque occaſionem probet, 4) ut modum amiſſionis exprimat & ſimul doceat, ut inde judici circumſtantias, & ex his veriſimilitudinem facti examinandi anſa ſit, ut non nimis grave ſit præjudicium & incommodum, quod inde alteri infertur, *Mev. p. 3. dec. 10. Martin. analect. for. ad comment. O. P. S. tit. 24. §. 2. n. 32.* add. *Stryck. c. l. §. 13. ſeq.*

27. Illis in caſibus, quibus copiæ vidimatæ admittuntur in judicio, ſemper recurſus ad originale, ſi haberi poteſt, conceditur, quia in deſcribendo facilis error, *Donell. lib. 23. c. 8. lit. y. Rœſener. de libr. mercat. c. 10. n. 34.*

28. Copiæ vidimatæ, ſi ſuis legalibus gaudeant requiſitis, ad inſtar originalium, ſunt recognoſcendæ, *Wildvogel. diſſert. de document. recognit. c. 3. §. 4.* imo & illæ, quæ a notario ſunt vidimatæ, *Carpz. proc. tit. 14. art. 2. n. 47. 48. Brunnem. proc. civ. c. 19. n. 33.* *Mar-*

Martin. ad O. P. S. tit. 25. §. 2. *n. 60.* dissentit *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 10. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 68. n. 1.* vel subscriptione actuarii judicii confirmatæ, *Born. ad jus univ. judic. disp. 1. th. 52. lit. f.* licet enim plene non probant, adminiculari tamen possunt, *Carpz. lib. 3. R. 81.*

29. In processu executivo reus copiam vidimatam recognoscere non tenetur, *Wernher. sel. obs. for. in supplem. nov. ad p. 2. obs. 365.* licet copia sit vidimata in aula Electorali Saxonica a notario judicii ordinario, vom Lehn-Secretario, *Carpz. dec. 236. n. 9. seq.*

30. Nec reus in processu executivo copiam a judicii notario, ad acta licet, vidimatam, deperdito originali, recognoscere tenetur: actori autem salvus manet regressus contra eum, cujus culpa deperditum est originale, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. cent. 3. consil. 83. p. 1639.*

31. Quod si vero instrumento inserta sit clausula: ut stetur copiæ, ubi vidimatæ subintelligitur, aut vidimatio facta citatis iis, quorum interest, processui executivo locus est, *Berger. proc. exec.* §. *25.*

32. Vitiantur copiæ vidimatæ 1) per rasuras in loco suspecto & substantiali, 2) per cancellationem, vel totalem vel partialem, in loco suspecto & substantiali, 3) per interlineaturam & scripturam marginalem, *Beck de cop. vidim.* §. *21.* confer. *Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 6.* §. *4. & 5. & in dissert. de rasura c. 2. n 3. seq.*

33. Copiæ documentorum ut a procuratore pro originalibus recognosci queant, speciali mandato opus est, neque sola recognoscendi potestas, mandato adjecta, sufficit, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 380.*

COR-

CORPUS DELICTI.

1. De corpore delicti nisi constet, nullo modo adversus certam aliquam personam inquiri potest, *Carpz. pract. crim. qu. 108. n. 5.* Ad effectum tamen inquirendi contra certam aliquam personam sufficiunt probabilia indicia criminis commissi, *Carpz. c. l. n. 10. seqq.* add. *Horn. cl. 15. R. 12. p. 1041. b. in fin. & R. 88. p. 1175. b.*

2. Si non constet de corpore delicti, ad torturam nequaquam deveniri potest, *Carpz. c. l. n. 15.* cui tamen locus est, etiamsi de corpore delicti tam liquide non appareat, modo indicia criminis commissi certa & indubitata adsint, *Carpz. c. l. n. 18. seq.*

3. Etsi delinquens crimen confessus, aut de eo convictus fuerit: attamen, si de corpore delicti, veritate nempe criminis commissi, liquide & certo non constet, haudquaquam ultimo supplicio puniri potest, *Carpz. c. l. n. 25. s. q. & p. 4. c. 3. d. 16. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 4. n. 1. & in supplem. nov. ad eand. obs.*

4. Contra ea aliam quamvis pœnam etsi fortassis corpus affligat, reo, qui delictum fatetur, dictari posse volunt, utut nulla de corpore delicti certitudo habeatur, vid. *Carpzov. pract. crim. qu. 108. n. 39.*

5. Sed hanc doctrinam nullum in jure fundamentum habere, & eam ita, ut in pœnis non capitalibus, præsertim iis, quæ corpus affligunt, itidem aliqua corporis delicti certitudo, licet non tanta, quanta in pœnis, ultimum supplicium inferentibus, adesse debeat, temperandam esse, arbitratur *Wernher. d. obs. 4. n. 3. seq.*

COR-

CORREI CREDENDI ET DEBENDI.

1. Correi credendi sigillatim in solidum agere possunt, *l. 2. de duob. reis. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 3. not. 4. p. 605.* debitor vero una solutione omnium perimit obligationem, *d. l. 2. Struv. ex. 47. th. 27.*

2. Solutio hic in sensu latiori sumitur, ut comprehendat quoque novationem, acceptilationem, &c. *d. l. 2. de duob. reis. l. 31. §. 1. de novat. Schœpffer. synops. jur. priv. h. t. n. 6.* imo & repellitur alter correorum, facta litis-contestatione, *l. 16. de duob. reis. Berger. c. l.* sed confer. *Wernher. supplem. nov. ad p. 1. obs. 305. n. 91. seq.* ubi: valere unius correi novationem, vel etiam acceptilationem, respectu ratæ sibi competentis, non vero ratione partis.

3. Correus id, quod accepit, cum reliquis communicare non cogitur, *l. 16. de duob. reis. Hopp. ad verba: debitum accipiendo. §. 1. J. de duob. reis.* nisi sint socii, *l. 62. ad L. Falcid. Heig. p. 1. qu. 37. n. 14.* quales hic sunt omnes, qui duo rei credendi facti sunt ex causa onerosa: Sic enim actione pro socio aut communi dividundo, conveniri potest, qui solidum accepit, *d. l. 62. Peretz. ad Cod. tit. de duob. reis. n. 15. Struv. ex. 47. th. 28. Hopp. c. l.* confer. *Heig. c. l. n. 16. seq.*

4. Sed moribus hodiernis illum, qui ex correis credendi solidum exegit, teneri alteri ad communicationem indistincte, *arg. l. 2. de duob. reis.* communiter concludunt Dd. testibus *Hopp. c. l. in us. hod. & Berger. in œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 3. not. 4. p. 605.* adeoque eo nomine competere alteri vel implorationem officii judicis, vel condictionem ex *l. 32. C. de R. C.* tradit *Hopp. c. l.*

 5. Pa-

5. Pactum unius correi liberatorium, sive de non petendo, hodie aut perimit obligationem totam, salva ceteris correis condictione ex *l. 32. de reb. credit.* contra paciscentem, aut liberationem parit pro rata scil. paciscentis, *Berger. c. l.* quod ultimum quoque statuit *Wernher. c. l. n. 89.* pactum enim unius ex correis credendi non nocet alteri, *Struv. ex. 6. th. 49.*

6. Sicuti singuli correi debendi in solidum obligantur: sic quoque creditori electio est, a quo solidum exigere velit, *l. 2. l. 3. §. 1. de duob. reis. l. 2. C. eod.* Jure novissimo vero, si unus ex correis debendi in solidum conveniatur, gaudet beneficio divisionis, (*a*) quamvis specialiter in solidum se obligaverint, *nov. 99. c. 1. Carpz. dec. 190. n. 19. Brunnem. ad l. 2. & auth. hoc ita. C. de duob. reis. Schilter. ex. 48. §. 16. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 4. not. 6. p. 607.* dissentiunt *Hilliger. in Donell. lib. 16. c. 25. lit. q. Franzk. ex. 10. qu. 3. Ludwell. ad J. exercit. 12. th. 2. lit. c.* Imo correi plures, in solidum condemnati, exceptionem divisionis non solum pendente lite, sed etiam in executione objicere possunt, *Carpz. lib. 6. R. 64. n. 18.*

7. Cessat autem beneficium divisionis, si ceteri correi 1.) sint absentes, 2.) non solvendo, *nov. 99. c. 1.* 3.) mercatores sint, & ex causa societatis conveniantur, *Berger. c. l. p. 608.* vel 4.) eidem renunciaverint, *Hopp. ad §. 1. J. de duob. reis. verb. in solidum tenentur.*

8. Beneficium ordinis locum habet in correis necessariis, ut tutoribus, curatoribus, *l. ult. C. de divid. tut.* itemque magistratibus civitatum, *l. 11. ad municip.*

(*a*) Quod vero in cambiis plane exulat, secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 13.*

nicip. & similibus, ita ut ex his prius excuti oporteat administratores, quam ceteri, qui non administrarunt, conveniri possint: non in voluntariis, quum numeratio, uni facta, omnium voluntate facta esse credatur, *l. 4. C. de duob. reis. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 4. not. 7. p. 608.* Plane si ad alterum solutum tota pecunia pervenerit, is, ad quem nihil pervenit, exceptione ordinis juvabitur, *Carpz. p. 2. c. 18. d. 10. Stryck. disp. de benefic. excuss. c. 2. §. 23.* add. *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de duob. reis qu. 4.*

9. Unus ex correis debendi, qui integrum debitum solvit, regressum contra reliquos non habet, *l. 62. ad L. Falcid. Hopp. ad verba : omnes liberat. § 1. J. de duob. reis.* nisi 1.) sint socii, *d. l. 62.* quales hic esse creduntur, qui ex causa, respectu creditoris, onerosa, sunt debitores, *l. 2. C. de duob. reis. Hopp. c. l. Vinn. ad J. tit. de duob. reis. n. ult.* vel 2) solventi ante solutionem actio fuerit cessa a creditore adversus correum, *Christin. vol. 3. dec. 114. n. 5.*

10. Sed hodie indistincte, si unus ex correis debendi integrum debitum solvit, regressum instituere potest adversus reliquos, & id, quod ultra suam ratam solvit, vel imploratione officii judicis vel condictione ex *l. 32. C. de R. C.* vel etiam, quia correos ab obligatione simul liberavit, utili negotiorum gestorum actione repetere, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 27. def. 1. Carpz. p. 2. c. 17. d. 14. Hopp. c. l. in us. hod.* add. *Heig. p. 1. qu. 37. n. 11. Berger. œcon. jur lib. 3. tit. 3. th. 4. not. 8. p. 608.* confer. omnino *cambium rubrica: de aliis except. quæ contra liter. camb. loc. hab. vel non. §. 9. lit. t.*

11. Pactum unius ex correis debendi, qui est socius, prodest alteri, *Struv. ex. 6. th. 49.* Si vero non

est socius, nec prodest, nec nocet, *Struv. c. l. th. 50.* add. *Wernher. in supplem. nov. ad p. 1. obs. 305. n. 87. 88.*

CORREUS DELICTI.

1. Fœmina adulterii rea, quæ tormentis subjecta, illud commissum esse, negat, correum hoc ipso ab omni suspicione non liberat, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 193.*

CREDITOR. CREDITUM.

1. Valet quidem pactum de ingrediendo possessionem bonorum debitoris, propria autoritate, eo tamen deinceps reluctante, creditor hoc judicis autoritate facere debet, *l. 3. C. de pignor. Carpz. p. 1. c. 32. d. 27. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 136. n. 6.*

2. Creditorem sibi ipsi jus dicentem & spoliantem debitorem, ob debitum, adhuc hodie juxta *l. 13. quod met. caus. & l. 7. C. unde vi*, ipsum debitum amittere, tradunt *Stryck. us. mod. tit. quod met. caus. §. 7. 8. 9. Berger. Res. Laut. tit. quod legator. ad verb. hanc l. 7. C. unde vi. & de us. act. pœn. §. 29. p. 49. Horn. cl. 9. R. 17.* dissentiunt *Covarruv. lib. 3. variar. Resolut. 19. n. 7. Grœneweg. ad d. l. 13. aliique*, & illud in foro Saxonico non obtinere, sed ejusmodi creditorem arbitrarie puniri, docet *Carpz. p. 4. c. 35. d. 12. & dec. 269. n. 19. 20.*

3. Pactum Majoris partis creditorum remissorium reliquos etiam obligat, *l. 7. §. ult. l. 8. l. 10. de pact.* Requiritur vero, ut observata fuerit forma legibus præscripta, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 10. 11.* & creditores ad unum omnes solenniter citentur: non citatis enim ejusmodi pactum non obest, *Carpz. p. 2. c. 22. d. 27. n. 14. Berlich. p. 2. dec. 236. n. 8. Mev. in disc. lev. inop. debit c. 3. n. 109.* dissentit *Berger. dec. 138. n. 9.*

4. Ejusmodi tamen pactum non obest 1.) Hypothecariis, *d. l. 10. in fin. de pact. Carpz. p. 2. c. 22. d. 28. Ber-*

28. Berger. E. D. F. tit. 52. obs. 1. p. 1757. etsi omnes hypothecarii sint, *Berger. c. l. not. 2. p. 1761.* dissentiunt *Lauterb. dissert. de pact. remiss. maj. part. credit. th. 45. seq. Barth. hodeg. for. c. 4. §. 28. p. 795.* confer. *Rivin. d. en. 10.* 2.) arrestantibus, *Carpz. d. def. 28. n. 10.* 3.) cambialibus creditoribus, *Berger. c. l. Barth. c. l.*

5. Idque eo quoque Dd. extendunt, ut neque in dilationem solutionis, vel salvum conductum ab aliis concessum consentire obligentur; imo tametsi remittentes, vel etiam dilationem aut salvum conductum concedentes, itidem cambiales creditores, & sic pares sint, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 12. & 14. Barth. c. l. p. 789. in fin.*

6. Sicubi creditores chirographarii debitori partem debiti remiserint, & debitor iis in securitatem solutionis hypothecam judicialem constituerit, postmodo vero solutionem præstare non possit, major autem pars ejusmodi creditorum denuo debitori partem remittat, ceteros in eandem remissionem consentire oportere, nec se jure hypothecæ tueri posse, tradit *Berger. E. D. F. tit. 52. obs. 1. not. 2. p. 1762.*

7. Si major pars creditorum, quæ pactionem init cum debitore, ejusmodi habeat anteriores hypothecas, quibus posteriores creditores penitus excludi possent, tum posteriores creditores hypothecarios ea pactione stare oportere, docet *Berger. c. l. p. 1763.*

8. Major pars creditorum ex quantitate debiti, non ex cumulo personarum æstimatur, *l. 8. & seq. de pact. l. ult. C. qui ced. poss. Strach. de decoct. p. 6. n. 5.*

9. In arbitrio creditoris est, si pactum remissorium subscribere detrectat, an jura sibi salva retinere velit, donec concreditoribus paciscentibus satisfactum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 13.*

10. Non succedit quis in locum anterioris creditoris hypothecarii, ob id solum, quod ex ejus pecunia dimissus sit ille, nisi de eo expresse convenerit, *l. 1. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 9. def. 2. Carpz p. 1. c. 28. d. 133.* ad minimum incontinenti post factam numerationem, *Carpz. d. c. d. 135.*

11. Non eadem est ratio hypothecariorum creditorum, ubi, si tertius creditor solvat primo, in ejus utique locum succedet, quamvis pactum ea de re nullum intervenerit, *l. ult. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. Carpz. d. def. 133. n. 5.*

12. Alia quoque est ratio eorum, quorum pecunia ad priores & privilegiarios creditores pervenit: nam in locum & Jus illorum, etiam citra pactum, succedunt, *Carpz. d. c. d. 134.*

13. Creditor hypothecarius adversus debitoris sui debitorem, etiam sine cessione, agere potest, *t. t. C. quando fiscus vel privatus debitoris sui debitores conveniri possit, vel debeat*, & quidem utili actione hypothecaria actione: actioni enim personali executivæ locus non est; neque alia est ratio fisci, *Berger. œcon. jur. lib 3. tit. 5. th. 5. not. 8. p. 645. seq. Born. dissert. de act. quæ credit. adv. debit. compet. th. 10.* Nec opus est excussione, si nomen creditori sit oppignoratum: quæ tamen præcedere debet, si pignus, in bonis alterius constitutum, pignori datum, *Born. c. l. th. ult. Berger. c. l. p. 646.*

14. Creditoribus dispositio defuncti debitoris, & pacta inter heredes, de solvendis debitis, inita præjudicare & exactionem crediti difficiliorem reddere non possunt: paciscentes vero exinde omnino obligantur, *Horn. cl. 12. sent. 106. p. 943. a.*

15. Cre-

15. Creditor, qui per certos annos usuras in moneta in deterius mutata accepit, sortem in eadem moneta accipere haud tenetur: usurarum vero intuitu omnino sibi præjudicat, non tantum ratione præteriti, sed & futuri temporis, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 339.*

16. Si plures concurrant creditores, & simul petant, qui accipit, propter illos tenetur ad cautionem, *l. 23. §. fin. de tribut. act. Strach. de decoctor. p. ult. n. 34.* Ast ubi illi silent, non est jus aut causa istam petendi, sed ipsis sibi desidiam suam imputandi, *Mev. p. 6. dec. 314. n. 6.*

17. In concursu creditum petens inde haud prohibetur, illo nondum finito, hypothecaria contra tertium possessorem experiri: cum in remediis rei persecutoriis electio unius non præcludat viam in ceteris. Nec requiritur reservatio aut protestatio in concursu suum exigentis: etsi illa fieri soleat, etiam expediat, ut eo minus postea suboriri possit dubium, *Mev. p. 5. dec. 198.* add. *Coler. proc. exec. p. 1. c. 8. n. 65. 66.*

18. Quamvis creditor egerit hypothecaria contra possessores pignorum, nihil tamen impedit, quo minus regressum vel ad principalem reum vel ad fidejussores sumere, eumque, eosve personali actione conveniri possit, *l. 24. C. de pignor. Coler. c. l. n. 38. & 42. Bald. in l. etiam 9. n. 1. C. de fidejuss.*

19. Licet reus positus est in carcere, quia debitum liquidum non solvit: nihilominus, ad creditoris instantiam, debet pati missionem in bona & venditionem, *l. 2. C. de exact. tribut. Baldus in c. contingit. n. 19. & 20. X. de dol. & contumac. Coler. c. l. n. 39.* Nam, quamvis deventum sit ad capturam: tamen cre-

ditori nondum est satisfactum, *l. 6. de fund. instruct. Bartol. in l. 21. §. 3. de fidejuss.* E contra qui missionem in bona impetravit, idem postea non prohibetur petere, quod reus mancipetur carceri, cum, qui de pluribus remediis sibi competentibus unum elegit, per hoc non censetur aliud dimisisse *Bartol. in l. 8. n. 17. C. quomodo & quando jud. Coler. c. l. n. 44.*

20. Simili modo capturam rei principalis non liberare fidejussorem, quin is etiam capi posse, & vice versa, tradit *Bald. c. l. n. 20. & in l. 2. n. 2. C. de fidejuss. Coler. c. l. n. 40. & 43.* Et quamvis creditor missus sit in possessionem bonorum debitoris; fidejussor tamen æque, ac prius obligatus remanet, *l. 21. §. 3. de fidejuss. ibique Bartol. n. 1. & 2. Coler. c. l.* imo conveniri potest, non attento, quod creditor debitoris bona jam teneat, ex iisque fructus recipiat, *Mev. p. 4. dec. 261. n. 1. 2. 3.* Nec obstat exceptio excussionis, si ea alius fidejussor uti nequit, veluti si ei renunciatum est, *Mev. c. l. n. 4.* Tantum fidejussori licebit uti exceptione solutionis & compensationis ex eo, quod creditor ex bonis debitoris, in quæ immissus fuit, percepit, *Mev. c. l. n. 5.*

21. Vid. loc. *debitor.*

CREDITORUM CONCURSUS.

1. Concursus creditorum *(a)* est velut communis quædam omnium creditorum litispendentia, *Mev. p. 6.*

(a) Quando concurrentibus pluribus creditoribus, appareat, debitorem solvendo non esse, atque adeo existat creditorum concursus, statim res debitoris omnes, judicialiter sunt obsignandæ, atque in inventarium redigendæ, ita, ut sumtibus omni, qua fieri potest, ratione parcatur. Deinde curator bonorum a judice ex officio con-

p. 6. dec. 104. & excitato creditorum concursu actiones antea specialiter motæ, cessant & suspenduntur, omnesque creditores ad forum concursus remittuntur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 15.* adeo ut, licet in alio judicio condemnatus esset debitor, differenda tamen sit executio, *Salgad. de Samoza in labyrinth. credit. p. 1. c. 4.* §. 2. *n. 60. seq. Mev. p. 6. dec. 105. Ludovic.* Einleit. zum *Concurs-Proc. c. 1.* §. 4. 5.

2. Creditores, qui in loco rei sitæ arresta impetrarunt, atque concursum formarunt, ad concursum generalem, in loco domicilii debitoris deinceps formatum, remittuntur; ubi, quamvis in loco impetrati arresti credita sua probaverint, denuo tamen eadem sub pœna præclusi liquida facere, ac ratione prioritatis jura sua deducere debent, *Rivin. specim. except. dilator. c. 28. n. 5. seq. Ludovic. c. l.* §. 11.

constituendus, isque jurejurando rite obstringendus: debitor autem ab administrandi facultate prorsus excludendus, secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 41. §. 1. Ubi etiam: quod denique, omni mora remota, auctio rerum mobilium, & subhastatio immobilium bonorum ad debitorem spectantium, juxta normam, *in tit.* 39. §. 9. *seq.* definitam, suscipienda sit; eoque facto plurimum licitanti adjudicentur, ita ut nulla protestatio, nulla appellatio, in contrarium attendi, hoc tamen casu res ad superiorem, ad quem appellatum, referri debeat. Et, si quis jus retentionis, pignoris vel aliud simile jus in bonis debitoris habeat, id bonorum auctionem vel subhastationem non impediat, quin potius solutionem suam ex pretio, ex ejusmodi bonis redacto, expectare teneatur: absit tamen, ut quoad merces commissionis, Commissions-Waaren, *Mandato Elect. de die 4. Sept.* 1669. §. 3. *& ord. Camb. Lips.* §. 34. derogetur, quin potius, quod ibi dispositum, ad omnia loca provinciarum Saxonicarum extendatur.

3. Cum mobilia debitoris atque nomina ipsius ossibus adhæreant, inde pertinent ad forum concursus generalis, creditorque, qui extra Electoratum Saxoniæ ea nactus est, ad massam restituere tenetur, si concreditoribus prioribus aliunde satisfieri nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 17.*

4. Si creditorum quis, antequam motus concursus, in certum debitoris prædium fuerit immissus, exorto postea concursu, eoque pendente, in prædio remanet, suoque jure utitur, nec illud sequestrare, aut administrationi curatoris cedere tenetur, *Brunnem. de proc. concurs. credit. c. 2. §. 6. ibique Stryck. ad verb. anteriora. in fin.* concursus enim subsequens jus antea quæsitum non tollit, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 11. d. 2.* add. *Berger. dec. 476. Ludovic. c. l. §. 6.*

5. Creditori jus, per adjudicationem, ante concursum factam, acquisitum, per concursum postea excitatum interverti non potest, *Brunnem. proc. concurs. credit. c. l. §. 8. ibique Stryck. ad verb. non mutantur. Ludovic. c. l.* Decreta vero licet sit adjudicatio ante concursum, si non effectui data nisi post eum non proficit, *Mev. p. 6. dec. 163. & 105.*

6. Immobilia a debitore, citra fraudem, alienata, orto concursu creditorum, revocari nequeunt, licet judicialis resignatio non intervenerit, adeoque ea adhuc in dominio debitoris sint, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 48.*

7. Sed hypotheca, ante concursum quidem constituta, post eum vero judicialiter confirmata, in Saxonia nullius est momenti, *Ludovic.* **Einleit. zum** *Concurs-Proc. c. 1. §. 8.*

8. Concursu formato, traditio specierum pecuniæ, pignoris nomine, creditori facta, nullius loco est

est habenda, quum eædem species a creditoribus in natura revocentur, siquidem extant; sin minus, earum æstimatio cum interesse moræ petatur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 1. not. 3. p. 1182. & lib. 2. R. 205.*

9. Existente concursu, pecunia de rebus venditis debitori non solvenda, sed judicialiter deponenda, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 3.* & nisi judicialiter deponat, usuras intermedii temporis solvere postea debet, *Rivin. c. l. n. 4.*

10. Oritur concursus, debitore creditores suos convocante, bonisque cedente, *Ludovic.* Einleit. zum *Concurs-Proc. c. 1. §. 2. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 1. not. 1. p. 1181. Mev. p. 6. dec. 104. n. 2.* vel creditoribus concurrentibus, concursumque formari petentibus, *l. 2. de curat. bon. dand. Berger. c. l.* vel duobus, pluribusve creditoribus arrestum imponentibus, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 146.*

11. Quamdiu autem creditores non urgent solutionem debitorum, in arbitrio judicis non est, formare concursum creditorum, eosque ad liquidandum provocare, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 1.*

12. Quamprimum creditores solutionem urgent, neque apparet, quis heres debitoris sit, concursus creditorum formari, & curator bonorum *(b)* constitui debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 133.*

13. Debitori absenti, ejusve hereditati jacenti curator datur, ita ut si alius administrationi bonorum, alius liti constitutus sit curator, hunc oporteat citari, *Berger. c. l. not. 5. p. 1182.*

14. Si debitor relinquit liberos, aliosve heredes,

(*b*) *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 4. §. 1.*

des, priusquam hi se declaraverunt, an hereditatem defendere velint, curator litis & bonorum constituendus non est, *Rivin. c. l. en. 6. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 12. p. 178.*

15. Debitor latitans vel fugitivus per edictum publicum citari potest, *clement. 1. de judic. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 1. not. 5. p. 1182.* cujus effectus est, ut, non comparente debitore, antegressa sententia comminatoria, ipsemet pro confesso & convicto, instrumenta pro recognitis & debitum pro liquido habeantur, & creditoribus ex ejusdem bonis satisfiat, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 7. Berger. c. l. not. 7.*

16. Sin ipse debitor aut liberi illius creditoribus respondere nolint, curator litis *(c)* vel a creditoribus, vel ad eorundem instantiam a judice constituendus, eique honorarium ex massa præstandum est, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. p. 579.*

17. Quodsi vero debitor, vel ejus liberi per mandatarium respondere velint, is ex massa honorarium *(d)* in prima classe consequitur, & judicialiter jam jam constituto curatori litis præfertur, ceu præjudicio testatur *Barth. c. l. ibique lit. a. p. 596.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 6. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 435.* ubi etiam, quod vero debitor, postquam bona a creditoribus possideantur, curator bonorum esse nequeat.

18. Uxor

(c) Qui nec minus, quam ipse debitor, qui respondere creditoribus velit, juramento constringendus est, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 4. vid. & infra th. 17. lit. d.*

(d) Quod *Ord. Proc. Sax. Rec tit. 41. §. 4.* probatur, ita tamen, ut & debitor & mandatarius jurare teneantur, se nemini quicquam præ reliquis ex affectu concedere, nec liquida credita, protrahendæ litis gratia, in dubium vocare, aut negare velle.

18. Uxor debitoris vice curatoris litis fungi, maritique abſentis loco, creditoribus reſpondere nequit, *Barth. c. l. lit. a. p. 596.* ubi præjudicium.

19. Formandus eſt proceſſus concurſus in foro domicilii debitoris, *Ludovic.* Einleit. zum *Concurs-Proc. c. 1. §. 10.* Si vero debitor habeat forum privilegiatum, in eodem quoque formatur concurſus, *Ludovic. c. l. §. 12.*

20. Creditores, qui noti ſunt, ſpeciatim, *(e)* ceteri generaliter ſive edictaliter citari debent, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 1. not. 6. p. 1182.*

21. Effectus citationis edictalis eſt, ut, in caſu contumaciæ, antegreſſa ſententia comminatoria, *(f)* creditores pro præcluſis habeantur. Nec vero illi tantum, qui plane pleneque ſunt incogniti, ſed ii quoque, qui, re quidem integra, unum nomen retulerunt ad concurſum, deinde autem, poſt edictalem citationem elapſo termino, alterum adducunt. Quodſi abſentes præcluduntur, quamvis ad eos notitia citationis non pertingat; multo certe magis præſentes, nec ſatis circumſpecti, eadem præcluſionis pœna tenebuntur, *Berger. c. l. not. 7. p. 1183.*

22. Edi-

(e) Cui derogatum eſt per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 41. *§.* 2. ita ut omnes creditores ſive ſint ignoti, ſive noti, ab initio ſtatim ſub pœna præcluſi ſint edictaliter citandi.

(f) Imo hodie ſtatim, absque prævia ſententia comminatoria, creditores non comparentes pro præcluſis habentur, niſi beneficio reſtitutionis in integrum gaudeant: illis enim eousque debitum ſuum petere licet, donec ſententia deſignatoria, decretumve in rem judicatam tranſiit. Quo facto quidem non amplius admittuntur: ipſis tamen actio ad id quod intereſt, adverſus tutores, curatores adminiſtratoresve, ſalva manet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 2. in fin.*

22. Edictalis citatio non præjudicat *(g)* creditori, de cujus prætensione ac domicilio ex actis constare potest, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 45. & 41. en. 25.* imo ne quidem illis, qui, autoritate magistratus domicilii debitoris, jus hypothecæ judicialis impetrarunt in bona immobilia illius, cum de illis ex libris judicialibus constare potest, ceu præjudicio comprobat *Barth. bodeg. for. c. 3. §. 20. lit. b. p. 577.* noti enim creditores ad faciem vel subsidialiter sunt citandi, *Barth. d. §. 20. p. 576.*

23. Edictaliter citatos in concursu creditorum, si etiam post elapsum terminum, modo ante sententiam præclusivam compareant, suaque credita deducant, adhuc admitti, ex *Felino* tradit *Gail. lib. 1. obs. 57. n. 8.*

24. Qui pro præclusis declarantur, non ideo jus debiti contra debitorem amittunt, sed a massa concursus duntaxat præcluduntur. Unde vel ad carcerem publicum contra debitorem agere, vel exactionem, usque dum ad meliorem fortunam pervenerit, differre possunt, *Barth. bodeg. for. c. 3. §. 19. lit. a. p. 575.*

25. Præclusus ob contumaciam nihilominus contra debitorem salvam habet actionem, etiam cambialem, sed finito concursu, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 8.*

26. Orto creditorum concursu, creditores in locum debitoris succedunt, omnibusque ejus juribus gaudent, & adversus se invicem omnibus illis juribus ac exceptionibus utuntur, quæ ipsi debitori compete-

(g) Imo præjudicat, vid. *supra th. 20. lit. c.*

petebant, vid. *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 10. def. 1. n. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 59. p. 149.*

27. Non solum a debitore, curatoreve, sed & a creditoribus passus, quem vocant, *liquidi* disputari potest, quum posteriorum intersit, priores penitus excludi a concursu. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 1. not. 8. p. 1183.*

28. Quantumvis debitor respectu unius creditoris in contumaciam condemnetur: tamen rem judicatam, tanquam rem inter alios actam, nihil obstare, quo minus ejusmodi res judicata a concreditoribus, tanquam tertiis, impugnari possit: nec interesse, durante concursu, an ante eum, sententia in rem judicatam transierit, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 41. p. 475. seq.*

29. Exceptiones turbidæ, h. e. altioris indaginis, contra instrumentum guarentigionatum hic non sunt attendendæ, (b) sed similiter in judicium reconventionis rejiciendæ: nam processus executivus, concursu excitato, in ordinarium vel summarium in specie sic dictum transmutari non potest, *Berger. proc. exec. §. 40. p. 47. & Resolut. Lauterb. tit. de reb. autorit. jud. possid. ad verb. de processu in hoc concursu. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 308.* confer. vero *Horn. cl. 13. sent. 9. p. 975.*

30. Cu-

(b) Ast secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 4.* exceptiones, in altiori indagine consistentes, debito incontinenti liquido, in concursum creditorum oppositæ, non amplius in reconventionem rejiciuntur, quin potius earum deductio in ipso concursu facienda, ita tamen, ut, ne fiat confusio, hæc exceptionum probatio & deductio in peculiaribus actorum voluminibus absolvatur.

30. Curatorem tamen litis creditorem prævenire & actionem ordinariam adversus ipsum movere, nec hunc prætextu instrumenti guarentigionati judicium declinare posse, salvo tamen & illibato processus executivi fructu, docet *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 1. n. 124.*

31. Passum, quem vocant, *prioritatis*, inter solos creditores disceptari, atque adeo a curatore (i) perperam tractari, eoque nomine liquidari expensas, quum non intersit debitoris, uter priore, posterioreve loco ponatur, cum *Bergero in œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 1. not. 9. p. 1183.* tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 15.*

32. E re creditorum æque ac ipsius debitoris est, ne singuli arrestantes in actis separatis repetant libellos arrestatorios, sed potius uno volumine non modo inter se, sed & cum reliquis concreditoribus super prioritate disceptent, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 7.*

33. Juramentum in concursu creditorum si remissum a nonnullis, intuitu saltem horum pro præstito habetur: ratione reliquorum autem, si modo eorum intersit, adhuc præstandum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 148.*

34. Vidua nec non debitoris liberi ad editionem inventarii, vel juratæ specificationis bonorum, a marito vel parentibus relictorum, nec non redditionem rationum administrationis eorum, non mulctæ solum indictione, sed & sub comminatione præclu-

(i) Qui eo nomine non solum honorarium petere non potest, sed & arbitrarie punitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 1.*

clusionis & denegationis illatorum adiguntur, ceu præjudicio testatur *Barth. hodeg. for. c.3. §.21. lit. q. p.628.*

35. Adjudicatis uxori dote & illatis, nec non donatione propter nuptias, creditores usumfructum vice mariti debitoris prætendere, & quod, detractis inde uxori præstandis debitis alimentis necessariis, quotannis superest, in compensationem crediti exigere, vel sibi retinere possunt, *Barth. c.l. lit. d. p. 603. Zieglerr. ad O. P. S. tit.43.* §. und weil hierüber, *verb.* weder bey seinem Leben. add. *Carpz. dec.281.* nisi uxor expresse sibi in eum casum restitutionem & ex solutionem eorum stipulata fuerit, *Barth. c.l.* vel maritus aufugerit, quia tunc pro civiliter mortuo habetur, *Barth. c.l. in append. ad c.3. §.23. lit. d. p 851.*

36. Per concursum creditorum universalem motum inducitur bonorum communio inter omnes creditores, ita tamen, ut, ex omnibus bonis, omnibus secundum cujuslibet prærogativam satisfaciendum sit, *Mev. p.2. dec.345. & p.3. dec.141. Brunnem. de concurs. credit. c.1. §.8.*

37. Si creditori in quibusdam saltem debitoris bonis, quæ cum reliquis conjunctim sunt subhastata, prioritas competit, secundum proportionem totius summæ, separatum, pro illis constituendum est pretium, ex quo creditori satisfiat, *Rivin. ad O. P. S. tit.41. en.19.*

38. Si concurrunt creditores, quorum nonnulli ex facultatibus mariti, alii vero ex bonis uxoris solutionem petunt, designatio classium una quidem sententia fieri potest, separatio tamen bonorum instituenda, *Rivin. c. l. en.24.*

39. Pecunia, ex venditione bonorum etiam caducorum redacta, inter creditores, præcedente designatoria sententia, est distribuenda, *Rivin. c. l. en. 21.*

40. In concursu creditorum nulli, reliquis invitis, regulariter prius satisfieri a judice debet, quam lis de prioritate finita sit, etsi forte decretum de solvendo in rem judicatam transierit, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 271.*

41. Judex, qui ante distributionem, a creditoribus approbatam, & subscriptam alicui creditorum ex deposito quid solvit, & alii ipsi in solutione præferendi creditores deinde reperiantur, judex iis resarcire hoc damnum tenetur, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 26. lit. a. p. 656.*

42. Quando uni creditorum, ex massa concursus, debitum, præstita cautione, solvitur, actiones cedere haud tenetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 495.*

43. Sententia definitiva super prioritate lata, exsolvendum *(k)* est debitum creditoribus, qui sententiæ acquiescunt, licet alii de prioritate ulterius disceptent, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 5.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 22.*

44. Etiam in concursu creditorum non nisi 25. floreni in moneta minuta obtrudi possunt creditori, *Rivin. c. l. en. 23.*

45. Judex, penes quem deponitur pretium, ex venditione bonorum debitoris redactum, si id distribuit inter creditores, certum quid pro singulis thaleris sibi detrahere nequit, nisi inveteratam consuetudinem allegare possit, *Rivin. c. l. en. 5.*

46. Ex-

(k) Id quod expresse jubetur in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 6.*

46. Exhausta massa concursus, creditoribus permittitur, debitores *(l)* debitoris convenire, & ad deponendam in judicio pecuniam debitam eos adigere, *Barth. c. l. §. 27. p. 656.*

47. Si, ut communiter fieri solet, unus vel alter ex posterioribus creditoribus a debitoris debitoribus clam aliquid exegerit, vel ex bonis fugitivi debitoris, propria autoritate, aliquid in solutum abstulerit, & proximiores hoc rescifcant, poterunt hunc eo adigere, ut cum usuris ad massam accepta restituere teneatur, *Barth. c. l.*

48. Non sufficientibus autem sic bonis debitoris, ad exsolvendum omne æs alienum, a persecutione creditorum, & arresto personali securus debitor non est, nisi, flebili cessionis bonorum beneficio, se liberare ab eo potuerit, *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 155. Barth. c. l. §. 28. p. 657.*

CREDITORUM CLASSIS I. *(a)*

1. Huc veniunt PRIMO illi, qui jure dominii res suas vindicant, *O. P. S. tit. 42. pr. Carpz. p. 1. c. 28. d. 12.* veluti deponentes ratione rei depositæ adhuc extantis, *l. 7. §. 2. depos. Carpz. d. c. d. 15.* etiamsi

Cc 2 depo-

(l) Qui si producant quietantiam debitoris communis, pro re nata adstringuntur, jurejurando confirmare, actualem solutionem factam esse, antequam ad ipsos notitia concursus pervenerit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 41. §. 4.

(a) Cum in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 43. *&* 49. omnia personalia privilegia, sive sint mere talia, sive præter hypothecas competentia, quæ prærogativam, sunt sublata, hodie in Saxonia *tres* tantummodo *classes generales* obveniunt, creditorum scilicet, qui singulari prærogativa gaudent, hypothecariorum ac chirographariorum; *Kraus. proc. judic. lib. 2. c. 5. §. 17.*

depositum sit irregulare, *Barth. hodeg. for. in append. ad c.3.* §.*22. p.832.* dissentit *Berlich. p.1. concl.64. n.6.*

2. Nec deponens quicquam ad obsignationis & inventarii conficiendi, aliosque judiciales sumtus, ut creditores quidem alii, conferre tenetur: sed præstito solum locario, den Lager-Zinnß, libere illas recipit, *Barth. c.l. lit.a. p.836.*

3. Ad hunc numerum quoque spectat, qui rem vendendam debitori commisit, quæ vero in natura adhuc superstes est, die noch verhandene Commission-Güther, *Berlich. p.1. concl.64. n.15. Berger. E. D. F. tit. 42. obs.3. p.1380.* Quo etiam pertinet pecunia ad cambium data, *Carpz. dec.280. Berger. c. l.*

4. Porro in hoc numero venit uxor vel vidua, ratione bonorum illatorum, adhuc tum extantium, *O. P. S. tit. 42. pr. ibique Rivin. en.10.11. Carpz. p.1. c.28. d.13.* etiam in dotem inæstimato tamen datorum, *Barth. hodeg. for. in append. ad c.3. §. 22. p. 833.*

5. Sumtus tamen, quos utiliter fecit maritus in bonis uxoris, hæc refundere tenetur ad massam concursus, secundum æstimationem præsentis temporis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 18.*

6. Amplius ad hunc numerum referuntur res furtivas adhuc extantes repetentes, *Berlich. c. l. n. 21.* liberi bona propria vindicantes, *l. 12.* §. *1. C. qui potior. in pign. O. P. S. c. l. Carpz. p. 1. c. 28. d. 14.* pater pecuniam illam, quam filiusf. contra SCtum Macedonianum solvit, *Berlich. c. l. n. 22. &c.*

7. Venditor in mercibus venditis, adhuc extantibus penes emtorem, aliis creditoribus non præfertur, *Carpz. d. c. d. 17.* secus vero est 1) si nondum sint traditæ, *l 13.* §.*8. de act. emt. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 7. def. 6. n. 1.* vel 2) fides de pretio non sit habita,

l. 5.

l.5. §.18. de tribut. act. Gail. lib.2. obs.15. n.4. vel 3) emtor dolose cum venditore contraxerit, emendo merces, cum jam solvendo non esset, *Carpz. d.c. d.18. Rivin. ad O.P.S. tit.42. en.9.*

8. Jure dominii res suas vindicantes proprie creditores non esse, nec partem concursus constituere, quin potius vindicaturos eas separationem bonorum a massa debitoris & concursus petere, eaque impetrata, cum reliquis creditoribus haud concurrere, nec partem in distributione facere, multoque minus jure crediti, seu creditorum, sed jure dominii res suas vindicare; *(b)* ideoque communiter Lipsiæ, & in aliis bene ordinatis judiciis separata etiam acta haberi, quæ vocantur: Vindication-Acta, it. Comm. Guth betreffend, tradit *Barth. hodeg. for. in append. ad c.3. §.22. p.832. seq.* add. *Berger. œcon. jur. lib.4. tit.31. th.1. not.4. p.1182.*

9. SECUNDO veniunt sumtus *(c)* in communem

(*b*) Id quod convenit cum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 42. *pr.*

(*c*) Hic secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. c.l.* incipit classis prima, in qua sequens ordo observatur I) locantur omnes impensæ in utilitatem totius concursus factæ, *ibid.* §.1. II) debita, quæ tempore invasionum hostilium ad solutionem tributorum sunt contracta, item frumentum, quod existente annonæ caritate ad seminandos agros mutuo datum, *ibid.* §.2. III) sumtus in funus debitoris erogati, *ibid.* §.3. IV) illa, quæ, ob morbum ultimum defuncti debitoris, medico, chirurgo, pharmacopolæ, der Wärterin, & illi, qui debitori alimenta suppeditavit, debentur, *ibid.* §.4. V) residua merces famulorum, *ibid* §.5. VI) debita, quæ prædio inhæserunt, antequam debitor illud acquisivit, *ibid.* §.6. VII) residuum pretii, venditionis loco promissum, rückständige Kauff-Gelder, dummodo venditor dominium

nem omnium creditorum utilitatem facti, *Barth. c. l. p. 833.* quos tamen res proprias vindicantibus anteponit *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 9.*

10. Sub iis intelliguntur *(d)* expensæ confectionis inventarii, citationum & sententiarum, Urtheils-und Gerichts-Gebühren; honorarium curatoris litis, vel, loco ejus, advocati debitoris, illiusve liberorum, nec non salarium curatoris bonorum, vid. *Brunnem. ad l. 2. de curat. bon. dand. Barth. c. l.* quæ, si debitoris bona ad tollenda creditorum nomina non sufficiunt, illis, qui solutionem consequuntur, pro rata detrahuntur, *Rivin. c. l. en. 1. Barth. c. l. lit. b. p. 836.* add. *Berger. E. D. F. tit. 42. obs. 1. & 2. p. 1376. seq.*

11. Separandæ sunt expensæ judiciales, quæ pro

nium aut hypothecam in prædio, & quidem judicialiter, sibi reservaverit, eamque ob causam, intuitu bonorum feudalium, consensum, intuitu allodialium autem, confirmationem judicialem impetraverit, idque in libros consensuales referri curaverit; nec minus pecunia hereditaria, dummodo reservatio hypothecæ aut dominii prædicto modo facta fuerit: alias ejusmodi debitis prioritas & prærogativa denegatur, *ibid.* §. 7. VIII) onera realia, immobilibus inhærentia, Schoß, Steuer, Contribution, Defension-und Militz-Gelder, ingleichen Decem, Opffer-Pfennige, Wächter-Zinnß, Erb-Zinnß, Huffen-Gelder, Wach-Geld, Lehn-Wahre, & similia juxta singulorum locorum observantiam & consuetudinem, & quidem absque discrimine temporis, & pro rata, *ibid.* §. 8. ubi quoque hæc prærogativa restringitur ad prædia ista, quibus inhærent, & ad bona mobilia, nec non ad quinquennium, quod a tempore moti concursus retro computatur, nisi hujus nominie judiciale præceptum antea aut impetratum, aut propterea actio in judicio mota sit.

(d) vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 1.*

pro licitatione, ſubhaſtatione ſpeciali & adjudicatione debentur, nec fides habetur hac in parte judici, licet atteſtetur, juxta inveteratam loci conſuetudinem eas ex maſſa debitoris eſſe ſolvendas, *Rivin. c. l. en. 2.* add. *Berger. d. obſ. 1. p. 1376.* confer. loc. *adjudicatio. th. 14.*

12. In primo ſaltem liquidationis termino omnes *(e)* omnino ſumtus ex maſſa concurſus depromuntur, ſed in ſubſequentibus, *(f)* ſi leuterationes interponuntur, demonſtrationes ſuſcipiuntur &c. quilibet creditorum pro ſua rata eos ſolvere tenetur, *Rivin. c. l. en. 3.* confer. omnino *Berger. d. obſ. 1. not. un. p. 1377.*

13. Ipſi quoque creditores ſportulas ſolvunt, quamdiu ex eorum prætenſionibus incertum eſt, an concurſus, ut inter ſe ſuper prioritate procedant, ſit formandus, *Rivin. c. l. en. 4.*

14. Falſo ſibi perſuaſum habent curatores litium, quod pinguius ipſis adjudicandum ſit honorarium, ſi multis ac prolixis poſitionibus *(g)* tot actorum plagulas collinunt, ac ſuper prioritate *(h)* quæ tamen ad ipſorum curam non pertinet, diſceptant. Cum enim eorum officium ſit, paucis ſaltem reſpondere creditorum liquidationibus, ac documenta recognoſcere, nec non contumaciam emanentium, vel etiam deferentium juramenta, probationes, aliaque

(e) Plane ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 1* ſumtus, qui a creditoribus in liquidationem & demonſtrationem crediti fiunt, a creditoribus ipſis ſunt ſolvendi.

(f) add. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(g) Ab omni prolixitate abſtinere debent, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 1.*

(h) vid. loc. *creditorum concurſus. th. 31. lit. i.*

præstanda, accusare, atque omnem lapidem movere, ut eo citius ad distributionem perveniat judex: inde supervacua ac molesta operositate sua nullam ineunt gratiam, sed tantum pro labore, quo opus fuit, dignum accipiunt salarium, *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 5. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 15.* add. *Berger. E. D. F. tit. 42. obs. 2. ibique not. 2. p. 1377. seq.* ubi etiam, quod curator litis, siquidem, ob leuterationem frivole interpositam, in expensas retardati processus condemnetur, de suo luat leuterandi temeritatem.

15. Huc pertinet quoque locarium ex taberna, qua merces debitoris, pendente concursu, asservantur, *Rivin. c. l. en. 7.* & sumtus, quos quis in agrorum culturam, pendente concursu, erogavit, ex natis vero fructibus præ aliis recipit creditoribus, *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 8. lit. b. p. 536.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 8.*

16. Quod quidem in natis & a fundo separatis expediti sic juris esse: sed pendentibus aut nascituris adhuc, licitatori cedentibus, id applicari non posse: attamen veluti negotiorum gestorem debitoris & creditorum inter personaliter privilegiatos eum collocandum esse, vel, eo usque non sufficiente massa concursus, licitatorem utili negotiorum gestorum actione, in quantum inde locupletior factus esset, teneri, tradit *Barth. c. l.*

17. Succedunt TERTIO, qui (*i*) in rebus venditis, ante traditionem illarum, sibi hypothecam pro pretio reservarunt, *O. P. S. tit. 42. 2. ibique Rivin.*

(*i*) Sed hi secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 42. §. 7. septimo demum loco collocantur, vid. & *supra th. 9. lit. c. n. 7.*

vin. en. 12. & Ziegler. in verbis: ein beständig Unterpfand, *p. 243.* etiam (*k*) extrajudicialiter, in allodialibus: *Carpz. p. 1. c. 28. d. 20. Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 13. Barth. bodeg. for. c. 1. §. 17. lit. c. p. 64.* nam in feudalibus hypotheca consensu domini expresse confirmata esse debet, *Carpz. p. 2. c. 23. d. 16. 17. 18. 19. Rivin. c. l. en. 15. Barth. c. l.* Nec confirmatio contractus confirmationem reservatæ hypothecæ in feudo inducit, *Carpz. lib. 4. R. 29. Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 17. Barth. bodeg. for. c. l.* Agnatorum vero consensus non requiritur, quippe in quorum præjudicium etiam extrajudicialiter valet reservata hypotheca, *Carpz. lib. 4. R. 28. n. 14. seq. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. not. 2. p. 1185.* Detrahitur tamen interusurium, si particulariter diversis terminis solvendum sit pretium, nondumque omnium dies venerit, *Barth. bodeg. for. in append. ad c. 3. §. 22. p. 834.*

18. Subsistit etiam hypotheca in fundo vendito, etiam ex intervallo reservata, modo fiat ante resignationem dominii in actu confirmationis judicialis, *Rivin. c. l. en. 13.* confer. tamen *Carpz. p. 2. c. 23. d. 17.*

19. In hunc numerum quoque venit, qui dominium (*l*) sibi reservavit in re tradita, vel ei in foro saxonico judicialiter non resignavit, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 21.* add. loc. *dominium. th. 21.* etiamsi dominium forte reservatum propter suspicionem æris alieni, quo gravatus esse possit fundus permutatus;

Cc 5 imo

(*k*) Plane secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* sicut in feudalibus consensus, sic quoque in allodialibus confirmatio judicialis requiritur, vid & *supra th. 9. lit. c. n. 7.*

(*l*) Hodie judicialiter, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 7.* add. *hic th. 9. lit. c. n. 7.*

imo etiamsi in feudo forsan deficiat specialis consensus domini in hanc reservationem, vid. *responsum*, quod habet *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 16.*

20. Si cessa alicui pecunia hereditaria, transit saltem jus prælationis, non etiam reservata in venditione fundi hypotheca, nisi expresse cum omni jure & actione cessio facta, *Rivin. c. l. en. 14.* Nihil prohibet tamen, quo minus jus hypothecæ, quod remansit penes cedentem, deinceps quoque seorsim adhuc in cessionarium transferri queat, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 42. §. 12. p. 505.*

21. Onera realia, quæ excreverunt tempore venditoris, hypothecæ ab eo reservatæ præferuntur, *Rivin. c. l. en. 12.* Imo præferuntur onera realia reservatæ hypothecæ in re vendita, si dominium per investituram nondum emtori acquisitum, teste *Rivin. c. l. en. 35.* add. *Barth. c. l.*

22. Nec venditor ratione hypothecæ sibi pro pretio residuo reservatæ præfertur hypothecario antiquiori, cui jam antea in re vendita pignus fuit constitutum, *Carpz. lib. 4. R. 27.*

23. QUARTO is, (*m*) qui in re aliqua expressam vel tacitam hypothecam habuerit, antequam ad debitorem pervenerit, *O. P. S. tit. 42. §.* gleiche Meinung. *ibique Rivin. en. 18. Barth. c. l.* ut itaque præferatur mulieri ratione dotis, *Mev. p. 3. dec. 15. & p. 5. dec. 260.* nec non fisco, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 333.*

24. Huc pertinent pecora ferrea piarum caussarum, quæ, citra novam conventionem, cum jure tacitæ

(*m*) Hic juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 6.* sexto venit numero.

citæ hypothecæ, ad quosvis possessores fundi transeunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 19.*

25. Si socii in casum mortis sibi expresse reservarunt hypothecam in communi negotiatione, donec heredibus satisfactum: illi postea, quando superstes desinit esse solvendo, omnibus omnino creditoribus in ea præferuntur, *Rivin. c. l. en. 21.*

26. Quando plures inter se concurrunt creditores, qui jus reale in immobilibus, antequam ea debitor communis nactus, obtinuerunt, illi secundum prioritatem temporis (*n*) collocantur: si vero incertum, quis ex illis prior sit tempore, in una eademque classe speciali simul solutionem consequuntur, *Rivin. c. l. en. 20.*

27. Merces famulitia, etiam de multis annis residua, das Lied-Lohn, QUINTO (*o*) venit LOCO: dummodo famuli vel ministræ domo & victu ipsius debitoris usi sint, aut per aversionem pro victu & habitatione iis quid promissum sit, *O. P. S. tit. 42. §. nechst diesem. Carpz. p. 1. c. 28. d. 24. 25. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. not. 3. p. 1185.* sive tempore mortis, aut moto concursu in domo debitoris adhuc, sive extra ejus ministerium fuerint, *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 23. Berger. c. l.* dissentit *Carpz. d. c. d. 25.*

28. Eodem jure gaudet pædagogus, certa mercede conductus, *Carpz. d. c. 28. d. 26.* item amanuensis actuarii, licet judicio sit obstrictus juramento, nec non cor-

(*n*) *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 6.*

(*o*) Etiam in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 42. §. 5. ubi vero hoc privilegium ad proximum triennium, vel a morte debitoris, vel a tempore moti concursus, retro computandum, restringitur.

corrector typographi, si in convictu debitoris
Rivin. c. l. en. 22.

29. Non vero gaudent hoc privilegio a
rarii & opifices, qui non in ædibus & convic
bitoris reperiuntur, vel absque certo salario
præstant, *Carpz. d. c. d. 27.* b) factores mercat
Carpz. d. c. d. 28. c) actuarii judicii, Gerichtsh
nisi pane domini fruantur, *Carpz. d. c. d. 29.*
vocatus ratione salarii sibi promissi, *Carpz. d. c*
e) liberi parentibus operas familiares præstan
mercedem exigentes, nisi certa merces fuerit pr
sa, *Carpz. d. c. d. 31. 32.*

30. Privilegium, famulis ratione mer
competens, sine cessione transit ad eum, cuju
cunia dimissi, *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 25.*

31. Amittitur hoc privilegium, si sub
merces penes dominum relicta sit, *arg. l. 7 §. 2*
pos. l. 24. §. 2. de reb. autor. jud. possid. Carpz.
c. 28. d. 33. utut minister, mercedem a domino no
cipiens, ob morum usuras exigere non prohibe
dummodo eas sibi non stipulatus sit, *Richter. de p*
credit. c. 2. membr. 3. n. 5. Barth. hodeg. for. in ap
ad c. 3. §. 22. p. 834.

32. Qui se in convictu & servitiis pro c
salario fuisse dicit, id demonstrare debet, statur ta
juramento famuli, si quantitatem mercedis pro
nequeat, *Rivin. c. l. en. 24.* add. *Carpz. d. c. 28. d. 34*

33. SEXTO: impensæ funebres (*p*) ero
in sepulturam ipsius debitoris, *O. P. S. tit. 42. §.*
ner. *Carpz. p. 1. c. 28. d. 39. 40.* imo etiam liberor

(*p*) Quæ in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 3.* tertio pon
tur loco, & ex facultatibus debitoris æstimandæ.

scil. de jure communi, *Mev. p. 2. dec. 222.* modo non sint excessivæ, *Carpz. d. c. 42. Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 27.* Ex bonis feudalibus autem in subsidium saltem solvuntur, *Rivin. c. l. en. 28.*

34. Sub hisce impensis, moribus hodiernis, comprehenduntur etiam vestes lugubres, nec non fasciæ sericæ, quæ funus comitantibus proximis cognatis dari solent, eaque, quæ in funeralia convivia pro loci consuetudine erogata sunt, was auf Schleyer, Flohr, und Trauer-Mahl aufgewendet worden, *Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 22. lit. d. p. 837. Carpz. p. 1. c. 28. d. 41.* Plane, huc referri non posse, quæ pro parandis epulis, tempore sepulturæ, eroganrur, nisi dignitas defuncti & familiæ aliud postulat, ait *Rivin. c. l. en. 27.*

35. SEPTIMO: expensæ, (*q*) in curam, curationemque factæ, ob morbum, ex quo debitor decessit, vid. *Carpzov. d. c. 28. d. 43. 44. 45. 46. Rivin. c. l. en. 29.* add. *Martin. ad O. P. S. tit. 42. §. 6. n. 59.* Quibus accensentur alimenta (*r*) tempore ultimi morbi suppeditata, teste *Richtero de privileg. credit. c. 5. §. 2. n. 28. p. m. 499.*

36. OCTAVO: onera realia, (*s*) sine discrimine, quibus debeantur: transitque hoc privilegium ad eos quoque, qui pro debitore ea exsolverunt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 30.* Sed onera realia, quæ debitor, tanquam usufructuarius, ex bonis uxoris aut liberorum debet, non pertinere ad hanc classem, sed inter

(*q*) Quæ quarto collocantur loco in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 42. §. 4.

(*r*) Quod probatur *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 42. §. 4.

(*s*) Eundem locum in *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* §. 8. accipiunt, vid. & *hic th. 9. lit. c. n. 8.*

inter personaliter privilegiatos restitui illis, qui ea solverunt, præjudicio comprobat *Rivin. c. l. en. 31.*

37. Sigillatim huc referuntur collectæ ad tributa, Schoß, Steuer, Frohnen-Huffen-Præsent-Geld, *Carpz. lib. 4. R. 77. & p. 1. c. 28. d. 47. 48. 49. R. vin. c. l.* item canon emphyteuticus & census, *Carpz. d. c. d. 54. Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 22. p. 835.* utut, jure civili, domino directo emphyteuseos nequidem hypotheca tacita competat, sed inter personaliter saltem privilegiatos collocetur, *Berger. E. D. F. tit. 42. obs. 8. not. 1. p. 1405.*

38. Non tamen huc spectat laudemium (r) die Lehn-Wahre, cui jure Saxonico itidem nequidem tacita hypotheca, nedum jus prælationis competit, sed inter personaliter tantum privilegiatos collocari solet, *Barth. c. l. ibique lit. g p. 846.* add. *Berger. d. obs. 8. not. 2. p. 1406. & p. 2. supplem. tit. 42. §. 10. p. 889. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 328.* Plane laudemiorum nomine magistratui competere jus prælationis, defendunt *Richter. de privileg. credit. c. 2. memb. 5. n. 11. Martin. ad O. P. S. tit. 42. §. 7. n. 73. seq.* eique vero jus tacitæ hypothecæ tantum attribuunt, *Carpz. d. c. d. 53. Rivin. ad O. P. S. tit. 45. en. 1.*

39. Deinde huc spectant decimæ aliæque pensiones annuæ ministris ecclesiarum vel scholarum destinatæ, *Barth. d. §. 22. p. 835.* item, quæ ob inopiam ærarii ecclesiastici a parochianis suppeditantur; nec non frumentum, quod annuatim pastoribus pecorum ab universitate pro rata præstatur; *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 30.*

40. Denique huic numero annumerantur annui

(r) Quod utique huc spectat secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 8.*

nui reditus, (u) etiam redimibiles, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 55.* eorumque sors, *Richter. de privileg. credit. c. 7. §. 7. p. 556. Barth. hodeg. for. c. 3.* §. 22. *lit. b p. 831.* dissentit *Berger. E. D. F. tit. 42. obs. 11. p. m. 1429. & 1432.* eam, nisi ad piam causam forte pertineat, & in allodio sit constituta, inter personaliter tantum privilegiata credita referens. add. *Rivin. c. l. en. 38.*

41. Magistratus in censibus, denen Land- und Tranck-Steuern, pro subditis erogatis hoc privilegio prælationis non nisi ad quadriennium gaudet, *Carpz. d. c. d. 52. Barth. d. §. 22. p. 835.*

42. Contributiones atque Steuræ, quas debitor, tanquam administrator, exegit, sunt separandæ ab illis, quas ipse ex bonis propriis debet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 32.*

43. Sorti pro annuis reditibus, si hypotheca in fundo competit, antequam illum debitor emeret, ratione hujus prærogativæ locus assignatur, reditus tamen, tanquam usuræ vel interesse moræ in eadem classe speciali collocari non possunt, *Rivin. c. l. en. 39.*

44. Si bona debitoris ne quidem sufficiant, ut exinde oneribus realibus satisfieri possit, omnibus pro rata solutio fieri debet; *Carpz. lib. 4. R. 12. n. 13. Barth. c. l. Rivin. c. l. en. 34.* dissentit *Berlich. p. 1. concl. 64. n. 122. seq.*

45. NO-

(u) Secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 8.* ejusmodi annui reditus imposterum, nisi judicialiter sint constituti, & judicis consensus accesserit, jus reale non habent, & eo nequidem casu jus prioritatis consequuntur, sed, & ipsi, & ratione sortis, ad hypothecarios referuntur, secundum prioritatem temporis, adeo ut, qua ipsos annuos census, illi saltem peti possint, qui intra triennium, a moto concursu, vel actione instituta, retro computandum, exigibiles fuerunt.

45. NONO: pecunia hereditaria, (x) tam proprie, quam minus proprie sic dicta *O. P. S. tit. 42. §. 7. Carpzov. p. 1. c. 28. d. 56. Rivin. c. l. en. 40.* etiamsi illa vendita, & jus prælationis non expresse cessum fuerit, cum emtor ejusmodi pecuniæ venditori in jure prælationis succedat, *Carpz. d. c. d. 57. & 134. Berger. dec. 107. n. 9.*

46. Nec cessat hoc privilegium, si postquam dies venit, creditor de solutione debitorem interpellans, eam consequi non potuerit, *Carpz. d. c. d. 62.* secus, si non interpellaverit, *Carpz. d. c. 61. Philipp. ad dec. Elect. Sax. nov. 7. obs. 3. Struv. ex. 44. th. 47. n. 5. Martin. ad O. P. S. tit. 42. §. 8. n. 32. seq. Ziegler. ad O. P. S. tit. 42. verb.* **und dann das Erbe.** *p. m. 248.* dissentit *Horn. cl. 13. R. 12. p. 977. Berger. dec. 508.*

47. Non competit hoc privilegium a) pretio venditionis parato, dem An-Gelde, etiamsi distinctis terminis intra annum & diem esset solvendum, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 58. Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en. 45.* confer. vero responsum Facultatis Vitembergensis, quod exhibet *Berger. dec. 508.* b) pecuniæ hereditariæ, cujus intuitu creditor, postquam dies cessit, usuras accepit, vel stipulatus est, *arg. l. 7. §. 2. depos. l. 24. §. 2. de reb. autor. judic. possid. Carpz. d. c. d. 59. Rivin. c. l. en. 43. 44.* add. *Dec. Elect. Sax. nov. 7. ibique Philipp. obs. 2.* Imo, usuris pecuniæ hæreditariæ sive receptis sive promissis, jus non solum prælationis sed & hypothecæ reservatæ per novationem extinctum censetur, per tradita *Bergeri p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 42. §. 12. p. 505.*

48. Pe-

(x) vid. *supra th. 9. lit. c. n. 7.*

48. Pecunia hereditaria, si hypotheca non fuerit reservata, fundumque tertius acquisivit, in hujus concursu peti nequit, *Rivin. c. l. en 41.* nam pecuniæ hereditariæ exactio contra tertium possessorem ædium, ex quibus debetur, non competit, *Philipp. ad dec. 7. obs. 4.* cum intuitu pecuniæ hæreditariæ nulla hypotheca in fundo, propter quem præstari debet, competat, *Carpz. lib. 4. R. 15. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 26.* In contrarium autem inclinare videtur *Rauchb. p. 1. qu. 6. n. 8.*

49. In hac prima classe creditoribus, quo hic recensiti sunt ordine. facienda est solutio, tametsi bona omnibus haud sufficiant, *Carpzov. p. 1. c. 28. d. 12. Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 22. p. 836.*

CREDITORUM CLASSIS II.

1. In hac classe veniunt, qui præter hypothecam sive tacitam sive expressam, etiam ex personali privilegio, præ omnibus aliis creditoribus jure prælationis (a) gaudent, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 63. n 1. Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 23. p. 847.*

2. Et quidem PRIMO: (b) qui in militiam crediderunt, sibique speciatim de hypotheca prospexerunt, *nov. 97. c. 4. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. p. 1184.*

3. Pecunia luitionis, si dependitur non modo pro

(a) Ast omnes qui in hac classe secunda recensentur, creditores hodie secundum *Ord. Proc. Sax. Rec tit. 43. §. un.* jure prioritatis non gaudent, quin ne jus quidem reale habent, nisi judicialem sibi hypothecam constitui curarint: quo vero casu, absque ullo prælationis jure, quippe quod plane sublatum est, inter hypothecarios, secundum prioritatem temporis collocantur.

(b) vid. *hic th. 1. lit. a.*

pro redemtione personæ, sed simul pro avertenda immobilium eversione, præfertur doti mulierum, cum præjudicio comprobat *Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 15.*

4. SECUNDO: (c) uxor, quæ in repetenda dote, ejusque augmento, non amplius extante; jure civili, simpliciter hypothecis anterioribus, tam expressis quam tacitis, præfertur, *l. 12. pr. & §. 1. C. qui pot. in pign. nov. 97. c. 2. & 4. nov. 109. c. 1. Mev. p. 5. dec. 260. n. 1. Zirgler. ad O. P. S. tit. 43. pr. verb.* aber gleichwohl nicht. Quamvis hanc Justiniani sanctionem hodie usu esse abrogatam, & etiam extra forum Saxonicum hypothecarios anteriores expressos præferri mulieri, dotem repetenti, testantur *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 8. def. un. Gail. lib. 2. obs. 25. n. 10. Carpz. p. 1. c 28. d. 65.*

5. Jure Saxonico certum est, mulierem, in repetenda dote, a momento copulæ sacerdotalis, præferri quidem prioribus hypothecis tacitis, non vero expressis, *Carpz. d. c. d. 64. 66. 67. 68. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. p. 1148. Barth. c. l.* licet, post nuptias certa pecuniæ summa, ut dos, demum inferatur, cum constitutio ejusmodi, ad tempus sacerdotalis copulæ, ad effectum consequendi privilegia dotalia, retrotrahatur, *Berlich. p. 2. concl. 30. n. 16.* Non vero eousque retrotractionem extensum iri, ut expressæ interea constitutæ hypothecæ præferatur uxor, putat *Barth. hodeg. for. in append. ad c. 5. §. 23. lit. b. p. 850.*

6. Ast quandoque contingit, ut expressis etiam anterioribus hypothecariis anteponatur mulier, velut i, cum tres concurrant creditores, tempore distincti, ita,

(c) vid. *hic th. 1. lit. a. & Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 4.*

ita, ut hypothecarius tacitus primum, expressus secundum, ultimum denique, ratione dotis, mulier sibi loca vindicent: tunc enim mulier ratione dotis utrumque hypothecarium, scil. tacitum anteriorem, atque expressum intermedium: & alterum quidem ex se ipsa: alterum ex persona primi, vincit, *Carpz. p.1. c.28. d.175. & lib.4. R.17.* add. *Berger. E.D.F. tit.43. obs.1. ibique not.1. p.1445. seq.*

7. Uxor, non solum defuncto marito, sed & vivente adhuc eo & ad inopiam vergente, jus prælationis in dote habet, *Carpz. p.1. c.28. d.69.* & præfertur agnato, res expeditorias petenti, *Carpz. d.c. d.70.* atque habet hoc privilegium prælationis, etsi dos in utilitatem mariti non sit conversa, *Carpz. d.c. d.71.*

8. In subsidium ex bonis feudalibus solvenda est dos, *Constit. Elect. Sax.25. p.2. ibique Carpz. d.2.* nec requiritur probatio versionis in rem feudalem, nec etiam domini consensus, *Rivin. ad O.P.S. tit. 43. en.3.*

9, Requiritur vero, ut dos illata probetur; ad quod sola mariti confessio sufficit, si res sit cum liberis, vel heredibus defuncti mariti aliis, *Gail. lib.2. obs.81. n.2. Carpz. p.1. c.28. d.77.* ita tamen, ut illi ad probationem exceptionis non numeratæ dotis admittantur, *Carpz. d. def.77. n.ult.* Nec heredes excluduntur a probatione, si vi, metu, coactione aut importunis sollicitationibus exorta esse dicatur confessio, *Barth. hodeg. for. in append. ad c.3. §.23. lit. a. p.848.*

10. Contra tertium vero & creditores in concursu sola confessio mariti non probat, *Carpz. d.c. d. 72. Stryck. ad Lauterb. tit. in quib. caus. pign. verb. augmentum.* etiamsi in instrumento publico aut testamento facta, *Carpz. d.c. d.73. n.1. seq.* vel jurata sit,

Carpz. c. l. dissentit *Gail. lib. 2. obs. 81. n. 9.* vel mulier in supplementum jurare velit, *Carpz. d. c. d. 75.* quippe ad quod non admittitur, nisi præcedat aliqualis demonstratio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 6.* add. *Carpz. lib. 4. R. 23. n. 24.* Imo exceptio non solutæ dotis objici potest a creditoribus, etiam post tempora, intra quæ a marito opponi potuit, *Carpzov. d. c. d. 74. Barth. c. l.*

11. Sufficit tamen sola mariti confessio, 1) si reliqui etiam creditores per solam confessionem, vel apocham debitoris numerationem probent, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 76.* dissentit *Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 5. Barth. c. l, Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 341. & in supplem. nov. ad eand. obs.* 2) si confessio mariti de receptione dotis, antea promissæ, ex intervallo temporis subsequatur, modo tempore confessionis non appareat æs alienum, *Carpz. d. c. d. 78. & lib. 4. R. 23. n. 15.* 3) si maritus dotem, non a parentibus, sed a tertio quopiam extraneo se accepisse, confessus fuerit, *Carpz. d. c. d. 79. & d. R. 23. n. 16.* dissentit *Berlich. p. 1. concl. 65. n. 48.* 4) si accedat unius saltem testis fide digni depositio, *Carpz. d. c. d. 80,* vel confessio testibus forte confirmata; modo non ex postfacto hi subscripserint, sed, numerationi se interfuisse, jurato obtineant, *Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 23. lit. a. p. 848.*

12. In demonstranda dotis illatione qualescunque testes, fratres etiam & sorores admittuntur, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 81. Barth. c. l.* non tamen pater & mater, *Carpz. lib. 4. R. 24. Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 291.* Plane matrem una cum fratre admissam esse, præjudiciis comprobat *Barth.*

Barth. c. l. confer. *Wernher. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 100. p. 505.*

13. Dos mariti bonis illata præsumitur eo ipso, quod utrique, marito & uxori simul, fuerit numerata, adeo ut nec probatione, nec juramento suppletorio mulier gravari debeat, *Carpz. d. c. d. 82. Richter. de privileg. credit. p. 153.*

14. Si creditrix chirographaria debitori, ante imposita arresta, & obortum concursum, nubat, jus prælationis consequitur: cum enim bona, tempore initi matrimonii marito illata, habenda pro dotalibus, illa certe, quæ penes ipsum jam existunt, quasi brevi manu tradita, eandem qualitatem habere intelliguntur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 2. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 240.*

15. Mulier jure tacitæ hypothecæ ac prælationis privilegio etiam gaudet 1) in donis nuptialibus, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 88.* maxime si in dotem expresse fuerint data, *Carpz. c. l.* add. *Rivin. c. l. en. 7.* 2) in impensis nuptialibus a marito in dotem acceptis, *Carpz. d. def. 88. n. ult. Rivin. d. en. 7.* 3) in dotalitio, marito etiam adhuc vivente, sed non solvendo existente, *Carpz. d. c. d. 93.* add. *Rivin. c. l. en. 10.*

16. Specificationem donorum nuptialium a marito & uxore, nec non hujus matre subscriptam, si matrimonium vivo patre est contractum, nequaquam sufficere, ut, existente concursu, æstimatio pro dimidia parte repeti possit, inprimis si in specificatione mentio non facta, quod res donatæ æstimato fuerint marito traditæ, putat *Rivin. c. l. en. 8.* Nec ex intervallo datam a marito apocham probare, in dotem dona nuptialia imputata fuisse, tradit. *Rivin. c. l. en. 9.*

17. Non competit mulieri jus prælationis, si

cum marito communem negotiationem exercens debita simul contraxerit, *Carpz. d. c. d. 83.* aut sciens obærato nupserit, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 84.* dissentit *Finckelth. obs. 80.* cujus sententia confirmata est, *Dec. Elect. Sax. nov. 6. ibique Philipp. obs. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. p. 1184.* aut dolo vel culpa ejus ad inopiam pervenerit maritus. vid. *memor. dec. 6. ibique Philipp. obs. 4. Carpz. d. c. d. 85.* item, si mulier in credita mariti, cum sufficienti juris prælationis renunciatione, consenserit, *Philipp. c. l. obs. 1.* & ratione pecuniæ, quam mutuo dedit marito, *O. P. S. tit. 43. §. Was aber. Carpz. d. c. d. 90.*

18. Ratione bonorum paraphernalium mulieribus saltem competit tacita hypotheca, a die illationis, non etiam prælationis privilegium, *Carpz. d. c. d. 86. Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 16.* Nec degenerant paraphernalia in mutuum, etiamsi desuper constituatur expressa hypotheca, & concedatur resignatio fortis, *Rivin. c. l. en. 19.* Imo salva manet tacita hypotheca, utut ex his postea mutuum cum marito contrahat, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. p. 904. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 18.*

19. Jure civili mulier ratione donationis propter nuptias in bonis mariti tacitam habet hypothecam, sed absque privilegio prælationis, *l. 12. §. 2. C. qui potior. in pign. Schneidew. ad §. 29. n. 36. & 60. J. de act. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 334.* Ast jure Saxonico nec jus prælationis, nec hypothecam habet, nisi de ea expresse sibi prospexerit, *O. P. S. tit. 43. §. So wollen wir, ibique Rivin. en. 12. 13. 14. Carpz. p. 1. c. 28. d. 91.*

20. Uxori morgengabam & cibaria domestica petenti omnes indifferenter creditores, etiam nudi chiro-

chirographarii præferuntur, *Carpz. d. c. d. 94.* Si tamen maritus uxori, in pactis dotalibus, aut alia conventione, pro sponsalitia largitate & cibariis domesticis, ante concursum exortum, certam pecuniæ summam assignet, & cum consensu domini & agnatorum hypothecam in feudo desuper constituat, ea jus prioritatis habet præ posterioribus, potius jus non habentibus, *Dec. Elect. Sax. nov. 72. ibique Philipp. obs. 1.*

21. Mulier, una cum sorte, etiam interesse, aut, loco ejus, alimenta, & quidem a momento mortis vel fugæ mariti, in eadem classe consequitur: alimenta vero non indistincte, sed ad quantitatem usurarum sunt præstanda; nec ultra eam, v. gr. pro victu & amictu, pro medicamentis & sostro medici quid adjudicari solet, teste *Barth. hodeg. for. in append. ad cap. 3. §. 23. lit. c. p. 850.*

22. Idque non diutius durat, quam quousque illata recipit; nec, si reddendæ administrationis, ab ipsa gestæ, rationes sint, inter expensa, ultra usurarum quantitatem, alimenta ei approbantur: quod tamen ad eum solum casum restringendum est, si moto jam dum & pendente concursu administraverit; sin ante concursum, ignorans, non solvendo decessisse maritum, bona fide majores sumtus in sui suorumque sustentationem impenderit, illi tum inter expensa erunt tolerandi, *Barth. c. l.* confer. *Mev. p. 7. dec. 138. n. 3.*

23. Distinguit *Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 4. not. 2. p. 1093.* an ex concursu creditorum vidua alimenta exigat; an res ipsi sit cum mariti heredibus; & illo quidem casu non nisi ad quantitatem usurarum dotis & illatorum alimenta esse præbenda: hoc vero heredes mariti tantisper donec ei satisfaciant, pro more & dignitate mariti defuncti, sustinere illam teneri.

 24. Pri-

24. Privilegium prælationis in dote ſoli uxori & ejus liberis aliisque deſcendentibus, non etiam heredibus collateralibus vel aſcendentibus competit, *nov. 9. pr. Carpz. p. 1. c. 28. d. 95. 96. & 98.* &, defuncta licet matre ante maritum, liberi tamen ejus, ratione legitimæ maternæ, jus prælationis habent, & novercæ ratione dotis ſuæ in concurſu præferuntur, *l. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. Carpz. d. c. d. 97.*

25. Jus vero tacitæ hypothecæ, ſicut extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunque a muliere ejusque liberis transmitti poteſt, *Carpz. d. c. d. 99.* Imo etiam jus prælationis a viva uxore vel vidua aliis extraneis cedi poſſe, pluribus deducit *Richter de privil. credit. c. 3. ſect. 1. n. 87. & 92. ſeq.* quem ſequitur *Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 23. lit. a. p. 849.* diſſentit *Franzk. lib. 1. reſolut. 14. n. 51. & 53. Carpz. p. 1. c. 28. d. 95.*

26. TERTIO: *(d)* pupilli & minores, ratione rerum, ex eorum pecunia emtarum, *l. 7. & 19 qui pot. in pign. Carpz. d. c. d. 109. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. p. 1184.*

27. QUARTO: *(e)* fiſcus, ratione ejus, quod ex adminiſtrationibus & contractibus ei debetur, *l. pen. in fin. de privil. credit. Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 23. p. 847. Struv. ex. 44. th. 47.* non autem præfertur iis, qui anteriorem hypothecam habent, niſi in bonis poſtea quæſitis, *O. P. S. tit. 43. §.* Desgleichen. *ibique Rivin. en. 32. Carpz. p. 1. c. 28. d. 102. & 103. Barth. c. l.*

28. Ra-

(*d*) Vid. *ſupra th. 1. lit. a.* Et pupilli in bonis ex pupillari pecunia emtis impoſterum ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 3.* nullam tacitam habent hypothecam.

(*e*) Vid. *ſupra th. 1. lit. a. & Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 2. 3.*

28. Ratione mulctarum fisco tacita solum hypotheca tribuitur ab eo tempore, quo imposita fuit, *O. P. S. c. l. ibique Rivin. en. 37. Carpz. d. c. d. 104. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 67.* quam quidem eo nomine fiscus jure civili habet, *l. 46. §. 3. de jur. fisc.* sed, eo non obstante, omnibus creditoribus, etiam nudis chirographariis postponitur, *l. un. C. pœn. fisc. credit. præfer. ibique Brunnem. n. 7.*

29. Si quis administrationem diversarum stationum eodem tempore in se suscipit, fiscis pro rata in una eademque classe adsignatur locus, licet juramentum distinctis temporibus præstitum, teste *Rivin. c. l. en. 35.*

30. Civitates, quæ pleno jure fisci non fruuntur, ratione contractuum prælationem cum hypotheca prætendere non posse, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 43. en. 36.*

31. QUINTO: *(f)* qui ad refectionem & conservationem domus vel alterius rei pecuniam mutuo dedit, tacitam hypothecam cum jure prælationis habet, *O. P. S. tit. 43. §. 6. Carpz. p. 1. c. 28. d. 105. Berger. E. D. F. p. 1468.* modo 1) eam in hunc finem datam esse, ex instrumenti obligatione constet, *O. P. S. c. l. ibique Rivin. en. 38. Carpz. d. c. d. 106.* hinc cum illud requisitum deficeret, licet creditor, ipsius pecuniam in meliorationem domus esse erogatam, probaret, nihilominus hoc privilegium ei denegatum esse, testatur *Rivin. c. l.* 2) probetur, quod ex illa pecunia domus refecta fuerit: ubi vero sufficiunt conjecturæ, ut: si creditor doceat, ædes indiguisse refectione, & postea fuisse refectas, *Carpz. c. l.* add.

(f) vid. *supra th. 1. lit. a.*

Rivin. d. en.38. Berger. œcon. jur. lib.2. tit.5. th.5. not.1. p.524.

32. Qui cœmenta, ligna, lapides, calcem, aliamque materiam, exstruendo ædificio necessariam, debitori dedit, allegare nequit personale privilegium cum hypotheca, *Rivin. c. l. en.40.*

33. SEXTO: *(g)* qui ad emendum prædium credit pecuniam, & statim de speciali hypotheca pactus est, *l.7. C. qui pot. in pign. O. P. S. tit.43.* §. **Also, wann einer.** *ibique Rivin. en.41. Carpz. p.1. c.28. d.107. Berger. œcon. jur. c.l.* Nihilque interest, sive judicialiter, sive extrajudicialiter constituta sit hypotheca, *Rivin. c. l. en.42. Barth. hodeg. for. in append. ad. c.3. §.23. p.848. Berger. E. D. F. tit. 43. obs. 6. p. 1469. Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.45. & p.7. obs. 249.* dissentit *Martin. ad O. P. S. tit. 43. §.7. n.16.* In feudo tamen consensus domini in hypothecam requiritur, *Carpz. dec.56. Berger. E. D. F. d. obs. 6. not.1. p.1470.*

34. Hoc privilegium non consequitur, qui, post factam demum emtionem, pecuniam ad exsolutionem pretii mutuo dat emtori, ut maxime de hypotheca sibi prospiciat, *Carpz. d. c. d.108. Berger. c. l. not. 2. p.1470. Barth. d. §.23. lit. f. p.851. Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.45. n.12. & p.5. obs. 188. nec non in supplem. nov. ad d. obs. 188.*

35. Piæ causæ, quæ pecuniam, sub oppignorationis conditione, ad bona emenda dederunt, non solum ratione horum bonorum in secunda classe, sed etiam in tertia, quoad reliqua debitoris bona, ob hypothecam tacitam, collocandæ, *Rivin. ad O. P. S tit. 43. en.43.*

36. Præ-

(g) vid. *supra th.1. lit. a.*

36. Prædicti creditores, quoties inter se concurrunt, ob paritatem privilegii, secundum prioritatem temporis, quo hypothecam obtinuerunt; collocandi sunt: quod si autem non constet de hypotheca priore, tum *primo* loco uxor, secundo pupillus, *tertio* fiscus constituitur, ceteri autem pari jure censentur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 31. th. 2. not. 8. p. 1186.*

37. Add. loc. *minor. th. 34.*

CREDITORUM CLASSIS III.

1. In hac classe veniunt creditores *(a)* qui ex hypotheca, sive tacita, *(b)* sive expressa, arresto, *(c)* aut immissione judiciali jus reale consecuti fuere. Inter quos qui prior tempore, potior est jure: pro rata vero veniunt, si uno eodemque momento impetraverint jus reale in bonis debitoris, vel, qui prior sit, sciri nequeat, *O. P. S. tit. 44. ibique Rivin. en. 3. Carpz. p. 1. c. 28. d. 110. & 111. Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 24. p. 852.*

2. Qui duplici jure reali gaudet, v. g. conventionali *(d)* hypotheca & jure arresti, ex mobilibus æque ac

(a) Hodie secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 46. §. 1.* alteram classem constituunt creditores, specialem judicialem hypothecam habentes, qui collocantur secundum prioritatem temporis, ita tamen, ut quilibet ex prædio hypothecæ subjecto solutionem impetret.

(b) Tacitas hypothecas plane abrogavit *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 1.*

(c) Arrestum quoque jus reale non tribuit secundum *Ord. Proc. Sax. tit. 48. §. unic.*

(d) Hodie in Saxonia hypotheca conventionalis nullius est momenti: cum res mobiles neque judicialiter neque extrajudicialiter hypothecari possint, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 44. §. 2.*

ac immobilibus solutionem petere potest, & in favorem creditoris vel ex his, vel ex illis eam postulare, ita út gratificatiòni locus sit, *Rivin. c. l. n. 1.*

CREDITORUM CLASSIS IV.

1. In qua veniunt creditores personale solummodo privilegium *(a)* habentes, qui omnes simul pro rata solutionem consequuntur, *Carpz. p. 1. c. 2. d. 149. Barth. hodeg. for. in append. ad c 3. §. 24. p. 852. seq.* & in genere omne debitum, præter mutuum sub usuris datum, solvitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 49. en. 1.*

2. Sigillatim huc referuntur, PRIMO: deponentes, ratione rei depositæ, quæ non amplius extat in bonis depositarii, *O. P. S. tit. 49. pr.* sive depositum sit regulare, sive irregulare, *l. 24. §. 2. de reb. autor. jud. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 9. not. 3. p. 590.* modo de hoc posteriori usuras sibi non stipulatus sit deponens: tunc enim inter chirographarios refertur, *Berlich. p. 1. concl. 64. n. 7. Barth. c. l. p. 852.* dissentit *Brunnem. ad l. 7. n. 9. depos.*

3. Ast in deposito judiciali, sive necessario deponens præfertur non modo arrestantibus, *O. P. S. c. l.* sed & hypothecariis posterioribus, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 151. Rivin. ad O. P. S. tit. 45. en. 17.* add. *Berger. E. D. F. tit. 49. obs. 1. p. 1643.* dissentit *Berlich. p. 1. concl. 69. n. 4.*

4. SE-

(a) Sed hoc privilegium personale per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 49. §. unic.* sublatum, ibique constitutum est, quod in posterum omnes creditores, qui nec ad primam classem, eamque generalem, referuntur, nec pignus vel hypothecam expressam, nec aliud jus reale per executionem & immissionem, ante motum concursum, impetrarunt, indistincte, & sine prærogativa temporis ad ultimam classem sint referendi, iisque, si massa concursus non sufficiat, solutio pro rata sit præstanda.

4. SECUNDO: ea, quæ ad pias causas & alimenta pertinent, quando benigniora jura non habent, *O. P. S. d. tit.* §. Alles was. *Carpz. d. c. d. 152. & d. c. 279. Barth. c. l.*

5. TERTIO: qui pecuniam gratis & sine usuris mutuo dederunt, *O. P. S. c. l.* §. Wann auch, *Carpz. d. c. d. 153. & dec. 280. Barth. c. l.*

6. QUARTO: venditor rei, sine reservatione hypothecæ pro residuo pretio, venditæ & traditæ, *O. P. S. c. l.* §. ingleichen. *Carpz. d. c. d. 58. d. 154. Rivin. ad O. P. S. tit. 49. en. 3. Barth. c. l.*

7. QUINTO: qui ad rem emendam pecuniam crediderunt, absque constitutione hypothecæ in re emta, *Carpz. d. c. d. 155. Barth. c. l.*

8. SEXTO: minervale, quod a discipulo opificii magistro debetur, das Lehr-Geld, *Barth. c. l.* tam etsi forte ante finitum & absolutum tyrocinium discesserit, vel etiam decesserit, & pro remissione ultimi anni anticipando quid solverit parens, aut fidejussor illius alius, quia per ipsum magistrum non stetit, quo minus adimpleturus pacta conventa fuisset, adeo ut solutum non tantum repeti nequeat, sed & residuum insuper præstari debeat, *Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 24. lit. c. p. 854.*

9. SEPTIMO: pecunia pro redemptione debitoris captivi soluta, das Ranzion-Geld, *Carpz. dec. 279. Barth. d. §. 24. p. 852.*

10. OCTAVO: dos a sponsa ante nuptias, plane non secutas, prænumerata, *Hartm. Pistor. obs. 110. n. 8. Barth. c. l.*

11. NONO: pecunia, in cambium mercatori a remittente numerata, sed, revertentibus deinde cum protestatione literis cambialibus, post lapsum trassantis,

tis, non amplius in natura existens, *Carpz. dec. 280. n. 12. Barth. c. l.*

12. DECIMO: in genere credita cambialia omnia, alle Wechsel-Schulden, *Carpz. dec. 280. n. 15. seq. Rivin. ad O. P. S. tit. 49. en. 2. Berger. dec. 512.* quæ hoc insuper singulare habent, quod usuræ, ut interesse moræ, in una eademque classe una cum sorte adjudicentur, *Barth. c. l.*

13. UNDECIMO: expensæ judiciales, quæ non ad primam concursus classem pertinent, aut etiam ex alio processu debentur, *Rivin. c. l. en. 4.*

14. DUODECIMO: expensæ litis creditori extra concursum adjudicatæ, nisi & in obligatione sibi expressam hypothecam desuper constitui fecerit, *Barth. c. l. p. 853.* sed ad chirographaria debita eas refert *Brunnem. ad l. 79. de judic. n. 16.*

15. DECIMO TERTIO: sumtus apothecæ ex alio, quam ultimo, morbo adhuc debiti, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 91. Barth. c. l.*

16. DECIMO QUARTO: quod pro victu debetur, vor Kost, item denen Fleischern vor Fleisch, denen Beckern vor Brod, Korn oder Mehl &c. *Barth. c. l.*

17. His exsolutis creditis, sequuntur DECIMO SEXTO ii, qui extrajudicialem in immobilibus constitutam a notario cum testibus, vel duorum aut trium etiam probatæ & integræ opinionis & fidei virorum subscriptione firmatam hypothecam habent, *Dec. Elect. Sax. nov. 60. ibique Philipp. obs. 1. Barth. c. l.* contra opinionem *Carpzovii*, qui *p. 1. c. 28. d. 127. & p. 2. c. 33. d. 14.* eos creditoribus, qui postea ex hypotheca tacita, arresto aut immissione jus reale consecuti sunt, præfert. Jure vero Lusatiensi præ persona-

ſonaliter privilegiatis eos collocari teſtatur, *Martin. ad O. P. S. tit. 46. §. 3. n. 5.*

18. Producens magiſtratus conſenſum in oppignorationem fundi, cujus traditionem judicialem & inveſtituram nondum conſecutus debitor, inter perſonaliter ſaltem privilegiatos reponitur, teſte *Rivin. ad O. P. S. tit. 49. m. 5.*

19. Emtor, qui pro venditore ſuo pecuniam, ex hypotheca in vendito fundo reſervata, debitam, hujus venditori ſolvit, ſi ſuper illius bonis concurſus exiſtit inter perſonaliter privilegiatos tantum collocatur, teſte *Rivin. c. l. m. 6.*

CREDITORUM CLASSIS V.

1. In qua veniunt chirographarii, aliique creditores (a) ſimplices, h. e. qui vel ex chirographo, vel confeſſione debitoris ſimplici alia, vel delatione jurisjurandi, aliove modo credita ſua probant; qui omnes æqualiter, nullo temporis vel quantitatis habito reſpectu, pro rata concurrunt, *O. P. S. tit. 50. pr. Carpz. p. 1. c. 28. d. 158. & 159. Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 25. p. 858.*

2. Oportet autem credita illa ex cauſa oneroſa, non lucrativa, oriri; nam omnibus chirographariis poſtponendus eſt donatarius, *Matth. de act. lib. 1. c. 20. n. 9. Barth. c. l.* legatarius *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 33.* nec non filia, dotem a patre ei promiſſam in concurſu creditorum exigens, *Richter. de privil. credit. c. 4. ſect. 1. n. 35. Herold. de jur. repræſent. c. 1. concl. 2. §. 16. in fin. lit. x. p. 79.* non autem gener, in concurſu ſoceri, dotem ſibi promiſſam quærens, quippe qui tacitam potius, pro ea conſequenda, habet hypo-

(a) Vid. loc. *creditorum claſſis IV. th. 1. lit. a.*

hypothecam, *Carpz. dec.57. n.22.* add. *Barth. c. l.* confer. vero *Mev. p.5. dec.377.*

3. Jure civili statim unicuique creditorum simul cum sorte usuræ, ut accessorium, cum principali in eadem classe assignantur, *l.18. qui pot. in pign.* tametsi bona debitoris ad solvendum omnibus creditoribus sortes haud sufficiant, *Barth. hodeg. for. c.3. §.22. p.628.* dissentit *Richter. de privil. credit. c.7. n.38. seq. p.540.* refutatus a *Philipp. ad dec.8. obs.5.*

4. Jure autem Saxonico Electorali (*b*) usuræ, priusquam omnibus, etiam chirographariis, creditoribus, ratione sortis, satisfactum fuerit, non adjudicantur, *O. P. S. tit. 50. §. 2. Carpz. p. 1. c.28. d.161. Philipp. ad d. dec. 8. obs. 6.* licet super sorte æque ac usuris (*c*) hypotheca constituta, *Carpz. d. c. d.162.*

Philipp.

(*b*) Hodie distinguitur, utrum ratione debiti hypotheca specialis constituta sit, vel non? Priori in casu, sine distinctione, an in feudis cum consensu domini directi, aut in allodiis cum consensu domini jurisdictionalis constituta sit, usuræ una cum sorte in eadem classe locantur, dummodo consensus ad sortem in specie non sit restrictus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 46. §.3.* Quo loco tamen additur, id solummodo ad eas usuras, quæ ex tribus istis annis, concursum motum immediate antecedentibus, debentur, restringendum esse. Reliquæ vero usuræ & interesse moræ, sive ex cambio, sive ex alia causa debeantur, solutis demum omnibus sortibus, nach Befriedigung aller Capitalien, sine omni distinctione & pro rata præstantur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 50. §. un.* ubi tamen ea simul additur restrictio, creditori videlicet, si sententia designationis vires rei judicatæ consecuta, atque creditum pro liquido declaratum fuerit, licet prioritas nondum plenarie expedita sit, interesse rei judicatæ, una cum sorte, suo ordine solvendum esse.

(*c*) Imo eo casu hodie simul debentur, vid. *hic. lit. b.*

Philipp. c. l. obs. 7. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 463. vel arrestum impetratum fuerit, *Richter. c. l. n. 50. Wernher. c. l.*

5. Nec, cum uxor in debitum mariti consenserit, ac beneficio Scti Vellejani, aliisque juribus ac privilegiis muliebribus solenniter renunciaverit, creditori, cujus gratia facta est renunciatio, ratione usurarum prærogativa præ ceteris creditoribus & dote mulieris competit, etiamsi ratione sortis locum mulieris occupet, eoque non modo mulieri, sed quoque reliquis creditoribus præferatur, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 163.*

6. Sed hoc intelligendum, tantum est de usuris ex mutuo, *(d) O. P. S. tit. 50. ibique Rivin. en. 2. Carpz. d. c. 28. d. 165. n. 6. & d. 166. n. 6. Barth. c. l. p. 629.* Quarum ratione nec creditor, cui ratione sortis ante motum concursum, reservatis usuris, satisfactum, aliter locari potest, quam post reliquos concreditores sortem petentes, *Rivin. c. l. en. 3.*

7. Sed fallit hoc 1) in usuris ex mutuo piæ caussæ *(e)* debitis, *Dec. Elect. Sax. nov. 8. Carpz. p. 1. c. 28. d. 171. lib. 4. R. 46.* dissentit *Richter. de privileg. credit. c. fin. n. 51.* 2) in usuris mutui, pro quo bona feudalia, consensu domini & agnatorum, oppignorata sunt, tametsi super usuris constituta expresse hypotheca *(f)* non sit, *Dec. Elect. Sax. nov. 10. ibique Philipp. obs. 1. Richter. c. l. n. 85. Rivin. ad O. P. S. tit. 50. en. 4.*

(d) Imo usuræ ex mutuo hodie una cum sorte solvuntur, si debito modo sit constituta hypotheca, vid. *hic lit. b.*

(e) vid. vero *hic. th. 4. lit. b.*

(f) Modo consensus ad sortem in specie non sit restrictus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 46. §. 3.*

en.4. 3) si creditor ob defectum pecuniæ, quam debitor justo tempore non solvit, coactus fuerit, prædia sua vendere, vel aliunde sub usuris pecuniam mutuo accipere, *Carpz. p.1. c.28. d.164.* 4) in usuris mutui, quas fidejussor pro debitore principali solvit, *O. P. S. tit.50.* §. Denn wenn. *Carpz. d.c. d.170.*

8. Deinde usuræ una cum sorte in eadem classe adjudicantur, quæ debentur 1) pupillis, *Carpz. d. c. d.172. & 173.* scil. ex gesta tutela: secus si ex mutuo, *Dec. Elect. Sax. nov. 9. ibique Philipp. obs. 1.* 2) de dote 3) de parte pretii non soluti, 4) de pecunia hereditaria, 5) de annuis reditibus, *(g) O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d. 166. 167. 168. 169. Berger. E. D. F. tit. 50. obs. 2. not. 6. p. 1654.* dissentit quoad residuum pretii & hereditariam pecuniam *Richter. c. l. n. 80.*

9. Denique una cum sorte adjudicantur usuræ cambii *(h) Barth. hodeg. for. c.3. §. 22. p.629.* rei judicatæ *(i) Carpz. lib. 4. R.47. Rivin. ad O. P. S. tit.50. en. 4.* ab eo tempore, quo sententia desuper lata vires rei judicatæ nacta est, *Rivin. c. l. en. 5. Berger. E. D. F. tit.50. obs.2. not.5. p.1653.* & super ipsa sorte judicatum, etsi forte super prioritate adhuc disceptetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 433. n. 5.* Non enim distinguendum est, utrum res judicata ante concursum motum jam adfuerit, an vero demum illo excitato supervenerit; ut itaque omnes indistincte creditores ab eo tempore, quo sententia locationis in rem judicatam transiit, solutionem usurarum, perinde ut

(g) Plane de annuis reditibus hodie usuræ non præstantur, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 42. §. 8.*

(h) Quid hodie obtineat, vid. *hic. th. 4. lit. b.*

(i) Etiamnum hodie & quomodo? vid. *hic. retro th. 4. lit. b.*

ut sortis, in eadem classe urgere possint, *Wernber. sel. obs. for. p.3. obs.44.*

10. In concursu creditorum interesse moræ, ex contractu debitoris ortum trahens, in eadem classe cum debito principali de jure Saxonico ponendum, quod secus est in usuris, *Horn. cl.13. R.9. p.975. b. & R.11. p.977. b.*

11. Hæ usuræ privilegiatæ usque ad exsolutionem sortis sunt præstandæ, *Barth. hodeg. for. c.3. §.23. lit. a. p.630.* Nam concursus creditorum non sistit cursum usurarum, nisi qua debitorem, cessione bonorum legaliter facta, aut immissis in bona tanquam communia creditoribus, *Mev. p. 7. dec. 245.* add. *Stryck. us. mod. tit. qui pot. in pign. §.4. Berger. p.2. supplem. ad E. D. F. tit.39. §.13. p.670.678.694. & 712.* De quo in foro Saxonico Electorali hodie eo minus dubitandum, quo clarius in *O. P. S. R. tit.50. §. un.* dispositum, usuras rei judicatæ una cum sorte præstandas esse ab eo tempore, quo sententia designationis vires rei judicatæ nacta est.

12. Aliæ autem usuræ, postquam omnibus creditoribus satisfactum, secundum cujusque prærogativam exsolvuntur, *Carpz. p.1. c.28. d.174.* Ast hodie usuræ non secundum creditorum prærogativam, sed indistincte pro rata exsolvuntur, *O. P. S. R. tit.50. §.un.*

CRIMEN.

1. Regulariter nemo ad denunciandum crimen commissum, & ad subministranda judici indicia ad inquirendum tenetur, *Wernber. sel. obs. for. p.8. obs. 347.* nisi interrogante magistratu, *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.10. th.6. not.1. p.810.* Delictum vero com-

 mit-

mittendum est denunciandum, *Stryck. ad Lauterb. tit. de receptat. verb. sola scientia.*

2. Ille, præsertim opifex, cui certum, idemque famosum crimen objectum, si injuriam illatam non vindicet, suspectum se de crimine reddere videtur, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 187.*

CRIMEN DE RESIDUIS.

Vid. loc. *Residui crimen.*

CRIMINALIS CAUSA.

1. Ad criminalem quæstionem prævertendam, civilem movere litem delinquenti non licet, *Carpz. lib. 2. R. 52. n. 15.*

2. In causa criminali judex cum dispendio & jactura incarcerati moram trahere non debet, sed celeriter inquirere, & processum absolvere: intereit enim reipublicæ, non longiore processu & carcere divexari eum, qui crimen, sive vere, sive falso, dicitur admisisse, *Carpz. pract. crim. qu. 116. n. 29.* add. *l. 1. l. 5. C. de custod. reor.*

CULPA.

1. In dubio ea facienda est interpretatio, per quam excluditur omnis culpa, *Angel. in l. 9. §. 1. de pecul. Cravett. consil. 151. n. 18. 19. & consil. 347. in fin.* præcipue cum quis fecit, quod consuetum est fieri, *l. 22. §. fin. de pignor. act.* ubi *Bartol. l. 1. cod.* ubi *Bartol. & Bald.*

2. Culpæ species est, jurisperitos in talibus, in quibus illorum studio atque opera opus, non consulere, *l. 2. §. ult. quis ord. in possess. Mev. p. 8. dec. 79. n. 5.* & se immiscere rei alterius artis & professionis, *l. 8. §. ult. ad. l. Aquil. l. 6. §. penult. de offic. præsid. l. 36. de R. J.*

3. Culpa frustra ab eo objicitur, qui causam illi

rei

rei præbuit, in qua admissam culpam dicere intendit, *l. 67. de fidejuss. Cravett. consil. 919. n. 10.*

4. Non caret culpa, qui non impedit, quod impedire potest & debet, *l. 50. & 99. de R. J.*

5. Quoties in contractu versatur utilitas solius accipientis, toties præstatur a dante culpa lata tantum, *arg. l. 61. § 6. de furt. l. 18. §. 3. commod.* ab accipiente quælibet, etiam levissima, ut in commodato, *l. 5. §. 2. commod. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 2. p. 744.* excepto precario, in quo ab accipiente culpa tantummodo lata præstatur, *l. 8. §. 3. de precar. Berger. c. l.*

6. Quoties in contractu versatur utilitas utriusque contrahentium, toties ex utraque parte, culpa lata & levis præstanda est *d. l. 5. §. 2. commod. Berger. c. l.*

7. Quoties in contractu solummodo dantis utilitas versatur, toties præstatur a dante culpa quælibet, etiam levissima, *arg. l. 61. §. 5. de furt.* ab accipiente autem lata tantum, *d. l. 5. §. 2. commod.* v. c. in deposito, *Berger. c. l.*

8. Excipiuntur contractus, quibus aliena negotia tractantur, ut puta 1) MANDATUM, quo a mandatario culpa levissima præstatur, *l. 13. l. 21. C. mand.* 2) TUTELA, qua tutor præstat culpam levem, *l. 2. C. arbitr. tut.* 3) NEGOTIORUM GESTIO, qua itidem a gestore præstatur culpa levis, *l. 11. de negot. gest. l. 20. C. eod. Berger. c. l. not. 1.*

9. Culpa pacto remitti potest, *l. 5. §. 2. commod. l. 23. de R. J.* excepta 1) causa dotis, in qua conventio: *ne maritus teneatur de culpa levi*, non valet, *l. 6. de pact. dot.* 2) lata culpa, utpote quæ in causis civilibus cum dolo exæquatur, quo facit *d. l. 23. de R. J. Berger. c. l. not. 2. p. 745.*

CUMULATIO ACTIONUM.

Vid. loc. *libellus ineptus. th. 2.4.5.6.7.8.9.10. 11.12.13.14.15.16.* loc. *possessorium judicium. th.5.* loc. *petitorium judicium. th.6.7.8.9.10.11.*

CURA. CURATOR ABSENTIS.

Vid. loc. *Absens. Absentia &c.*

CURATOR AD LITEM.

1. Curator ad litem advocati partes sustinet, *Carpz. p.2. c.14. d.11. n.1.* & inter eum & procuratorem nihil aut parum interest; ideoque ab eo instrumenta recognosci possunt, *A. Fab. in Cod. lib.3. tit.1. d. 29. n.4. Carpz. p.1. c.17. d.18. & lib.3. R.40. n.22.*

2. In dubio & simpliciter ad litem datus curator, ad omnes lites datus intelligitur, *l.3. §.4. de tutel. Carpz. p.2. c.15. d.27. n.2.*

3. Curator ad litem datur etiam invitis, *Carpz. lib.5. R.86. n.35.* add. *Philipp. ad dec. 41. obs.3. n.29.* Sicuti & pupillo impuberi, tutorem non habenti, potest dari curator ad litem, *d. dec. 41. ibique Philipp. d. obs.3.*

4. Curatoris in litem bona, jure taciti pignoris obligata haud sunt, *Carpz. dec.135. n.15.*

CURA. CURATOR ÆTATIS SIVE MINORIS.

1. Jure civili curator regulariter datur volentibus, *§.2. J. de curat.* nisi constituatur 1) ad litem, *d. §.2. J. de curat.* 2) ad recipiendam a debitore solutionem, *l.7. §.2. de minor.* 3) ad accipiendas rationes a tutore, finita tutela, *l.7. C. qui pet. tut.* 4) ob prodigalitatem, *l.12. §. ult. de tut. vel cur. dat. Berger. œcon. jur. lib.1. tit.4. th.7. §.3. p.179.*

2. Hodierno autem jure, etiam invitis datur curator, *Ord. Polit. de anno 1577. tit.23. §.* So wollen.

len. *Carpz. lib. 5. R. 86.* ita tamen, ut ſi minor ipſe idoneum curatorem ſibi elegerit, is confirmandus a magiſtratu ſit, neque ipſi invito alius obtrudi poſſit, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 1. p. 181. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 199. & p. 4. in ſupplem. ad d. obſ. Rivin. ad O. P. S. tit. 9. en. 5.*

3. Etſi hodie multis in locis Germaniæ conſtitutum, receptumque ſit, ut, qui tutor fuit, curam quoque ſuſcipere teneatur, vid. *jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 1. ibique Mev. n. 14.* regulariter tamen, & ubi aliud ſpeciatim introductum haud eſt, ſtandum eſt jure civili, & is, qui tutor fuit, onus curatelæ ſubire invitus non cogitur, §. *18. J. de excuſ. tut. vel cur.* add. *Hopp. ad pr. J. quib. mod. tut. fin.*

4. Quod ſi tamen, ut plerumque fieri ſolet, tutor poſt pubertatem pupilli, adminiſtrationem continuet, & ſic ejus curator fiat, novo decreto, & confirmatione Magiſtratus, opus haud eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 389.*

5. Cura ætatis ſolis nuptiis minoris fœminæ non diſſolvitur. Quamvis enim, jure Saxonico, fœmina nupta veniat in tutelam mariti; tamen ea tutela eſt ſexus, quæ non protinus tollit curam ætatis, *Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 1. not. 4. p. 289.*

6. Ex quo conſequitur, matrem, poſt nuptias filiæ minoris, ejusdem curam continuare, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 8. §. 1. p. 276.* dummodo maritus aſſentiatur, ob legitimam bonorum adminiſtrationem, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 5. not. 3. p. 172.* conferantur omnino ea, quæ *idem* affert *prox. c. l. th. 7. not. 5. p. 182. nec non in philoc. for. R. 18. p. 229.*

CURATOR BONORUM.

1. Hic (a) administrationem saltim, & curam bonorum debitoris habet, de qua rationes creditoribus deinde reddit; & hic quivis illiteratus, etiam rusticus & femina esse potest; ut itaque alius curator litis, & alius curator bonorum esse possit, *Barth. hodeg. for. in append. ad c. 3. §. 22. lit. c. p. 836.*

2. In concursu creditorum unus ex creditoribus curator bonorum, non item litis esse potest, *l. 2. de curat. bon. dand. Schilter. ex. 46. th. 50. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de curat. bon. dand.* nisi in concursu non adeo magni momenti, *Berger. E. D. F. tit. 42. obs. 2. not. 3. p. 1379.*

3. Creditores in bonis curatoris bonorum, qui massam concursus administrat, tacitam hypothecam non habent, *arg. l. 22. §. 1. de reb. autor. judic. possid. Carpz. dec. 135. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 2. not. 1. p. 516. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 66. n. 12.*

CURATOR HEREDITATIS.

Vid. loc. *hereditas jacens.*

CURATOR LITIS.

1. Cum curatoris litis nihil intersit, cuinam in concursu creditorum satisfiat, inde ipsi non competit actio contra eum, qui, in præjudicium concreditorum, sibi ex bonis debitoris prospicere ausus est, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 18.*

2. Curator litis in concursu creditorum jusjuran-

(a) Consistit *curatoris bonorum officium* in eo potissimum, ut utilitatem concursus omni, qua licet, ratione promoveat, & nomina debitoris activa exigat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 1.*

randum etiam deferre poteſt, nec non delatum, *(a)* aut ſibi relatum, imo & legale, præſtare debet, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 4. not. 2. p. 531. & œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. not. 11. p. 1103. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 446.* quin de calumnia jurare cogitur, *Berger. E. D. F. tit. 28. obſ. 9. not. 4. p. 588.*

CURATOR SEXUS SIVE MULIERIS.

1. Curator ætatis, veluti feminæ minoris, ſine nova confirmatione, non poteſt ſuſcipere curam, ratione ſexus, *Berger. E. D. F. tit. 8. obſ. 1. p. 287. Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 20.*

2. Curator mulieris in genere, a magiſtratu ejus ordinario, ſub quo aut bona ſua, aut domicilium reale habet, ad cauſam autem ſpecialem a magiſtratu eo, ubi aut bona poſſidet, aut domicilium habet, aut ubi contrahit, aut ubi lis peragitur, conſtituendus eſt, *Dec. Elect. Sax. nov. 59. ibique Philipp. obſ. 2. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. c. p. 91. Rivin. c. l. en. 19. Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 477.*

3. Curatori, qui non eſt a judice competente conſtitutus, alia legitimatio injungitur, *Rivin. c. l. en. 15.*

4. Cum marito in uxorem non competat jurisdictio, ſed hæc ſequatur ipſius forum: inde curator, mulieri conſtitutus coram judicio, mariti, aliter ſe legitimare tenetur, *Rivin. c. l. n. 16.*

5. Notarius ad unicam ſaltem cauſam juramento ad acta conſtrictus, cum ipſi ſaltem intelligatur commiſſa contentioſa jurisdictio, curatorem nequidem

(a) Hodie curatori litis a creditoribus, ſuper negotiis, quæ ſcire non poteſt, juramentum amplius deferri nequit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 41. §. 4.*

dem in specie ad hunc processum mulieri dare potest, *Rivin. c. l. en. 17.*

6. Curator mulieris non in foro patris mulieris, v. c. ecclesiastico, sed in foro domicilii mariti constituendus est. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 11. th. 1. not. 5. p. 980.*

7. Feminæ a magistratu loci originis recte constituitur curator, quando maritus certum domicilium non habet, *Horn. cl. 5. sent. 17. p. 292. a.*

8. Cura a magistratu competente, veluti domicilii, semel rite constituta, mutato deinceps a femina domicilio, non extinguitur, *Berger. E. D. F. tit. 8. obs. 1. not. 5. p. 289. Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 18.*

9. Etiam notarium ad eum actum, qui coram ipso extrajudicialiter agitur, curatorem mulieri vel minori constituere posse, volunt *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 179. & in supplem. nov. ad eand. obs. Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. in additam. ad tit. 8. §. 2. p. 1839.*

10. Sed contrarium placuisse Facultati Lipsiensi, & quamvis *Carpz. in proc. tit. 13. art. 5. n. 75. seq.* statuere videatur, quod notarius requisitus ad conficiendum instrumentum syndicatus, in causa universitatis, constituere possit curatores mulieribus, quæ sunt ex ea universitate, aliter tamen censuisse Senatum Appellationum, testatur ipse *Berger. c. l. p. 1842.* confer. *Barth. c. l. p. 93. Ludwig. disp. de pseudo-tutore & curatore notarii.*

11. Num curator mulieris ad certam causam in judicio secundæ instantiæ denuo est confirmandus? Hanc quæstionem movet, & in affirmativam sententiam inclinat *Berger. c. l. §. 1. p. 1836.*

12. Etiam sine mariti consensu curator uxori consti-

constitui potest, *Berger. E. D. F. tit. 8. obs. 5. p. 300. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. c. p. 93.*

13. Tametsi regulariter mulier præsens consensum suum in constitutionem curatoris testari, & ratihabitionem eorum, quæ ipsius nomine gesturus esset, stipulata manu promittere debeat, *Barth. c. l. p. 91.* attamen necesse non esse, ut mulier, cui debet curator dari, in judicio sit præsens, sed ei absenti quoque constitui curatorem posse, cum etiam invitis mulieribus curator dari possit, tradit *Carpz. p. 2. c. 15. d. 28.* add. *Barth. c. l.* Quin & absentes absentibus per literas petentibus, in Aula Electorali, constitui curatores, usus docet, *Moller. lib. 4. Semestr. c. 23. in fin. Carpz. c. l. en. 7.*

14. Curator invitus dari nequit, nisi necessitas & alia quæpiam justa causa subsit, *Carpz. d. d. 28. n. 2. & 3.* Multo minus cogi possunt, qui sunt honestæ conditionis, ut suscipiant curam mulieris, cui relegatio dictitata, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 32.*

15. Nihil impedire, quo minus venditor mulieris, quæ rem emit, curator esse queat ad actum, quo possessionem apprehendit, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 90.*

16. Mulieri, curatorem habenti ad unam litem, alius quoque ad aliam dari potest, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 29. n. 4.* Dato vero curatore ad omnes generaliter causas, desinit curatela prioris curatoris, *Carpz. d. def. 29.*

17. Plane, constituto posteriore curatore, prioris munus durare, nisi aliunde de ejusdem revocatione constet, tradit *Berger. E. D. F. tit. 8. obs. 3. not. 1. p. 293.* qui tamen *p. seq. not. 2.* monet, posteriorem tempore curatorem ab eodem judice prius non esse confir-

confirmandum, quam priore curato[illegible] abolito: ast vero, hoc neglecto, propterea con[illegible]tutionem posterioris, ab eoque gesta non statin[illegible] irrita dicenda esse.

18. Plures unius feminæ curato[illegible]s, si conjunctim sint constituti, omnes quoque c[illegible]njunctim *(a)* feminæ causam active & passive in judi[illegible]o tractare debent, omniumque consensus in negotii[illegible] contrahendis adhibendus est: secus, si divisim & div[illegible]rsis temporibus constituti sint; ubi unum *(b)* con[illegible]nsisse sufficit, *Berger. E. D. F. tit. 8. obs. 3. ibique not. 1. p. 292. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 21.* In[illegible]istincte vero omnes concurrere debere putant *Carpz. lib. 3. R. 12. Philipp. dec. 24. obs. 1. n. 9. Martin. ad O. P. S. tit. 8. §. 1. n. 107. Stryck. de cautel. contract. sect. 1. c. 2. §. 29.*

19. Curator, nomine mulieris, nihil valide agit, & firmiter contrahit, nisi ipsa sit præsens & consentiat, *Carpz. p. 2. c. 15. d. fin.* vel postea ratihabeat, *Carpz. dec. 92.* ideoque pacta dotalia a solo curatore inita uxorem non stringunt, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. in addit. ad tit. 46. p. 2069. Horn. cl. 7. R. 9. p. 363. a.*

20. Ast in judicio curator solus, exhibito curatorio, agit, nec repellendus est, quantumvis de voluntate mulieris ulterius non constet, *Carpz. proc. tit. 5. art. 3. n. 90. seq.*

21. Verum curatorem mulieris ea tantum expediri posse, quæ procurator generalis, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 11. th. 1. not. 9. p. 981.* adeoque ille ea, quæ speciale mandatum requirunt, peragere non

(c) po-

(a) *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 8. §. 2.*

(b) Id quod convenit *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(c) potest, *Berger. c. l. not. 10. & E. D. F. tit. 8. obs. 2. not. 1. p. 291. seq. Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 23.*

22. Ex quo curator sexus actum præjudicialem expedire nequit, extiamsi exhibeat mandatum, quod a sola curanda subscriptum: quod tamen hunc effectum habet, ut exinde de voluntate mulieris constet, ac proinde etiam eo passu, ubi factum ipsius principalis alias requiritur, admittatur curator: injuncta tamen legitimatione, *Rivin. d. en. 23.*

23. Hinc curatorem absque mandato curandæ speciali juramentum deferre non posse, statuit *Carpz. p. 1. c. 12. d. 38. proc. tit. 11. art. 1. n. 146 seq. & lib. 3. R. 40. n. 21. nec non dec. 229. n. 25. seq.* &, juramentum si super actione deferatur a curatore, probationem injungi, ait *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 24.*

24. Nec curator solus mulierem ad jurandum offerre potest, adeo, ut, si subscribit curator oblationi ad jurandum & suum & curandæ nomen, pro deserto habeatur jus jurandum, nisi constet de jussu speciali, qui vero præsumitur, si mulier obtulerit schedulam judici, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 67.* Sufficit enim, jussu mulieris oblationem ad jurandum a curatore subscriptam, vel etiam in judicio exhibitam esse, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 25.*

25. Quando curator oretenus se ad jurandum offert nomine suæ curandæ, oblatio pro valida non habetur, nisi speciale mandatum juramento suo asserat principalis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 68.*

26. Exceptio est in curatore specialiter ad hoc, ut ad jurandum offerre se possit, dato, *Rivin. d. tit. 18. en. 70.* Nam curatorem a judice impetrare posse potesta-

(c) Quod probatur *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 8. §. 1.*

testatem peragendi specialia, opinari Collegia Lipsiensia, testatur *Berger. E. D. F. tit. 8. obs. 2. not. 2. p. 292.* Sed patres in Summo Provocationum Senatu in negantem sententiam jus dixisse, ratos, feminam sigillatim cum curatore actus, qui speciale requirunt mandatum, aut per actorem, vel procuratorem potius, ab utroque constitutum, expedire oportere; neque consensum feminæ generalem sufficere, sed specialem requiri, testatur *id. Berger. c. l.*

27. Nec curatorem sine curanda documenta recognoscere posse, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 45.* In plane vero aliam sententiam abit *Carpz. p. 1. c. 17. d. 18. n. 4.*

28. Plane curatorem mulieris, ratione sexus, etiam solum, *(d)* omnia in hujus utilitatem expedire posse, quæ alias speciali mandato opus habent, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 38.* add. *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 4. not. 1. p. 530.*

29. Et stylo hodierno Saxonico solum curatorem, nomine mulieris, recte deferre jusjurandum, recte quoque se ad jurandum offerre; hoc effectu, ut mulier fatalia observasse intelligatur: non etiam cum aliqua necessitate, ut mulier iisdem factis præcise stare cogatur, sed jusjurandum sustineatur, quatenus deinceps a fœmina non revocatur, *Berger. c. l. & p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 8. §. 2. p. 277.* add. *Wernher. c. l.*

30. Curator ab actore, quem ipsemet constituit, actor substitui non potest; idque nullo casuum discrimine, actor a curatore principaliter, an accessorie sit constitutus, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. in addit. ad tit. 8. §. 1. p. 1838. Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 26.*

31. Cu-

(d) Quod vix convenit *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 8. §. 1.*

31. Curator sexus quidem comparere potest nomine feminæ, in negotiis propriis, non perinde in alienis, atque adeo nec nomine matris, ut tutricis liberorum, sed opus est actore ab utroque constituto, *Berger. E, D. F. tit. 9. obs. 1. not. 3. p. 312.* cum curanda ipsi sine interventu alius curatoris litem demandare nequeat, *Rivin. ad O. P. S. tit. 8. en. 21.*

32. Nec sufficit, feminam, quæ tutelam liberorum suorum gerit, subscripsisse cum testibus actorium, in quo curatori suo litem mandat, *Rivin. c. l. en. 22.* dissentit *Carpz. in proc. tit. 5. art. 3. n. 96.*

33. Curator sexus administrationem bonorum mulieris suscipere non tenetur, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 38. n. 6. Horn. cl. 4. R. 14.*

34. Curatoris bona mulieri, jure tacitæ hypothecæ, obligata non sunt, *Mœller. lib. 3. semestr. c. 3. Berlich. p. 2. concl. 18. n. 38.* etiamsi susceperit bonorum administrationem, *Wernber. sel. obs. for. p. 7. obs. 66. n. 10. seq.* nisi mulier sit mente capta, *l. ult. §. 5. de cur. fur. Wernber. c. l. n. 7.*

35. Consensum semel præstitum postea maritus vel curator revocare, & mulieri invitæ potestatem contrahendi auferre non potest, *Berlich. p. 2. concl. 18. n. 35.*

36. Per consensum, quem maritus vel curator mulieri contrahenti præstat, sibi in jure proprio suo non præjudicat, nec ei renunciasse videtur, *Berlich. d. concl. n. 36.* nec mulieri, nec tertio, qui cum muliere contraxit, obligatur, ut itaque frustra curator protestetur in subscriptione: mit und den Meinigen ohne Schaden, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 34. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 7. p. 177.*

37. Maritus vel curator si requisitus mulieri con-

consentire nolint, ad officium judicis spectat, examinare causam contradictionis, & si quidem est justa, bene se res habet: sin minus judex permittet mulieri contrahere vel litigare, nisi periculum sit in mora; tunc enim mulier non expectata judicis cognitione & decreto, libere absque consensu curatoris, consentire recusantis, contrahere potest, per tradita *Berlichii d. concl. 18. n. 33. 34.*

38. Curator non prohibetur esse actuarius aut testis in testamento mulieris, cujus curam gerit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 8. p 341.* add. *Carpz. p. 3. c. 3. d. 8. n. 6.* Quando vero mulier geradam coram notario vendit, curator ejus testis loco esse non potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 117.*

D.

DAMNUM.

1. Ex damno, in turba dato, competit actio in factum prætoria, ut intra annum duplum, post annum simplum præstetur, *l. 4. pr. §. 7. & 11. vi bonor. raptor.* hodieque, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 10. not. 4. p. 786. & us. act. p. 106.*

2. Damnum, occasione incendii, ruinæ, naufragii, navis expugnatæ, datum, vindicatur, intra annum actione in quadruplum, *l. 1. & tot. tit. de incend. ruin. naufr.* hodieque *Berger. œcon. jur. c. l. th. 11. not. 6. p. 788. & us. act. c. l.*

3. Damnum, sine discrimine, dolo, an culpa committatur, *lege Aquilia* vindicatur; sed distinguendum est inter culpam *extra* contractum, & *in* contractu admissam: illa, quamvis levissima sit, dat locum legi Aquiliæ, *l. 44. ad l. Aquil.* hæc autem naturam contractus, in quem incidit, sequitur, atque adeo, qualis

qualis in contractu præstanda est, talis etiam lege Aquilia coercetur, *Berger. œcon. jur. d. th. 11. not. 2. & 3. p. 787. & Resolut. Lauterb. tit. ad L. Aquil. ad verba: nisi res exactissimam.*

4. Damnum occisione quadrupedis, quæ pecudum numero continetur, commissum, æstimatur, quanti pecus intra annum retro computandum, plurimi valuerit, § *9. J. ad l. Aquil.* omne reliquum vero damnum æstimatur, quanti retro per 30. dies proximos plurimi fuit, §. *14. & 15. J. eod. l. 27. §. 5. eod. Berger. œcon. jur. c. l. not. 4.* Sed hodie hanc diversitatem non amplius attendi, & omne damnum æstimari, juxta tempus damni illati, volunt *Struv. ex. 14. th. 25. Brunnem. ad l. 27. ad l. Aquil. n. 7. Schilter. ex. 19. th. 60* ut tamen omne interesse hoc casu simul æstimetur, *Struv. c. l.*

5. Si quis inficiatus dolose fuerit damnum datum, in duplum tenetur, § *19. & 26. J. de act.* adhuc hodie, (*a*) *Brunnem. ad l. 11. de interr. injur. n. 82. Berger. us. act. p. 90.* modo damnum probetur alia ratione, quam per præstationem jurisjurandi, *l. 30. pr. de jurejur. Berger. œcon jur. lib. 3. tit. 9. th. 11. not. 5. p 788.*

6. Si plures damnum intulerint, singuli in solidum tenentur, *l 11. §. 2. ad l. Aquil.* ubi *Brunnem.* nec locum habet beneficium divisionis, *Berger. c. l. th. 12. not. 3. p. 789.* dissentit *Carpz. dec. 190. n. 18.* unius tamen solutio liberat reliquos, *Harprecht. ad* §. *9. J. ad l. Aquil. n. 11.* scil. quod ad interesse privatum, non autem quod ad pœnam, *Berger. c. l.*

7. Actio legis Aquiliæ datur heredi, sed non contra

(*a*) Procul dubio in foro Saxonico Electorali, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 16. §. 3.*

contra heredem, §. 9. *J. de L. Aquil. ibique Hopp. ad verb. in heredem. l. 23. §. 8. ad L. Aquil. Carpz. p. 4. c. 12. d. 9. Huber. ad J. tit. eod. §. 4. & ad ff tit. eod. §. 3.* nisi ex damno locupletior factus sit, *d. l. 23. §. 8. Hopp. c. l. Huber. c. l.* vel lis cum defuncto contestata fuerit, *l. un. C. ex delict. def. Hopp. c. l.* Plane si reus utatur subterfugiis & calumniis ad differendam litis contestationem, perinde ac si lis contestata fuisset, actio in heredes rei competit, *Hartm. Pistor. p. 1. qu. 27. n. 7. Thoming. dec. 24. Carpz. c. l.*

8. Ast ex æquitate canonica heredes hodie obligatos esse, etiamsi nihil ad eos ex damno pervenerit, nec lis contestata fuerit, propter *c. ult. X. de sepult. & c. 5. X. de rapt.* volunt *Mev. p. 5. dec. 39. n. ult. Brunnem. in l. 23. ad L. Aquil. n. 13. Schilter. ex. 19. th. 73. Stryck. us. mod. tit. ad L. Aquil. §. 5. Berger. in tr. de us. act. pœnal. th. 27. p. 92. Coccej. jur. controv. tit. ad L. Aquil. qu. 14.* Hoc tamen in foro vix observari animadvertit ipse *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 12. not. 4. p. 790.* add. *Brunnem. ad l. 1. de privat. delict. n. 6. Hopp. c. l. in us. hod.*

9. Actionem legis Aquiliæ etiam dari creditori contra concreditorem, cujus dolo vel culpa patrimonium debitoris fuit imminutum, v. c. res ad concursum pertinentes viliori pretio vendendo, respondit Facultas Wittembergensis, teste *Bergero c. l. not. 5.*

10. Damnum datum, ante guarandam præstitam, & litem pure contestatam, in libello statim æstimari potest, ad hoc, ut reus juramento minorationis (*b*) æstimationem minuere teneatur, dummodo actor petierit: Daß Beklagter ihm den auf 50. Thlr. zugefüg-

(*b*) Quod abrogatum est, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 31. §. 1.*

gefügten Schaden, oder so viel er durch seinen Eyd daran nicht zu vermindern vermöchte, zu erstatten schuldig; alias illud probare tenetur, *Barth hodeg. for. c. 5. §. 3. lit. a. p. 805. Swendend. ad Fibig. p. 55.* add. *Carpz. p. 1. c. 23. d. 16. & lib. 3. R. 56. Schilter. ex. 23. §. 63. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 380.*

11. Minorationis juramentum non solum in rei ipsius ablatæ, sed & damnorum æstimatione locum habet, **Landr.** *lib. 3. art. 47. & 51. O. P. S. tit. 31. Carpz. d. c. d. 15. & d. R. 56.*

12. Est vero in rei arbitrio, velitne delatum hoc juramentum præstare, an damnum datum juxta quantitatem ab actore expressam resarcire, vel etiam ad probandum, damnum tanti non esse, se offerre; & si in probatione defecerit, nihilominus ad hoc juramentum confugere potest, vid. *Berlich. p. 1. concl. 33. n. 4. Wernher. c. l. n. 381.*

13. Præstito autem hoc juramento reus condemnatur in eam summam, quam illo determinavit, neque moderatio ulterior judicis locum habet, **Landr.** *c. l. Berlich. dec. 88. n. 17.* Sed non nisi prævia judicis moderatione, hoc juramentum reo injungi, docent *Carpz. in proc. tit. 12. art. 4. n. 22. seq. & Philipp. ad O. P. S. tit. 31. consid. 1.* add. *Berger. E. D. F. tit. 31. obs. 1. p. 838.*

14. Juramentum minorationis locum saltem habet in vi ablativa, vel expulsiva, *(c)* non etiam in realibus injuriis personæ illatis, *Carpz. p. 1. c. 23. d. 17. Philipp. c. l. consid. 2. Berger. E. D. F. tit. 31. obs. 3. not. 1. p. 860.*

(c) Cessat quidem hodie in foro Saxonico Electorali juramentum minorationis: ast juramentum super damno per vim, sive ablativam, sive expulsivam, causato deferri potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 31. §. 1.*

p. 860. Sed in his quoque ei locum esse, cum *Berlich. dec. 88. n. 32. seq.* vult *Wernher. d. obs. 151. n. 382.*

15. Juramentum autem Zenonianum *(d)* in omni vi, eaque illicita, locum habet, *Berger. c. l. not. 2. p. 861.* & a judice deferri potest, imo debet actori, *l. 9. C. unde vi, c. 7. X. de his, quæ vis metusve causa*, quantumvis non petenti: maxime vero, si petatur; nec interest, quo litis tempore petatur, ita, ut etiam, causa jam conclusa, imo in ipsamet appellationis instantia, res integra esse intelligatur. Perinde non refert, utrum designatio rerum deperditarum, aut damnorum datorum initio statim cum libello, an postea exhibeatur, *Berger. d. obs. 3. not. 5. p. 863.*

16. Igitur sublevatur actor onere probandi, non quidem quod ad vim ipsam, hæc enim, si a reo negetur, ante omnia demonstranda est, competente & reo contrademonstratione: sed quod ad damna inde data, & res ablatas, earumque æstimationem, horum enim manifestatio ejus juramento committitur, *d. l. 9. & d. c. 7. Berg. d. obs. 3. ibique not. 1. & 3. p. 855. seq.*

17. Ut vero huic juramento locus detur, prærequiritur 1) ut alia eaque ordinaria probandi damni ratio non supersit, 2) ut antecesserit judicis moderatio, *d. l. 9. C. unde vi. Berger. d. obs. 3. p. 857. in fin. & not. 1. p. 858. & not. 4. p 862.* affectioni autem locus non relinquitur, *Berger. d. not. 4. p. 862.* Alioqui juris analogia non refragatur, quo minus contra eum, qui non solum vim intulit, sed & ipsemet spoliavit, etiam affectionis jurata æstimatio admittatur, ut animadvertit *Stryck. us. mod. ff. tit. de in lit. jur. §. 12.* Ubi etiam

(d) Quod adhuc hodie in foro Saxonico obtinet, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 2.*

etiam monet, hoc jusjurandum magis de credulitate, quam veritate esse.

18. Quod si actor jurare nolit, non potest non reus ab instituta absolvi actione: at reus, ut maxime velit, & contra actorem, ex. gr. prætextu inimicitiæ protestetur, ipsemet ad jurandum non est admittendus, nisi consentiat actor, *Berger. d. obs. 4. p. 862. in fin.*

19. Cum ratione damnorum restituendorum calculus sæpissime iniquissimus offeratur, neque huic iniquitati sufficienter occurri possit, licet committur decisio calculatoribus rusticationis operarum & fructuum satis gnaris; hinc ex æquo & bono æstimatio fieri solet in sententiis desuper concipiendis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 14.*

20. Damnorum restitutione decreta, nomine hoc generali damnorum etiam expensæ continentur, *Mev. p. 3. dec. 128. Berger. dec. 420.*

21. Si vero victus in expensas victori restituendas fuerit condemnatus, ad damna & interesse non tenetur, *Gail. lib. 1. obs. 151. n. 14.* Expensarum enim appellatione damna interesse & deteriorationes non veniunt, *A. Fab. in C. lib. 7. tit. 18. d. 3. n. 10.*

22. Restitutio damnorum peti potest, quamvis sententia, in possessorio summariissimo lata, nullam eorum mentionem fecerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 112.*

23. Damnis per sententiam dictitatis atque ab actore postea liquidatis, usuras eorum præstandas esse a die publicatæ sententiæ moderatricis, tradit *Berger. E. D. F. tit. 34. obs. 8. not. 2. p. 915. seq.*

24. Si bona ejus, qui damnum dedit, minus sufficiant, ea tum inter judicem, ratione expensarum

 & ali-

& alimentationis, ac læsum pro rata sunt dividenda, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 12. not. 7. p. 790.*

DATIO IN SOLUTUM.

1. Facta bonorum datione in solutum, æstimatio eorundem a judice est facienda, *Carpz. asyl. debit. c. 4. poss. 70. n. 241. 242.*

2. Re, in solutum data, evicta, pristina actio salva non est, sed creditor tantum actione de evictione experiri poterit, *l. 74. de pignor. act.* & sic contra fidejussores & pignora prioris obligationis non superest regressus, nisi creditor pristinam actionem & jura sibi reservaverit, *Stryck. de caut. contr. sect. 4. c. 1. §. 6. & disp. de benefic. dat. in solut. c. 5. n. 12.*

3. Etiam feudi utilitas in solutum dari potest a vasallo, *Kobl. de Servit. feudal. p. 1. n. 70. & 77. Mev. disc. levam. inop. debit. c. 4. Sect. 11. n. 5.* quæ datio in solutum expirat, si Vasallus decesserit, *Gail. lib. 2. obs. 117. n. 2.* Plane, si vasallus descendentes reliquerit, adhuc subsistit illa in solutum datio, *Stryck. de caut. contr. Sect. 2. c. 4. §. 14.*

DEBITOR. DEBITUM.

1. Debitum liquidum vel illiquidum non censetur ex contradictione adversarii, sed cognitione judicis summaria, *Brunnem. ad l. ult. C. de compensat. n. 9. Mev. p. 2. dec. 16. Struv. ex. 21. th. 20.*

2. Debitoribus non aliter indulgentur beneficia, nisi cum securitate creditorum, quæ ubi præstari nequit, magis creditori consulendum est rigore juris, quam ut sub benignitate judicis periclitetur, *Nov. 4. c. 3. Mev. p. 7. dec. 45. n. 4.*

3. Intuitu debiti in diem contracti, quamdiu is non-

nondum venit, cautio a debitore exigi non poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 128.* niſi facultatibus labatur, vel de fuga ſit ſuſpectus, *l. 14. de pignor. l. 4. de judic.* ibique *Brunnem. Mœller. lib. 2. Semeſtr. 23. n. 2.*

4. Imo hoc in caſu, etiam pendente conditione, & antequam dies venerit, creditor ex inſtrumento executionem petere poteſt, in eum finem, quo jus reale in bonis debitoris conſequatur, teſte *Carpzovio p. 1. c. 17. d. 32. n. 7.*

5. Et, ſi conſtituto tempore uſuræ non ſolvantur, ante tempus conventum ſortem repeti poſſe, volunt per *l. 37. de pact.* confer. *Brunnem. ad l. 1. C. de condict. ex leg. n. 5.*

6. Debitor non eſt obſtrictus, ut creditorem cum ſacco adeat, atque ad eum, rem, quam debet, perferat, *l. 105. de ſolut.* dummodo interpellatus petenti moram non faciat, vid. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 183. n. 36.*

7. Debitor, ſi in exſolvendis collectis & contributionibus moram nectat, bona ejus ſub haſta vendi, indeque fiſco ſatisfieri poteſt, licet nulla ſententia, vel ſpeciale principis reſcriptum præceſſerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 59. n. 1. 2.*

8. Num debitor, qui inſtrumentum guarentigionatum creditori dedit, ſi contra hoc exceptionem habeat, quæ incontinenti probari non poteſt, adverſarium inſtituto judicio ordinario, prævenire poteſt? Id quod affirmat *Schilter. ex. 13. th. 19.* negat vero *Carpz. dec. 52. Berger. dec. 284.* & quamvis his ſe adjungat *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 146.* attamen ille *p. 4. obſ. 1. n. 105. ſeq.* Schiltero adſtipulatur, ita tamen, ut proceſſu executivo curſum ſuum relinquat.

9. Contra debitores ante abitum doloſe contrahen-

trahentes, emtasque merces celantes, nec non eorum auxiliatores inquisitorie procedendum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 26.*

10. Debitor, qui, dissimulato pignoris jure, rem vendit, furti tenetur respectu creditoris, *l. 66. de furt.* stellio autem fit respectu emtoris, *l. 3. §. 1. stellion. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 11. not. 1. p. 533.*

11. Debitor, nomine cambiali soluto, ad petitionem creditoris, arresto personali detineri non potest tantisper, donec etiam alterum nomen, idque chirographarium solvatur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 13. not. 4. p. 539.*

12. Multo minus audiendus est alius creditor, isque non cambialis, qui petit, ut debitor cambialis eodem arresto personali tamdiu, usque dum sibi etiam satisfecisset, detineatur, *Berger. c. l. p. 540.* Neque ejusmodi creditor, qui idem illud impetravit a magistratu, immunis est ab emenda, *Berger. c. l.*

13. Vid. loc. *creditor.*

DECLARATIO HONORIS.

1. Declaratio honoris, Ehren-Erklärung, regulariter non minus, ac deprecatio & palinodia, ab illo ipso, qui injuriam intulit, in persona, ut loquuntur, facienda est, *Mencken. disp. de proc. quo causa injur. ex mand. reg. de an. 1712. perag. §. 34. 35.* Neque hic nobiles potiore jure, quam plebeji, gaudent, *Berlich. p. 1. concl. 62. n. 33. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 109.*

2. Si injuriatus ipse in persona haud compareat, non apparet, cur non etiam ex parte injuriantis procurator admitti possit. Unde eo in casu, quo injuriatus, pendente lite, mortuus est, heredes ejus frustra postulant, ut injurians in persona declarationem hono-

honoris faciat, sed eadem æque commode per procuratorem speciali mandato instructum fieri potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 30. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 16. not. 7. p. 799.*

DECRETUM.

1. Decretum, in domo judicis datum, vires rei judicatæ non habere, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs 329. n. 10.*

DEFENSIO. DEFENSOR.

1. Audiendæ sunt personæ conjunctæ, rei defensionem deducere volentes, *Carpz. p. 4. c. 8. d. 8.* Imo & advocatus proprio motu defensionem miseri urgere potest, *Thœnnicker. advoc. prud. in for. crimin. c. 4. n. 19.*

2. Defensio a judice non impediri, sed potius ex officio adjuvari debet, vid. *Carpz. p. 1. c. 19. d. 27. n. & p. 4. c. 8. d. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 164. n. 1.*

3. Defensio nequidem ei, qui crimen confitetur, est deneganda, *Thœnnicker. advoc. prud. in for. crim. c. 4. n. 11. seq. Berger. jurispr. crim. p. 197.* neque a summo principe ex plenitudine potestatis tolli potest; & eidem locus datur etiam in delicto notorio, imo quamvis per calumniam peti a reo videatur, *Brunnem. proc. inquis. c. 8. membr. 3. n. 7. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 3. not. 20. p. 1201.*

4. Si judex defensionem inquisiti variis excusationibus deneget, officium advocati est, ut superiorem adeat judicem, illique favorem defensionis, & quæ alias pro innocentia aut exculpatione inquisiti habet, exponat; quo facto facile concessionem defendendi impetrabit, *Thœnnicker. d. c. 4. n. 18.*

5. Regulariter defensio tum demum reo permitti-

mittitur, quando ad articulos inquisitionales respondit, *Carpz. pract. crim. qu. 115. n. 27. Mev. p. 2. dec. 321. n. 8. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 57. n. 1. 2.* admittenda tamen est, antequam sententia feratur, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 190. p. 488.* add. *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 16. p. 929.*

6. Utrum reo pro avertenda inquisitione defensio permitti debeat, a judice ex indiciorum gravitate æstimari debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 144.* & locus ei est, tam ob qualitatem delicti, quod non sit dignum inquisitione, quam ob defectum indiciorum sufficientium, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 3. not. 19. p. 1201.*

7. Judex, in defensione pro avertenda inquisitione indulgenda, tum imprimis haud difficilis esse debet, quando ex probabilibus circumstantiis videt ac intelligit, testes non omni exceptione majores esse, reusque contendit, sibi in promptu esse, quo inhabilitatem eorum clarius demonstret, fidemque suspectam reddat, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 57. n. 3. Berger. jurispr. crim. p. 341. seq.* add. *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 10. p. 893.*

8. Defensionem pro avertenda inquisitione judex, sine dicasterii consultatione & responsione, vix concedet, *Barth. d. c. 6. §. 9. p. 889.*

9. Etiam edictaliter citatus defensione pro avertenda audiendus est, *Barth. c. l. §. 10. lit. a. p. 893.* quæ nec deneganda ei, qui adversus sententiam, qua pro confesso & convicto declaratus, in integrum restituitur, deficientibus aliis indiciis, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 471.*

10. Defensio pro avertenda inquisitione adhuc justis de causis reo permitti potest, quamvis effluxerit

xerit tempus, sub jactura præstitutum, *Berger. p. 1. supplem. ad jurispr. crim. obs. 50. p. 501.*

11. Denegata licet a judice pro avertenda defensione, summariam nihilominus ex conjecturis desumtam deductionem juratis testium attestatis confirmatam reus offerre potest; & judex, si videat, eum acu rem tetigisse, in conscientia obstrictus est, super deductione illa e dicasterio accersere sententiam, *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 9. lit. a. p. 890.*

12. Impetranti defensionem pro avertenda inquisitione acta, ad extrahendum & perlustrandum communicari, toties quoties velit, debent, quo indicia contra eum militantia exinde cognoscere & refutare possit, *Granz. de defens. inquis. c. 5. membr. 1. sect. 3. n. 55. seq. p. 339. Barth. d. §. 9. ibique lit. b. p. 890. & 891.* dissentit *Ludovic.* in der Einleit. zum Peinl. *Proc. c. 4. §. 5. seq.* confer. *Berger. jurispr. crim. p. 341. seq.*

13. Aliud est in recusata pro avertenda defensione, reo scil. ad specialem inquisitionem gravato, cui, ante responsionem ad articulos inquisitionales, actorum communicatio deneganda, *Barth. d. lit. b. p. 892.* add. *Berger. c. l.*

14. Quanquam in processu inquisitionis judex, reo copiam describendi acta facere, non cogatur: attamen ille defensori copiam depositionum testium ad articulos defensionales non jure denegat, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 186. p. 483.*

15. Iniquum postulatum est, ut inquisitus testes nominet, & copiam documentorum judici prius edat, quam defensio ipsi concessa, & ab eodem suscepta fuerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 413.*

16. Defensori, qui pro tortura a reo avertenda labo-

laborat, interrogatoria, ad quæ is examinandus eſt, regulariter communicari non debent, *Wernher. ſel. obſ. for. p.5. obſ. 123.*

17. Terminus, defenſioni præfixus, etiam quinta & ſexta vice prorogari poteſt, *Carpz. p. 4. c. 8. d. 9.*

18. Reus ad ſecundam & ulteriorem defenſionem eſt admittendus, *Berger. p. 2. ſupplem ad Juriſpr. crim obſ. 190. p. 488.* add. *Carpz. pract. crim. qu. 115. n. 35. & d. def. 9. Brunnem. proc. crim. c. 8. membr. 3. n. 17.*

19. Si judex, peracta ab inquiſito defenſione, nova gravamina, novasque teſtium depoſitiones ad acta adjiciat, hæc quoque, antequam ſententia feratur, cum illo debent communicari, *Berger. c. l. obſ. 186. p. 482.*

20. Ad defenſionem inquiſiti teſtis alias inhabilis admittendus eſt, *Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 904. n. 1. Carpz. p. 4. c. 8. d. 9. n. 3.*

21. Unicus teſtis ad probandam innocentiam ſufficit, *Carpz. lib 2. R. 87. n 28.* etiamſi ſit conſanguineus, & alias ſuſpectus, *Carpz. c. l. n. 9.* Etiam præſumtionibus rei innocentia probatur, *Carpz. dec. 41. n. 17.*

22. In materia defenſionis duobus teſtibus, ſuper negativam deponentibus plus creditur, quam mille affirmantibus, *Carpz. d. def. 9. n. 4.*

23. Defenſionis ſumtus & alimenta debet maritus uxori reæ præſtare, *Berger. p. 1. ſupplem. ad juriſpr. crim. obſ. 11. p. 428. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ 179. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ.* alias vero reo pauperi ex publico ſunt ſuppeditandi, *Carpz. pract. crim. qu. 115. n. 20.*

DEFEN-

DEFENSIO CONSCIENTIÆ.

Vid. loc. *probatio pro exoneranda conscientia.*

DELATIO JURAMENTI.

1. Jure communi litigantibus, sibi invicem, quando libuerit, juramentum deferre, permissum est, *l.12. pr. C. de reb. credit. Donell. lib. 24. c.18. lit. c. ibique Hilliger. Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c.19.* §. 2. licet probare jam cœperint, *Zoes. ad ff. tit. de jurejur. Stryck. introd. ad prax. for. c.20. §.20.* imo qui in probatione defecit, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 4. sect. 1. § 4.* & adhuc in appellationis instantia, *Hilliger. c. l. Mev. p. 4. dec 5.*

2. Ast in foro Saxonico, post præstitam guarandam, *(a)* vel litem pure contestatam, actor reo juramentum amplius deferre nequit, licet de eo antea protestatus fuerit, *O. P. S. tit. 18. pr. Carpz. p. 1. c. 11. d. 14. & in proc. tit. 11. art. 1. n. 97. Hilliger. ad Donell. c. l.* Quod tamen stricte accipi neque ad casum, ubi in concursu creditorum de probatione debiti agitur, extendi solet: ibi enim post responsionem curatoris litis delatio jurisjurandi admitti potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 469.*

3. Admittitur tamen adhuc juramenti delatio, si guaranda non rite præstita, *Rivin. ad O. P. S. tit. 12. en. 8. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 57.* vel litis contestatio non sit pura, sed conditionalis & eventualis, atque guaranda nondum præstita, *O. P. S. d. tit. 18. ibique*

(a) Hodie statim in ipso libello ab actore juramentum reo est deferendum: hoc si neglexerit, non statim quidem delationem jurisjurandi amittit, sed ad eam adhuc admittitur, dummodo aliam citationem expectat, reoque impensas refundat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 18. §. 1.

ibique Rivin. en.31. Carpz. p.1. c. 12. d.1. n.3. vel litis conteſtatio per ſententiam pro inſufficienti judicata ſit, *Wernber. ſel. obſ. for. p.1. obſ.145.*

4. Nec minus juramentum ab actore deferri poteſt in quæſtionibus poſt guarandam præſtitam vel litem conteſtatam incidentibus & emergentibns, *Moller. ad p.1. c.11. n.9. Carpz. d. def. 1.* item ſuper replica, & articulis eo pertinentibus, ſive eliſivis, modo illa non ſit pars libelli *Berger. E. D. F. tit.18. obſ.1. not.3. p.504. & p.2. ſupplem. tit.21. §.2. p.506. nec non œcon. jur. lib. 4. tit.25. th.5. not.22. p.1108. Wernber. ſel. obſ. for. p. 2. obſ.351. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. p.299.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en.117.* ubi teſtatur aliter ſtatuere Scabinos Lipſienſes.

5. Neque neceſſe eſt, ut factæ litisconteſtationi replica ſtatim ſubjiciatur, aut ſuper eadem deferatur jusjurandum, aut poteſtas jurisjurandi ab actore reſervetur; adeo, ut integrum fuerit actori, replicam demum in articulis probatoriis proponere, ſuper eaque reo deferre jusjurandum, ita quidem, ut actor, quamvis maxime delationem jurisjurandi in ipſis articulis non induxerit, cum ea tamen, adhuc in ipſo productionis (b) termino ſit audiendus, *Berger. E. D. F. c. l.*

6. Imo actorem ſuper libello actionis deferre reo jusjurandum poſſe, etiam poſt litem conteſtatam, usque dum lata ſuper litis conteſtatione ſententia ierit

(b) Plane juramenti delatio ſuper replica ſtatim articulis probatorialibus annectenda, ſimulque judex, tempore oblatæ probationis, ut reum ad reſponſionem, zur Einlaſſung darauf, ſub pœna 5. th. implorandus eſt, ſecundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 2.*

rit in rem judicatam, modo, dimisso priore libello, novum edat, & reum expensarum nomine indemnem præstet: non vero deinceps, nisi actionem veterem plane dimittat, & novam a priori, sive causa petendi, sive re ipsa diversam instituat, tradit *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 1. not. 4. p. 505.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. n. 47.*

7. Si in una positione & guaranda prius præstetur, & jusjurandum deferatur, ordo scripturæ non nocet, *Barth. hodeg. for. c. 1.* §. *67. lit. a. p. 312.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 12. en. 7.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 215.*

8. Reus super exceptionibus oppositis jusjurandum actori deferre valet, donec vel injuncta *(c)* vel oblata fuerit earum probatio, *O. P. S. tit. 18.* §. **da aber der Beklagte.** *Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 74. Carpz. p. 1. c. 12. d. 32. 33.*

9. Sed hoc de probatione exceptionum litis-contestationi affirmativæ annexarum capiendum est, *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 1. p. 506. Barth. hodeg. for. c. 1.* §. *35. lit. c. p. 118.* add. *Ludovic.* **Einleitung zum** *Civil-Proc. c. 19.* §. *4.* non vero de reprobatione, proprie sic dicta, quæ post litem negative contestatam suscipitur, *Barth. c. l.* add. *Stryck. introd. ad prax. for.*

(*c*) Hodie reus, peremtoriarum exceptionum intuitu, jurisjurandi delatione aut in articulis probatorialibus, si videlicet affirmative, aut in reprobatorialibus, si negative litem contestatus fuerit, uti potest, eaque observare tenetur, quæ actori observanda sunt, super replica juramentum deferenti; *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 18. §. 2. Nec refert, sive delatio jurisjurandi in sententia antecedente interlocutoria reservata sit, sive non, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 21. §. 2.

for. c. 20. §. 4. dissentire videtur *Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 74. seq. Carpz. proc. tit. 11. art. 1. n. 118. seq.*

10. Et hoc casu reo indifferenter deferendi jurisjurandi facultas competit, sive 1) is omnino, sive solum pro parte, negative responderit; amplius 2) sive eandem facultatem ante sententiam sibi servaverit, sive minus; porro 3) prædicta facultas ipsi per sententiam permissa fuerit, sive minus; *(d)* imo 4) tum quoque, cum ad reprobationem sese obtulerit, eamque sibi servaverit, aut cum in sententia interlocutoria solius reprobationis mentio facta fuerit; adeo ut res intelligatur 5) integra, tametsi ne in articulis quidem reprobatoriis *(e)* jurisjurandi delationem induxerit, cum ea etiam deinceps in termino reproductionis fieri nusquam prohibeatur: quamvis actor eo casu responsionem ad articulos, super quibus jusjurandum delatum est, tantisper declinare, eamque in alterum terminum differre queat, *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 1. not. 1. p. 506.* add. *Barth. c. l. & lit. f. p. 119. & §. 42. lit. c. p. 190. Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 33. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 171. &. p. 6. obs. 263.*

11. Ast hoc ultimum ita est limitandum: modo delatio jurisjurandi per sententiam ad terminum, veluti Saxonicum, non sit, restricta, hac solita formula: Darwieder Beklagten sein bedingter Gegen-Beweiß (Gegen-Bescheinigung) Eydes-Delation und andere Rechtliche Nothdurfft in ebenmäßiger Frist billig vorbehalten wird, &c. &c. tum enim, eo elapso termi-

(*d*) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 21. §. 2.* ubi etiam, quod reo salva sit juramenti delatio, etiamsi ipsi probatio exceptionum peremtoriarum sit injuncta.

(*e*) Imo hodie in articulis reprobatoriis est inducenda juramenti delatio, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. §. 2.*

termino, delationi jurisjurandi non magis, quam ipsi reprobationi aut contra demonstrationi locus esse potest, *Berger. c. l. Barth. bodeg. for. c. 1.* § *35. lit. f. p. 119.*

12. Hinc pro cautela commendat reis *Berger. c. l. p. 507.* ne sibi conceptis verbis delationem jurisjurandi servent, adeoque judici ansam occasionemque præbeant, illam jurisjurandi delationem in sententia speciatim dicto modo reo reservandi, add. *Barth. c. l.*

13. Probatio, vel demonstratio per sententiam injuncta, excludit *(f)* jurisjurandi delationem, *Svendend. ad Fibig. p. 549. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de probat. ad verb. probatio. & E. D. F. tit. 18. obs. 2. not. 5. p. 509. & in supplem. ad d. tit. 18. animadv. 5. p. 1791. nec non p. 1. supplem. tit. 18.* §. *3. p. 162. &* §. *5. p. 164.* dissentiunt *Mev. p. 4. dec. 6. n. 7. Brunnem. ad l. 11. C. de reb. credit. n. 20. Horn. cl. 12. R. 56. p. 869. a.*

14. Et hanc sententiam, sicuti expressa legis dispositione destituatur, solaque fori consuetudine invaluerit, ita non extendi, sed ad casum, ubi probatio per sententiam dictata est, restringi debere, atque adeo aliud dicendum esse, si reprobatio reo, ut fieri solet, reservata sit, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 263.* add. *Barth. bodeg. for. c. 1.* §. *42. lit. c. p. 190. Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 33.*

15. Hinc quoque, si reservata sit forte probatio, vel etiam sub conditione: würde beybringen, erweisen, rc. rc. concepta sit sententia, rem judicatam haud

(f) Hodie forte non, secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 21.* §. *2.*

haud quaquam impedimento esse, quo minus jusjurandum deferri possit, tradit id. *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 471. & in supplem. nov. ad eand. obs.*

16. Juramentum deferri potest socero a genero, *Carpz. lib. 3. R. 42.* domino jurisdictionali a subdito, *Berger. lib. 2. R. 45.* absenti, ita tamen, ut reditus ejusdem sit expectandus, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. not. 6. p. 1102.* ab infami, *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 3. not. 8. p. 523. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 25.* dissentit *Carpz. in proc. tit. 11. art. 1. n. 86.* nixus autoritate *A. Fabr. in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 9. n. 5.* putantis, ad delationem jurisjurandi haud alios admitti, quam quibus ipsis jusjurandum referri possit; & a patre imprægnatæ, cui, non filiæ, juramentum calumniæ injungitur, *Rivin. ad. O. P. S. tit. 7. en. 6.*

17. Tutor pro pupillo juramentum deferre potest, *l. 17. §. 2. l. 35. de jurejur. Carpz. p. 1. c. 14. d. 12.* Pupillus vero, & qui rerum administrandarum potestatem non habet, juramentum haud valide defert, *l. 17. §. 1. & seq. de jurejur. Zanger. de except. p. 3. c. 16. n. 42. seq.*

18. Si cum universitate lis sit, certis personis jusjurandum adversarius deferre nequit, nisi super facto proprio, cujus speciatim in libello mentio injecta est, *Constit. Elect. Sax. 13. p. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 48. n. 1 2 Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. not. 23. p. 1108.* Ast quando cum pluribus res est, qui tanquam singuli considerantur, etiam uni ex illis super speciali facto jusjurandum deferri potest, *Wernher. d. obs. 48.*

19. Locum habet juramenti delatio regulariter quibuscunque in causis & actionibus, *Carpz. proc. tit. 11.*

art. 1.

art. 1. n. 18. etiam famosis, *Carpz. c. l. n. 35. Stryck. us. mod. tit de jurejur. §. 29. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 9. p. 184.* modo deferens personæ, loci, temporis, similesve explicandæ rei objectæ necessarias circumstantias subtexat, quo adversarius conscientiam probationibus defendere possit, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jurejur. ad verba: causis famosis.* Quamvis in famosis causis, ubi dolus arguitur, juramenti delationem, cum *Berlich. p. 1. concl. 21. n. 57.* non admiserit ipse *Carpz. p. 1. c. 12. d 31.*

20. Super delicto, si agatur ad interesse privatum, juramentum deferri potest, modo exprimantur in facto circumstantiæ necessariæ, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 11. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 192. n. 3. 4.* Licet enim in causis criminalibus ac pœnalibus juramentum ab accusatore deferri haud possit reo, *arg. l. ult. C. de probat. Carpz. proc. tit. 11. art. 1. n. 53. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 526. seq.* attamen, si in iis non ad pœnam infligendam, sed saltem civiliter agatur, delationi juramenti locus est, *l. 3. §. 1. l. 9. §. 2. l. 34. de jurejur. l. 6. §. 4. de his, qui not. infam. l. 52. §. 17. de furt. Carpz. c. l. n. 54. Stryck. us. mod. tit. de jurejur. §. 29.*

21. Hinc in actione injuriarum, civiliter intentata, reo deferri potest juramentum, *l. 5. §. 8. de injur. Dec. Elect. Sax. nov. 17. Stryck. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 13.* sive agatur ad æstimationem, *Carpz. c. l.* sive ad palinodiam, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jurejur. ad verbum: injuriarum,* dissentit *Carpz. c. l. n. 47.*

22. Nec minus in causa depositi juramentum deferri potest reo depositario ad rei depositæ restitutionem convento, licet in libello contra bonam fidem

& dolose, quid fecisse dicatur, *Carpz. proc. tit. 11. art. 1. n. 6. Berger. dec. 385.* quamvis contrarium statuerit ipse *Carpz. p. 1. c. 12. d. 31.*

23. Quæ ab aliquo se cognitam & ex eo prægnantem dicit, desuper jusjurandum deferre potest, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 12.* licet reus a judice inquirente absolutus, *Rivin. c. l.*

24. Et in actione ex defloratione etiam reus actrici super exceptione, v. c. fornicationis, deferre valet jusjurandum, modo reus, qui super ejusmodi exceptione famosa alteri defert jusjurandum, personæ, temporis, similesve explicandæ rei objectæ necessarias circumstantias subtexat, quo adversa pars conscientiam probationibus defendere possit, *Berger. elect. proc. matrim. §. 26. in fine.*

25. Equidem, in illis casibus, ubi dolus arguitur, cessare juramenti delationem, putant *Berlich. p. 1. concl. 21. n. 87. & Carpz. p. 1. c. 6. d. 10.* Ast etiam super dolo, quandocunque civiliter agitur, jusjurandum deferri posse, tradunt *Rivin. c. l. en. 16. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 192. n. 4.* add. *Brunnem. ad l. 28. de jurejur. & proc. civ. c. 23. n. 9.* Quod ipse, a priori sententia sua recedens, agnovit *Carpz. in proc. tit. 11. art. 1. n. 35. 41. 60. & dec. 231.*

26. Jusjurandum super exceptione spolii deferri posse, simpliciter negant, *Berlich. p. 1. concl. 21. n. 87. Carpz. p. 1. c. 6. d. 10. Svendend. ad Fibig. p. 367. Zipffel.* Von Wechsel-Briefen, *p. m. 441.* confer. *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 42.* affirmant (g) *Brunnem. ad l. 9. §. 2. de jurejur. n. 14. Berger. in elect. proc. poss. §. 31. & in philoc. for. R. 65. n. 4. p. 439. Wernher.*

(g) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. 3.*

Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 25. & p. 9. obs. 35. modo spolium inprimis ratione temporis definiatur, cum, ut inde, utrum res adhuc sit integra, nec ne, opponendi exceptionem spolii, colligatur, tum, ut actor possit conscientiam defendere probationibus; ut itaque exceptionis spolii, si indefinite objiciatur, nulla sit habenda ratio, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. in adduam, ad tit. 18. §. 2. p. 1889.*

27. In causa testamenti, per vim metumque atque dolosis persuasionibus extorti, jusjurandum recte defertur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 192. & in supplem. nov. ad eand. obs. Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 3. not. 7. p. 521. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 10.* dissentiunt *Carpz. p. 3. c. 5. d. 14. Moller. lib. 3. semestr. c. 42. Martin. ad O. P. S. tit. 18. n. 71.*

28. Jurisjurandi delatio quidem pro matrimonio, non vero contra matrimonium locum habet, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 30. & lib. 3. R. 57. nec non proc. tit. 11. art. 1. n. 67. seq.* hoc est, negans quidem jusjurandum deferre potest affirmanti, non contra affirmans neganti; nec interest 1) delatio jurisjurandi fiat super ipso matrimonio, an de ejus adminiculo, eoque intrinseco, v. c. litteris, osculo, arrha & similibus; amplius 2) fiat alterutri contrahentium, an ipsis parentibus, intervenientibus; denique 3) fiat super solo matrimonio, an super matrimonio & concubitu simul, nam tum valet quidem super concubitu, veluti circumstantia aliqua extrinsecus spectata, minus autem super concurrente matrimonio, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jurejur. ad verba; matrimonialibus affirmative, &c.*

29. Sed ultimam ampliationem in dubium vocat & juramenti delatione super matrimonii promis-

ſione & concubitu ſimul locum eſſe, putat ipſe *Berger. c. l.* quem ſequitur *Titius* in der Probe des Teutſchen Geiſtl. Rechts *lib. 5. c. 6. §. 11.* & in foro communi ſtupratam ſuper promiſſione matrimonii æque ac ſuper concubitu juramentum deferre poſſe, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 216.*

30. Porro juramenti delationi locum concedit *Titius c. l. & §. 17* ſi ſtuprator impregnationem confiteatur, promiſſionem matrimonii vero neget; item ſi ſponſalia coram teſtibus ſint celebrata, qui vero demortui ſunt, vel amplius haberi nequeunt; nec non ſi ſponſalia, abſque teſtibus inita, eo in loco, ubi lis vertitur, pro nullis & irritis non habentur, de quo etiam vid. *Brunnem. jus. eccleſ. lib. 3. c. 5. §. 1.*

31. Imo, indiſtincte in cauſis matrimonialibus juramentum deferri poſſe, opinantur *Brunnem. ad l. 9. de jurejur. n. 25. & 26. Stryck. de diſſens. ſponſalit. ſect. 3. §. 33. Ludovic.* Einleit. zum *Conſiſtor. Proc. c. 15. §. 4. 5.*

32. Uxor ſuper ſævitiis juramentum marito deferre poteſt, *Rivin. ad. O. P. S. tit. 18. en. 2.*

33. Etiam ſuper filiatione jusjurandum deferri poteſt, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. ibique not. 5. p. 1100. & 1102. nec non p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 6. p. 165.* confer. *anonim. trutin. quæſt. jurid. penſ. 2. qu. 5. c. 18.*

34. Etiam in eo caſu locum habet jurisjurandi delatio, quando actor certam quantitatem, quam petit, dividit, & in certos numeros diſtribuit, v. g. von 19. bis 20. von 20. bis 21. von 21. bis 22. und ſo ferner bis 49. laut beygehenden Auszugs ſub A. ſchuldig worden ꝛc. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 43. & ſupplem. nov. ad eand. obſ. n. 3.*

35. De-

35. Delatio jurisjurandi in facto deferentis proprio locum habet, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 5. not. 3. p. 1101.* Super exceptionibus tamen peremtoriis, iis scil. quæ litis contestationi negative, super facto proprio adjiciuntur, jusjurandum deferre non licet, *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 2. not. 2. p. 507.*

36. Differentia (b) est circa delationem juramenti; an scil. quis intentionem suam solum conscientiæ adversarii committat, wenn er ihm die Klage ins Gewissen schiebet; an vero scientiæ quoque, sive notitiæ ejus, wenn er ihm die Klage nicht allein ins Gewissen, sondern auch in seine Wissenschafft und Wohlbewust stellet; priori enim casu de veritate juratur, quod certo sciat jurans, rem ita se habere, nec tum toleranda est ignorantia vel error; at casu posteriore juratur duntaxat de credulitate & notitia, quod nempe jurans credat, & probabiliter sciat, hoc vel illud verum esse, aut quod etiam notitiam ejus non habeat, *Schneidew. in §. item si quis postulante. 11. n. 88. seq. J. de act. Coler. p. 1. dec. 116. n. 5. seq. Carpz. p. 1. c. 12. d. 40. n. 1. seq.*

37. Ex quo sequitur, super facto adversarii proprio, solam ejus conscientiam tangi posse; quo casu de ipsa rei veritate, quam bene perspectam habet, jurare tenetur, *Carpz. d. def. n. 4.* Sed factum alienum

 ad-

(b) Subtilitas, quæ *hic & in th. seq.* traditur, *in Ord. P. S. Rec. tit. 18. §. 3.* abrogatur, dum ibi disponitur: Im übrigen ist bey der Endes-Delation, zu Verhütung unnöthigen Disputats nicht so wohl darauf, ob die Sache bloß ins Gewissen, oder auch zugleich auf Wissenschafft und Wohlbewust gestellet sey, sondern vielmehr auf die Facta selbst, ob sie nemlich propria, aliena, oder commun an zu sehen, und hiernach das Erkänntniß einzurichten, es sey die Formul gebraucht, wie sie wolle.

adverſarii ſcientiæ ſive notitiæ committi debet, ut nempe juret ſaltem de probabili notitia & credulitate, vel etiam de ipſa ignorantia, quod de facto illo nullam habeat notitiam, es wird ihm die Klage in ſein Chriſtlich Gewiſſen, Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt geſtellet. Cumulari ſiquidem hæc ſolent in delatione juramenti ſuper facto alieno, ut ſi jurans illud certo non ſciat, ſaltem quid de eo audiverit & credat juret, *Caler. p. 1. dec. 116. n. 7. Carpz. d. c. d. 41. n. 1. ſeq.*

38. Soli ergo conſcientiæ alicujus factum alienum nequit committi: habet enim jurans facti alieni probabilem ignorantiam, ut propterea conſcientia ejus haud debeat gravari, *l. 11. §. 1. rer. amot. l. 42. de R. J. A. Fab. in cod. lib. 4. tit. 1. def. 15. n. 13. Carpz. d. def. 41. n. 3. 4.* Quodſi nihilominus factum, non jusjurandum, *(i)* ſed probatio dictitatur, *Carpz. d. def. n. ult. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 6. p. 1109.* Et, actione ſoli conſcientiæ commiſſa, ſiquidem reus deceſſerit ante publicationem ſententiæ pronuntiari, daß die Eydes-Delation nicht ſtatt hat, tradit *Svendend. ad Fibig p. 1381. in fin.* add. *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 5. p. 543.*

39. Omnem autem difficultatem facile evitat, qui ſimpliciter, *(k)* ſe juramenti delatione uti, declarat: daß er Gegentheil den Eyd darüber deferire; ſic enim hoc, pro qualitate factorum, intelligendum, ut propria quidem ſcientiæ, reliqua vero ſimul notitiæ commiſſa implicite intelligantur, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 63.* add. *Griebner. Proc. judic. l. 1. c. 4. ſect. 1. § 8.*

40. Ju-

(*i*) Imo hodie dictitatur jusjurandum ſecundum qualitatem facti, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 18. § 3.*

(*k*) Quod approbatur *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

40. Jurisjurandi delatio, in libello obſcure facta, regulariter adverſus actorem explicatur, *VVernber. ſel. obſ. for. p.10. obſ.317.*

41. In proceſſu executivo juramenti delationi locus non eſt, *Carpz. lib.3. R.52.* etiam extra Saxoniam, niſi ubi hoc in ſpecie permiſſum eſt, veluti in ducatu Magdeburgico, *VVernber. in ſel. obſ. for. p.1. obſ.36.* Imo interdum in Saxonia locus eſt jurijurando ſuper circumſtantia extrinſeca, veluti monetæ conditione, quæ ex litera inſtrumenti cognoſci non poteſt, *Berger. œcon. jur. lib.3. tit. 2. th. 4. not.7. p.583.*

42. Aſt locum habet jurisjurandi delatio in aliis judiciis ſummariis, etſi abſque libello & ſolenni litis conteſtatione procedatur, *Carpz. l.1. R.77. & lib.3. R.52. VVernber. c.l. n.1.* etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo, *(l) VVernber. in ſupplem. nov. ad p.5. obſ. 229.*

43. Add. loc. *legitimatio ad cauſam. th.3.4.5.* loc. *legitimatio perſonæ. th. 3.* loc. *libelli emendatio. th. 14.* loc. *litis conſortes. th.3.* loc. *mors. th. 7.* loc. *mulier. th. 8.* loc. *mulieris contractus. th.17.* loc. *poſſeſſorium ſummariiſſimum. th.5.* loc. *proceſſus deſertionis. th.1.* loc. *proceſſus executivus. th.6.* loc. *provocatio ex lege: diffamari. th. 10.* loc. *reprobatoriales articuli. th.3. ſeq.*

DELEGATIO.

1. Delegatio perinde, ac ſolutio, debitorem liberat ab ulteriori exactione, *l. 11. de novat. Carpz. p. 2. c.28. d.23. Mev. p.3. dec.366. n.1. Berger. dec. 141. n.2.* Ut itaque creditoris periculo ſit, ſi a debitore delegato nihil conſequi poſſit, *l. 18. de fidejuſſ. Stryck. de cautel. contract. ſect. 4. c. 2. §. 3. Berger. œcon. jur. lib.3. tit.15. th. 6. not. 6. p. 887.*

(*l*) Imo non, *Ord. Proc. Sax. Rec. in additam. §.19.*

2. Requiritur vero, ut debitor delegatus consentiat, *l.1. ubi Stebard. de novat.* & creditor volentem delegatum admittat, *l.31. §.1. eod. Carpz. d. def. 23. n.7. & 8. Hopp. ad §.3. verb. interventu nova persona. J. quib. mod. toll. oblig.*

3. Non liberat delegatio delegantem a priori obligatione, nisi fiat verbis expressis, quod animo novandi delegatio fuerit interposita, *Dec. Elect. Sax. nov. ibique Philipp. obs. 2. Carpz. p. 2. c. 19. d. 16. & lib. 5. R. 105. Stryck. c. l. §. 2. Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. cent. 1. consil. 78. p. 845.*

4. Potest etiam alius, quam debitor, substitui & delegari, *Mev. p. 3. dec. 396. Stryck. c. l. §. 1.*

5. Delegatus exceptione, quam adversus delegantem habuit, non utitur contra eum, cui delegatus est, *l. 12. l. 19. & pen. de novat. A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 6. def. 14. n. 12. Hopp. c. l. Berger. c. l.*

6. Contra delegationem debitoris minor, idemque creditor, restituitur in integrum, ita, ut minus requiratur excussio curatoris neque huic lis a debitore delegante eo nomine denunciari possit, *Berger. philot. for. R. 43. p. 344.*

7. Add. loc. *assignatio.*

DELICTUM. DELINQUENS.

1. Delictum non praesumitur, *Mascard. de probat. concl. 495. n. 1. & concl. 1418. n. 2.* & ubi alia conjectura sumi potest, non est delictum praesumendum, *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. qu. 1. n. 72. & lib. 14. qu. 7. n. 55.* ut itaque interpretatio facienda sit exclusiva delicti, *Menoch. de praesumpt. lib. 3. praes. 52. & lib. 5. praes. 161. n. 26.*

2. Delinquendi animus praesumitur in eo, qui versa-

versatur in re illicita, *Carpz. lib. 22. R. 66. n. 5. & dec. 219. n. 25.*

3. Quantumvis manifestum delictum videatur, nemo tamen, nisi auditus, aut prævia legitima citatione, contumax condemnari debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 71.*

4. Delictum, etiam adulterium, secundum leges illius loci, ubi commissum, puniendum est, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 404.*

5. Intuitu delicti, a defuncto commissi, de quo criminaliter agitur, heres non tenetur, nisi ille ad mulctam, dum viveret, jam condemnatus sit, vel ad heredem ex delicto aliquid pervenerit, *l. 38. l. 44. de R. J. l. un. C. ex delict. defunct. l. 20. de accus. Brunnem. ad l. 1. de privat. delict. n. 5. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 15.* confer. vero *Mev. p. 5. dec. 392. Hopp. ad verba: fuerint contestatæ, §. 1. J. de perpet. & tempor. act.* At in privatis delictis, si civiliter agitur, sola sufficit litis contestatio, *d. l. 20. de accus. Wernher. d. obs. 15. n. 7.*

6. Actiones ex delicto descendentes non solum pœnales, sed & rei persecutoriæ, & saltem pro ipsa re ablata vel damno illato intentatæ in hæredes passive non transeunt: nam etsi hæ transeant ad heredes, nunquam tamen contra heredes competunt, nisi post litem contestatam, vel nisi aliquid ad heredes inde pervenerit, *l. 16. §. ult. quod met. caus. l. 5. de calumn. l. fin. C. rer. amot. l. un. C. ex delict. defunct. Hartm. Pistor. p. 1. qu. 27. Carpz. p. 4. c. 12. d. 9. n. 3. 4. Hopp. ad §. 1. J. de perpet. & tempor. act.* confer. vero *Mev. p 5. dec. 39. Stryck. us. mod. tit. ad L. Aquil. n. 5.* & add. loc. *damnum. th. 8.* Id certum est, condictionem furtivam adversus heredes dari, etiamsi nihil

nihil ad ipsos pervenerit, *l. 9. de condict. furt. ibique Brunnem. Hopp. ad verba: licet non possideat. §. 10. J. de obligat. quæ ex delict. nas.*

7. Illi, qui in officio succedunt, non tenentur ad jurandum, quod defuncto, propter delictum, præstandum fuerat, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 409.*

8. Delictum in conspectu judicis, pro tribunali sedentis, commissum, absque ulteriori probatione & processu puniri potest, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 28.*

9. Jure civili suspensio ab officio inquisitionem specialem tum demum regulariter comitatur, quando hæc concernit delictum, in officio, ejusdemque administratione, commissum *Hopp. ad §. 7. J. de suspect. tut. Horn. cl. 9. R. 20. p. 552. a.*

10. Quocirca, si quis vel maxime alius, gravioris licet, criminis reus arguatur, idemque ad articulos respondere, per sententiam jussus sit, officio tamen, durante inquisitione, fungi, hujusque fructus & emolumenta percipere prohibendus non est, *l. 17. §. 12. ad municip. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 58.*

11. Ast, in foro Saxonico, longo usu & observantia invaluit, tantisper, quoad inquisitio finiatur, ab officio administrando abstinendum, & salario commodisque aliis carendum esse, tradit *Wernher. c. l. n 3.*

12. Præscriptione delicta tolluntur, etiamsi judex, aut is, cujus interest, ignoret, ea commissa esse; atque hæc præscriptio, quantumvis a reo, sui defendendi causa, non objiciatur, ex officio a judice suppleri potest, & debet, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 1. not. 1. p. 872.*

13. Quodsi vero accusatio vel inquisitio cœpta sit, utraque, & quidem ab ultimo judiciario actu perpetua-

petuatur ad alios præscriptionis annos, *Berger. c. l. not. 2.* qui effectus perpetuationis recte quoque profertur ad correum, non vero ad aliam delicti speciem, quamvis utrumque delictum genere contineatur, *Berger. c. l.* Et per institutum processum civilem inquisitionem perpetuari, testatur *id. Berger. c. l.*

14. Delicta, quorum pœna ob præscriptionem cessat, indaganda sunt, si connexa sint cum aliis nondum præscriptis, *Horn. cl. 15. sent. 46. p. 1098. b.*

15. Add. loc. *actuarius. th. 18.*

DEMONSTRATIO.

1. Vox: darthun, pro indole instituti processus accipienda est, atque adeo per eandem modo probatio, modo nuda demonstratio significatur, *Berger. E. D. F. tit. 20. obs. 1. not. 2. p. 634. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 2:2. n. 10.* licet dissentiat Unverfährt, *in pædia jurisprud. c. 6. n. 98.*

2. Nec particula: erweißlich machen, statim probatio, termino Saxonico austricta, intelligitur, *Berger. c. l. p. 635. VVernher. c. l. n. 11. & p. 10. obs. 291.* dissentit *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 2.*

3. Similiter eo casu, cum vocabula: beweissen und bescheinigen, copulative uni sententiæ inferuntur, respiciendum esse ad naturam processus instituti, ita, ut modo probationem modo demonstrationem indicent, docet *Berger. c. l. p. 635. in fin. seq.* Quod etiam dicendum de verbo: ausführen, *VVernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 39.* nec non de voce: erweissen, quamvis absolute ponatur, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 2. p. 235.*

4. Demonstratio nullo certo termino inclusa, & nisi in sententia vel decreto intra terminum Saxonicum

cum peragenda injungatur, nullo t nporis lapsu excluditur, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 16. & i* *roc. tit. 13. art. 1. n. 197. Martin. ad O. P. S. tit. 20. §.* *. n. 57. Rivin. ad eund. tit. en. 6. VVernber. sel. obs. fo* *p. 1. obs. 212. n. 2.*

5. Neque in sola citatione id f ctum esse sufficit, nisi fortasse actor, sive expresse, sive :acite, puta per dilationis petitionem, consenserit, *VVernber. c. l.*

6. Quocum coincidit quæstio: num actor, si demonstratio, sententia aut decreto s mpliciter posita, a judice per præceptum, eine Aufla ge, ad terminum adstringatur, Kläger solle mit der hm zuerkannten Bescheinigung in Sach ß. Frist eink mmen, sub pœna desertionis parere præcepto judicis, atque adeo intra prædictum terminum, eumque a die insinuati præcepti computandum, offerre demonstrationem debeat? quam, sub hac limitatione: nisi imprudens actor, insinuato sibi ejusmodi præcepto, dilationem petierit, negat *Berger. E. D. F. tit. 20. obs. 1. p. 631. & p. 2. supplem. tit. 10. obs. 1. §. 2. p. 299.* affirmat vero *Barth. hodeg. for. c. 2. §. 1. lit. a. p. 427.*

7. Ut demonstratio in articulos redigatur, necesse haud est, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 128. n. 6. 9. & in supplem. ad eand. obs.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 20. obs. 1. not. 7. p. 446. seq.*

8. Demonstratio actoris, sive in articulos redacta fuerit, sive minus, quoties ad acta datur, reo communicanda non est, ita tamen, ut ejusdem inspectio ei deneganda non sit, *Berger. E. D. F. tit. 20. obs. 1. not. 1. p. 633.* Plane in copia communicandam esse demonstrationem, docet ipse *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. p. 234.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 122.* Neutrum vero concedendum esse in possessorio summa-

ma-

mariiſſimo, docet *id. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. p. 475.*

9. Nec perinde, ſicut in probatione, requiritur documentorum in copia communicatio, ad effectum ſcil. deſertionis: quamvis ea ad effectum removendæ exceptionis dilatoriæ neceſſaria ſit, ut prius non teneatur adverſarius ad recognoſcendum, quam eadem facta; *Berger. E. D. F. c. l.*

10. In demonſtratione, quantumvis ad terminum Saxonicum adſtricta, non eſt neceſſe, ut, præter inductionem documentorum, etiam eorundem exempla articulis ſubjiciantur, eoque transmittantur, *Berger. E. D. F. tit. 24. obſ. 1. not. 3. p. 736. VVernber. ſel obſ. for. p. 10. obſ. 482.* Inductio autem, licet generaliter facta, requiritur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 24. §. 2. p. 515.*

11. Demonſtratio non eſt deſerta, ſi rotulus, a notario confectus, intra fatale judici exhibeatur, ſed teſtes denuo a judice examinari debent, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 42.*

12. Verum demonſtratio per rotulos a notario confectos expediri poteſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 35.* Quod non niſi in poſſeſſorio ſummariiſſimo admittit *Wernher. c. l. n. 1. 2.*

13. Deſerta eſt demonſtratio, ſi rotuli confecti ſunt ab actuario, qui in ea cauſa pro inhabili judicatur, *Rivin. c. l. en. 37.* & quam quis intra terminum, a judice licet coarctatum, non offert, *Rivin. c. l. en. 116.*

14. Si demonſtrationi certus præfinitus eſt terminus, novæ demonſtrationes poſt contrariam demonſtrationem nequidem in poſſeſſorio momentaneo admittitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. n. 49.*

15. Terminus, demonſtrationi præfinitus, per-

inde

inde ut in probatione, de momento in mo
currit, *VVernber. sel. obs. for. p. 9. obs. 109. Ri*
tit. 20. en. 14.

16. Publicatione plane non est opus rat
monstrationis & contrademonstrationis, *Rivi*
P. S. tit. 29. en. 4.

DENUNCIANS. DENUNCIATIO

1. Qui vindictæ studio denunciat, fide
meretur, nec jurejurando testimoniali, tanqu
spectus, adstringi, sed prorsus repelli debet, *a*
X. de testib. Farinac. lib. 2. crimin. qu. 60. n. 57
nber. sel. obs. for. p. 3. obs. 57. p. 144.

2. Denunciator voluntarius debet in
esse integræ famæ, & causam denunciationis pr
lem afferre, & media probandi suppeditare
præsumitur calumniari, *Oldek. tit. 2. obs. 19. C*
7. n. 12. VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 144. p

3. Itaque judex ante omnia personæ de
qualitatem, ingenium, mores, aliasque circu
tias probe attendere debet, priusquam inde ad
rendam procedat, *Oldek. c. l. n. 2.* & nonnu
accusator detineri potest, usque dum cautione
ficientem præstiterit judici de indemnitate & e
sis, nec non accusato de reconventione, *Barth.*
for. c. 6. §. 35. lit. a. p. 1003.

4. Qui delictum, bona fide, & non per
mniam denunciat, post adminicula judici suppe
ad ulteriorem ejus probationem, & actoris pa
ea causa suscipere haud tenetur, *VVernber. sel. o*
p. 3. obs. 214. & p. 4. obs. 216. nisi sponte velit, *Ba*
§. 35. lit. b. p. 1005.

5. Plane etiam, qui crimen quoddam judi
nu

nunciat, præprimis si denunciationem, non tam ob interesse publicum, quam ad suam propriam defensionem suscipit, probatione onerari potest, *Horn. cl. 12. sent. 9. p. 705. b.*

6. Denuncianti regulariter haud permittitur, ut inquisiti defensionem refutet: Quod si tamen aliquando contingat, defensionis refutationem denuncianti permitti, adversus hanc denuo reus audiendus est, *VVernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 100.*

7. Denuncianti acta responsionesque inquisiti communicanda, eumque ad refutandam illius defensionem admittendum esse, ita tamen, ut sumtus, quos refutatione sua causatur, ferat, tradit *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 35. lit. b. p. 1004. seq.*

8. Denunciator a testimonio, contra accusatum præstando, repellitur, *Barth. d. §. 35. p. 1003.* nisi testis omni exceptione major concurrat, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 66. Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 177. p. 468.*

9. Plane, si judex super denunciatione per inquisitionem procedat, denunciatorem examinari debere, asserunt *Bartol. in l. 3. de custod. reor. Carpz. t. l. n. ult.*

10. Denunciatus delatorem in testem ad defensionales articulos examinandum, denominare potest, *Barth. d. §. 35. lit. c. p. 1007.*

11. Denuncians, si ea, quæ denunciavit, jurejurando confirmet, denunciatum ad præstandum purgatorium gravat, *Heig. p. 1. qu. 40. n. 31. seq. Carpz. pract. crim. qu. 116. n. 58. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 56. p. 84. & p. 9. obs. 221.*

12. Sed juramento denunciationem non eo magis convalidari, nec exinde oriri ad inquirendum legitimum indicium; idque dubio carere, si ipsius denuncian-

nunciantis commodum verſetur, præjudicio innixus tradit *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 35. ibique lit. d. p. 1003. & 1007.*

13. Denuncians ob defectum probationis non punitur, neque ad ſubſcribendam denunciationem obligatur, niſi denunciatio fiat 1) ex ſtudio vindictæ, 2) ſit dubia, nullo exiſtente indicio, aut inculpationes 3) ſint vagæ & generales, quæ præſumtione eliduntur: tum enim denuncians temerarius, aut *ex l. Cornelia de falſis.* ad pœnam, aut actione injuriarum conveniri poteſt, *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crim. obſ. 81. p. 228.* atque etiam ad intereſſe & expenſas tenetur, *Carpz. dec. 188. n. 14.* Imo falſum delatorem etiamnum hodie mortis quoque & ſic quaſi talionis pœna affici poſſe, præjudicio comprobat *Barth. d. §. 35. lit. a. p. 1004.*

14. Denuncians actione injuriarum vel ad intereſſe & expenſas conveniri non poteſt, ſi contra reum militent indicia, *Carpz. d. dec. n. 15. Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crim. obſ. 80. p. 226.* præprimis cum illi ad ſpecialem inquiſitionem ſufficiant, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 56.* vel ea, quæ contra alterum denunciavit, jurejurando confirmet, *Carpz. d. dec. n. 16. ſeq.* add. *VVernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 56. p. 85.* vel denunciato juramentum purgatorium fuerit injunctum, *Carpz. p. 2. c. 45. d. 9.* etſi hic innocens repertus fuerit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 282.* vel qui ob neceſſitatem officii vel amore juſtitiæ ex juſta & probabili cauſa denunciat crimen, *Horn. cl. 15. R. 12. p. 1040. a.* vel qui ad juratam denunciationis ſuæ confirmationem per ſententiam admiſſus, ſed poſtea ab eadem excluſus fuit, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 367.*

15. Qui-

15. Quibus casibus denuncians non tenetur ad sumtus inquisitionis, sed, reo absoluto, sumtus inquisitionis a judice, defensionis ab inculpato feruntur, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 198. p. 523. seq. Horn. cl. 15. R. 68. p. 1146. & R. 88. p. 1176.* Nisi denuncians ad eos ferendos sese obligavit, vel frivole denunciavit, *Horn. cl. 15. R. 88. p. 1167.* add. *Barth. hodeg. for. c. 6. §. 35. lit. b. p. 1005. in fin. seq.*

DENUNCIATIO LITIS.

Vid. loc. *litis denunciatio.*

DEPOSITUM.

1. Sola depositio non facit depositum, nisi alter custodiam promittat; ut itaque, si quis conclave ædium alterius conducat, ut in eo res suas deponeret & custodiret, initus cum eo contractus locati censeatur, qua conclave, non depositi, qua res, *Mev. p. 2. dec. 54.*

2. Depositarius dolum & culpam saltem latam præstat, *§. 3. J. quib. mod. re contrah. l. 23. de R. J. l. 32. depos.* nisi honorarium acceperit, quo casu præstat levem, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 3. §.* confer. *Carpz. lib. 5. R. 13. n. 16.* imo, si se obtulerit deposito, obligatur ad culpam levissimam, *l. 1. §. 35. depos. Carpz. c. l.* ubi hoc extendit ad hos casus, si depositarius in mora restituendi fuerit, vel depositum solius depositarii gratia initum fuerit.

3. Casum autem non præstat depositarius, *l. 1. §. ult. depos. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 214. n. 21.* Quem vero probare tenetur, *Wernher. c. l. n. 31.* nec audiendus, si ad juramentum sese offerat, cum nullæ aliæ conjecturæ accedant, *Carpz. p. 2. c. 26. d. 17. n. 5. Wernher. c. l. n. 32.*

4. Quodsi vero contra exceptionem casualis

 in-

interitus a depositario oppositam deponens replicet, casum a præcedente culpa profluxisse, hanc probare debet, nihilque interest, an res deposita amissa sit casu tali qui fieri soleat sine culpa; an vero casus evenerit, qui culpam prævium habere possit. *Wernher. c. l. n. 33. & 34.* dissentit *Hahn. ad Wesenbecium tit. depos. n. 14.* qui posteriori casu probationem in depositarium devolvit. Et depositario extra eos casus, ubi de levissima culpa tenetur, non incumbere probationem, tradit *Carpz. lib. 5. R. 13. n. 10. seq.* add. *Mev. p. 8. dec. 483.*

5. Si depositarius, latam culpam admittens, effecerit, ut non solum res deposita, sed suæ quoque res perirent, exceptione casualis interitus contra deponentem se defendere non potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 214. n. 24. seq.*

6. Depositarius obligatus non est, ut tempore periculi res suas postponat, & depositas liberet; nihilque interest, an res propriæ depositis pretiosiores sint, necne, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 3. §. 2.*

7. Depositarius casum sustinet in deposito irregulari, & quidem, si usum rei fungibilis a domino exoraverit, a tempore impetrati consensus, *l. 9. §. fin. de reb. credit.* si vero deponens ultro usum depositario obtulerit, a tempore usus, *l. 10. eod. Schæpffer. synops. jur. priv. tit. depos. n. 20.* add. *Stryck. c. l. §. 9.*

8. Ceterum, per expressam concessionem usus, depositum degenerat in commodatum, vel mutuum, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 9. not. 1. p. 590.* & privilegia depositi plane corruunt, *Franzk. ad ff. h. t. n. 37.* add. *Stryck. c. l.*

9. Si pecunia numerata & non obsignata penes aliquem sit deposita, tacite usus depositario concessus

esse

esse intelligitur, *l. 31. locat. l. 25. §. 1. depos.* nisi alia mens contrahentium appareat, *Brunnem. ad l. 24. depos. n. 3.* ut, si monetæ genus, ob antiquitatem, vel memoriam, singulariter charum sit, *Brunnem. ad l. 3. C. eod.*

10. Depositarius, restituens cistam clausam, sub illa forma, qua fuit deposita, non tenetur ad restitutionem rerum, quæ dicuntur ablatæ, nisi ipsi fuerint ostensæ, inque ejus præsentia occlusæ, *l. 1. §. 41. depos. Carpz. lib. 2. R. 69. Mev. p. 9. dec. 55. n. 11. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 3. §. 7.*

11. Ast, si redditur reserata, depositarius de amissis tenetur, *d. l. 1. §. 41. Carpz. d. R. 69. n. 9.* quo casu sufficit, deponentem probare res inclusas, quod etiam juramento in litem fieri potest, *Mascard. de probat. concl. 508. n. 1.* confer. *Carpz. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 13. not. 1. p. 593. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 321. n. 5.*

12. Depositarius actione depositi tum non tenetur, cum deponens pecuniam in depositarii cistam deposuit, cistam autem in tertii hypocausto manere passus est: namque tum & personam tertii, tanquam depositarii, & locum simul approbavit *Berger. dec. 247.*

13. Depositarius, semel in custodiam recepto deposito, illud pro lubitu deponenti restituere non valet, sed retinere tenetur eousque, quousque causa depositionis durat: quod si tamen justo diutius se extendat hæc custodia, vel aliud impedimentum supervenerit, propter quod custodiam continuare non possit, magistratum adire consultum, quo hujus autoritate ab hoc onere liberetur, vid. *Vinn. ad J. §. 3. quib.*

quib. mod. re contrah. n. 2. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 3. 12.

14. Deponens vero pro arbitrio rem depositam repetere potest, *l. 1. §. 22. & 45. depos. l. 11. C. eod.* an vero idem in deposito irregulari obtineat, dubitat *Stryck. c. l. §. 11.*

15. Ex contractu depositi non debentur usuræ, *l. 24. in fin. depos.* nisi depositarius pecunia, apud se deposita, usus sit, etsi fortassis deponens usum permiserit, *l. 29. depos. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 347.* vel in restituendo moram committat, *l. 25. §. 1. eod. Carpz. lib. 4. R. 55.*

16. Si deponens pro usu usuras stipulatus sit, privilegium depositi cessat, *Molin. de usur. n. 637. Carpz. p. 1. c. 28. d. 33. & 59.* quod vero ad usuras ex mora debitas non est extendendum, *Stryck. c. l. §. 10.*

17. Causa depositi sua natura est summaria, *l. pen. C. depos. ibique Bartol. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 50. tit. 10. n. 2.* Imo instrumentum desuper confectum paratam habet executionem, *Coler. de proc. exec. p. 3. c. 1. n. 23. seq. Mev. p. 1. dec. 200. n. 2. & p. 2. dec. 37.* confer. vero *Stryck. c. l. §. 17.* Ast ex instrumento depositi, in quo certa summa definita haud est, executive agi nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 320.*

18. Qui jusjurandum, super loculis depositis, sibi delatum præstitit, nova actione intuitu rerum in illis contentarum, conveniri nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 321.*

19. In deposito locus non est 1) compensationi, vid. loc. *compensatio th. 21. 22.* 2) retentioni, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 13. not. 4. p. 594.* nisi deponens expresse concesserit, ut pro debito depositum

tum

tum retinere liceat depositario, *Mev. p. 2. dec. 55.* 3) reconventioni, *Berger. c. l.* 4) adversus instrumentum depositi exceptioni rei non traditæ, vel accepti depositi, *Berger. c. l. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 3. §. 16.* vel denique 5) ulli alii exceptioni, *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 10. tit. 10. Schæpffer. synops. jur. priv. tit. depos. n. 16.*

20. Ob expensas vero in rem depositam factas, ea retineri potest, *Struv. ex. 21. th. 44. Mev. p. 2. dec. 56. n. 3.* add. *Berger. c. l.*

21. Depositarius, ex dolo condemnatus, infamiam contrahit, *l. 10. C. depos. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 10. tit. 9. n. 6.* in tantum, ut taliter condemnatus expelli ex collegio opificum possit, *Carpz. p. 4. c. 45. d. 10. Richter. p. 2. dec. 80. n. 35.*

22. Sollicitus ergo sit depositarius, ut vel a dolo se purget, vel ut clausulam famæ reservatoriam a judice in sententia impetret, de quo vid. *Mev. p. 2. dec. 340.* vel transigat cum deponente ante sententiam, vel etiam ipsi privatim satisfaciat, *Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 3. §. 14.*

DEPOSITUM JUDICIALE.

1. Depositum tantum non valet, quantum valet ipsa restitutio, *Carpz. lib. 1. R. 30. n. 3. 10. seq.* & depositio non est vera solutio, *Carpz. lib. 2. R. 43. n. 6.* per quam non satisfit judicato, *Carpz. d. R. 43. n. 3.* nec reus a solutione liberatur, *Carpzov. d. R. 43. n. 5. 7. seq.*

2. Judicialis tamen depositio, legitime facta vim solutionis ac traditionis habet, & debitorem ipso jure liberat, *l. 9. C. de solut. Carpz. p. 2. c. 30. d. 14. n. 1. nec non lib. 5. R. 99. n. 30. & R. 100. n. 2. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 5. not. 2. p. 884.* & non solum cur-

sum usurarum sistit, ita ut debitor amplius conveniri nequeat, sed & pignorum & fidejussorum obligationem tollit, *l. 19. C. de usur. Carpz. d. R. 100. n. 5.* nec non periculum transfert in creditorem, *l. 19. C. de usur. l. 72. de solut. Carpz. d. R. 100. n. 6. Berger. c. l.* in illum enim transit dominium pecuniæ depositæ, *Carpz. d. R. 100. n. 11.* (dissentit *Berger. c. l.*) atque adeo ei datur actio in rem adversus possessores pecuniæ depositæ, *Carpz. d. R. 100. n. 7.* add. *Berger. c. l.* (quæ tamen cessat, pecunia a debitore repetita, *Berger. c. l.*) nec non actio depositi adversus depositarium, *Carpz. d. R. 100. n. 8.*

3. Ut vero legitime facta dicatur judicialis depositio, requiritur PRIMO: ut fiat prius debitori oblatio pecuniæ, eaque realis, verbalis enim non sufficit, *Carpz. lib 5. R. 99. n. 4. 5. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 5. not. 5. p. 884.* SECUNDO: ut offeratur pecunia præsentibus testibus, *Mev. p. 2. dec. 200.* hoc vero necesse non esse, ait *Carpz. d. R. 99. n. 20. 21.*

4. TERTIUM requisitum est, ut offeratur totum & integrale debitum, sors scil. cum usuris, *l. 9. C. de solut. l. 19. C. de usur. Mev. p. 2. dec. 200. Berger. c. l.* nisi contrahentes convenerint de particulari solutione, vid. omnino *Zanger. de except. p. 3. c. 2. n. 26. Carpz. d. R. 99. n. 8. seq.* QUARTUM: ut oblatio fiat in promissa & debita moneta, *d. l. 9. C. de solut. Carpz. d. R. 99. n. 15. seq. Mev. d. dec. 200.* QUINTUM: ut oblatio fiat opportuno tempore & loco, *l. 39. de solut. Carpzov. d. R. 99. n. 12. 13. Mev. c. l. Berger. c. l.* post diem facta non proficit, *Zanger. c. l. n. 75.*

5. SEXTO requiritur, ut creditor solutionem obla-

oblatam recuset, *l. 19. C. de usur. Carpz. d. R. 99. n. 18. Mev. p. 3. dec. 146. n. 4.* idque absque justa & sufficiente causa, *Carpz. d. R. 99. n. 19.* aut ex alia justa & prægnanti causa, vel permissu judicis pecunia deponatur, *Carpz. lib. 1. R. 3. n. 19. seq. & lib. 2. R. 43. n. 13.*

6. Requisitum SEPTIMUM est citatio creditoribus ad videndum deponi, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 16. n. 3. Mev. p. 2. dec. 201. n. 5. Berger. c. l.* nuda autem certioratio creditoris non sufficit, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. cent. 1. consil. 63. p. 810.* OCTAVUM: obsignatio, prævia pecuniæ numeratione, præsente judice, eoque competente, facta, *l. 19. C. de usur. Carpz. d. R. 99. n. 22. & p. 2. c. 28. d. 6. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 15. th. 5. p. 884.* NONUM: depositio in loco publico, *Carpz. d. R. 99. n. 28.* plerumque judicii, *Mev. p. 2. dec. 201. Berger. c. l.*

7. Si depositio per debitorem minus legitime facta sit, haud parit liberationem, nec cogitur creditor pecuniam accipere ex deposito, sed ac si nulla depositio facta esset, condemnandus est, & ad solutionem urgendus debitor, salva tamen ei adversus depositarium pecuniæ depositæ repetitione, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 16. n. 1.*

8. Depositi requisitis neglectis, damnum, ex mutatione monetæ proveniens, ad debitorem pertinet, cum penes ipsum dominium monetæ remansit, *Carpz. lib. 5. R. 100. n. 12. seq.* nisi de certo monetæ genere conventum esset, *Carpz. c. l. n. 15. seq.* nec a periculo & cursu usurarum liberatur debitor, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 16.*

9. Depositio particularis non relevat ab usuris, & nequidem pro ea parte, qua debitum depositum est;

ita quod ad depositionem liciti particularem
Senatus, teste *Berger. in œcon. jur. lib. 3. tit. 1*
not. 4. p. 884.

10. Depositio valet absque præcedenti
tione, si creditori pupillo, vel minori tuto so
queat, *Carpz. lib. 5. R. 99. n. 34.* aut, si non conf
pecunia debeatur, *Carpz. c. l. n. 35.* quo in c
citatio creditoris requiritur: quamvis satius
tum incertum creditorem edictaliter citari,
c. l. not. 1. p. 884.

11. In depositione necessaria, quæ a jud
peratur, oblatio & obsignatio ac reliquæ soler
cessant, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 17.* & deponens a
periculo est immunis, *Carpz. lib. 5. R. 101.* In
quamvis integre non fiat, tamen pro ea parte, c
ponitur, eodem effectu gaudet, ac depositio fo
Richter. p. 2. dec. 75. n. 29. & 30. Mev. p. 5. de
quamvis minus recte decreverit judex, *A.*
Cod. lib. 8. tit. 30. def. 9. Berger, œcon. jur. lib. 3
th. 5. not. 5. p. 885.

12. Pecunia, quæ deponitur propter rec
tionem, non potest obsignata iterum a debit
cum domum auferri: bene tamen illa, cujus
tio fit usurarum sistendarum causa, *Berger. de*

13 Magistratui, penes quem pecunia
posita, nihil quicquam de ea detrahere licet, ni
longæva consuetudine sit introductum, *Carpz*
28. d. 22. Berger. E. D. F. tit. 36. obs. 1. p. 998.
supplem. ad d. tit. 36. §. 1. p. 338. Rivin. ad O. P
41. en. 5.

14. Cum princeps vel judex apud se dep
pecuniam in suos usus convertit, non supere
tra deponentem actio, sed tantum adversus

pem, seu judicem, *Mev. p.5. dec.244.* Plane, videndum esse, penes quem steterit, ut non solveretur, ejusque ex mora quadam sua periculum esse, dicit ipse *Mev. p.3. dec. 15.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 214. n.79.*

15. Si actuarius judicii in suos usus convertit pecuniam judicialiter depositam, non opus habent creditores, ut in hujus concursu restitutionem petant, sed dominus jurisdictionem patrimonialem per ipsum exercens ad eam tenetur, *Rivin. c. l. en.18.*

DEPRECATIO.

Vid. loc. *declaratio honoris.*

DESERTIO CONJUGUM MALITIOSA.

1. Desertio malitiosa est discessio temeraria conjugis a conjuge, eo animo facta, ut alter ad alterum redire, & cum eo in consortio conjugali ulterius vivere nolit, *Stryck. disp. de desert. malit. §.9.* add. *Carpz. jurispr. eccles. lib.3. tit.5. def.58. n.11. & pract. crim. qu.58. n.15. Wernher. sel. obs. for. p.1. obs. 204. n.17. & 36.*

2. Unde crimen desertionis cessat, si quis non animo deserendi conjugem, sed ob aliam, vel probabilem, vel necessariam causam, vel sponte abest, vel invitus abesse compellitur, *Stryck. c. l. §.12.*

3. In foro nemo pro malitioso desertore haberi potest, nisi processu desertionis rite instituto, legitime citatus emanserit, & sententia dissolutoria in contumaciam lata sit, *Stryck. ad Brunnem. jus eccles. lib.2. c.17. §.27. verb. si redeat. Wernher. c. l. n.21. & p.3. obs.158. n.7.* Utrum enim aliquis pro malitioso desertore habendus sit, nec ne, vix aliter recte intelligi, atque cognosci potest, quam per magistratum, senten-

ſententiamque ab eo legitime latam, *Wernber.*
for. p. 1. obſ. 204. n. 78.

4. Si deſertor ante ſententiam redeat,
tegra eſſe intelligitur, adeoque deſerta matrim
quod nondum ſolutum eſt, cum ipſo contin
netur, quamvis forte juſtas abſentiæ cauſas
haud valeat, *Stryck. prox. c. l. Wernber. prox*
37. cum ille demum pro malitioſo deſertore h
qui ante finitum proceſſum non redit, *Wern*
ſupplem. nov. ad p. 1. obſ. 204.

5. Quo caſu tamen temeritatis ac mali
pœnam vel in ære vel in corpore luit, niſi fo
miſſi interim adulterii vel convinci, vel de e
ctus ſaltem ſufficientibus probationibus redd
quas mediante juramento purgatorio elidet,
jurispr. eccleſ. lib. 8. def. 20. Wernber. ſel. obſ.
obſ. 204. n. 38. Stryck. diſput. de deſert. malit.

6. Quid vero, ſi lapſi jam ſint citation
mini, cum redit deſertor, ſententia tamen n
lata? eum adhuc audiendum eſſe, ſi quicquam
excuſare abſentiam, vel ipſum a malitia libera
ſit, allegare valeat, putat *Stryck. ad Brunn.*
eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 27. verb. ſi redeat.

7. Si autem poſt ſententiam redeat deſe
pœna ipſi forte per diſpenſationem remiſſa ſit,
ipſum, ad deſertam in thorum conjugalem ac
dam, neque hanc, ad redintegrandum cum de
matrimonium, cogi poſſe, tradit *Wernber. pr*
n. 148. ſeq. & in ſupplem. ad d. obſ. 204. add.
ad Brunnem. jus eccleſ. c. l. & diſſert. de deſert.
§. 43. ubi tamen putat, ſi poſt ſententiam ve
ſertor, & appellare velit, eum audiendum eſſe
deductionem gravaminum ſummariam adn

dum, quo inde, an appellatio admittenda sit, apparere possit, cum sententia, contra matrimonium lata, nunquam transeat in rem judicatam, add. *Brückner. dec. matrim. c. 17. n. 166. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 204. n. 180.*

8. Plane desertam, etiam post sententiam, velit nolit, ad recipiendum desertorem teneri, modo res adhuc integra esse, i. e. deserta cum alio marito nondum una caro per carnalem copulam facta esse animadvertatur: etiamsi sponsalia publica celebrata fuerint, imo & ipsa benedictio sacerdotalis accesserit, tradit *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 2. p. 94. & philoc. for. p. 180. seq.*

9. Eo casu, quo pars innocens desertori perfidiæ veniam dat, eundemque in thorum conjugalem recipit, nullis solennibus, quæ alias festivitatem nuptialem comitari solent, opus esse, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 204. n. 12.* dissentit *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de divort. verb. personæ sunt liberæ*, qui tamen deinceps in *elect. proc. matrim. th. 52.* sententiam suam mutavit, taliaque solennia supervacanea esse censuit.

10. Principem, finito desertionis processu, sententiaque lata, malitioso desertori potestatem novas nuptias contrahendi facere posse, priusquam conjux deserta alii viro nupserit, tradit *Wernher. d. obs. 204.* quamvis antea contrariæ sententiæ fuerit, subnixus responso Collegii Wittenbergensis de an. 1704. uti perhibet *ipse c. l. n. 1. seq.*

11. In Electoratu Brandenburgico desertori malitioso toto Electoratu interdicitur, *Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 17. §. 27. in fin.* in Saxonia autem fustigationis pœnæ cum perpetua relegatione subjicitur, nisi

nisi deserta desertorem in thorum conjugalem recipiat; quo casu carcere saltem punitur, *Ordin. Eccles. Sax. tit.* **Von Ehe-Leuten, die einander böslich verlassen.** *Carpz. pract. crim. qu. 58. n. 64. 65. VVernher. c. l. n. 115. Stryck. disp. de desert. malit. §. 45.*

12. Desertori absque speciali dispensatione, ex causa rationabili, facta haud licet novum iniri matrimonium, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. def. 71. Stryck. c. l. §. 46.* Quodsi tamen sine permissione ad nova vota convolaverit, matrimonium pro nullo non est declarandum, sed utique tolerandum, *Stryck. c. l. §. 47.*

13. Desertus autem conjux, post dissolutum matrimonium aliud inire valet conjugium: non tamen ante latam sententiam definitivam, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. def. 67.*

14. Add. loc. *divortium. th. 14. 15. 16. 17. 22. 23.*

DESTINATIO: DESTINATA RES.

1. Destinatio animi nihil operatur, ubi facto hominis opus, *l. 3. C. de furt. l. 41. §. 14. de legat. 1. Moller. 3. semestr. c. 24. n. 3.*

2. Destinatio realis operatur, quod destinata induant naturam rei principalis, & exinde quasi pars ejusdem censeantur, *l. 2. & ibi Dd. C. de bon. vacant.* assumantque omnes qualitates ejusdem, *l. 26. §. 2. de pact. dotal. l. 19. C. de donat. ant. nupt. & ibi Baldus.*

3. Destinata ad certum usum non debent applicari ad alium, *l. 1. de administr. rer. ad civit. pertin.* præsertim relicta ad piam causam, *l. 49. §. 2. C. de episc. & cleric. clement. 2. de religios. dom.*

DETRACTIONIS JUS.

Vid. loc. *gabella.*

DIFFES-

DIFFESSIO INSTRUMENTORUM.

Vid. loc. *Instrumentorum Recognitio.*

DIFFIDATOR.

Vid. loc. *minitator.*

DIGNITAS,

1. Dignitas maleficio perditur, *Carpz. p. 4. c. 43. d. 11. n. 7.* & auget delictum, quoties hoc cadit in contumeliam dignitatis; exemplum est in *l. 14. de pœn.*

2. Quodsi de dignitate quæstio est: an quis illam sibi jure vindicet? Principis est cognitio, *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de judic.*

DILATIO.

1. Dilatio tertia, *(a)* vel, computata ea, quam lex indulget, quarta, non nisi prævia causæ cognitione; & solennitate legali, per quam intelligitur juramentum, *Gail. lib. 1. obs. 91. Carpz. proc. tit. 13. art. 1. n. 162.* concedenda est, *nov. 90. c. 4. junct. c. 15. 36. 55. & pen. X. de testib. O. P. S. tit. 20. §.* Wir lassen aber &c. &c. *ibique Philipp. consider. 4. & Rivin. en. 90. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. f. p. 95. & 41. lit. c. p. 170.* add. *Berger. dec. 338. & 339.*

2. Igitur pars adversa desuper plerumque auditur, eique literæ petitoriæ communicantur, mit der Andeutung, daß er mit seiner Nothdurfft, e. g. binnen 3. Tagen, von Zeit der insinuation an, einkommen solle. Imo nonnunquam brevis terminus ad experiun-

---

(a) Tertia dilatio per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 3.* plane est prohibita, adeo ut, si de facto concedatur, illud pro nullo atque irrito, probatio vero pro deserta declarari debeat. Exceptio est in pupillis, aliisque, quibus beneficium restitutionis in integrum competit, vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 4.*

riundum desuper præfigitur: potest tamen judex, si velit, justis & probabilibus ex causis, statim, etiam non audita parte altera, juramentum decernere, *Barth. d. §. 41. lit. c. p. 171.*

3. Tertia dilatio, quæ absque causæ cognitione & solennitate legali concessa, minime valet, sed ad falsa relata, atque sic sub- & obreptitie impetrata censetur; maxime si ab inferiore judice indulgeatur: superiora enim judicia, præsumtione juris & de jure, in concedendis dilationibus, semper legitime processisse, sufficientemque causæ cognitionem habuisse præsumuntur, ita ut de defectu illius excipi nequeat, teste *Berger. in E. D. F. tit. 20. obs. 4. not. 6. p. 672.* add. *Barth. d. §. 28. lit. f. p. 96.*

4. Imo tertia, vel quarta dilatio, a judice inferiore, absque solennitatibus legalibus, concessa, non est nulla, modo causam seu impedimentum allegaverit petens: quia tunc judici veritatem illius notam fuisse præsumitur. Omissa vero causæ mentione, exceptio sub- & obreptionis, atque hinc desertæ probationis vel reprobationis in termino opponi potest, modo re integra, i. e. antequam instrumenta producta recognoscat, aut examen testium fieri permittat, sibi jus impugnandi formam probationis reservaverit adversarius, cum alioquin eidem renunciasse credatur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 41. lit. c. p. 172.*

5. Tertia vel quarta dilatio absque solennitate legali sustineri potest, si impedimentum sit notorium, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 90. VVernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 26.* vel adversa pars remittat juramentum, vel saltem non multum urgeat, *Gail. lib. 1. obs. 91. n. 6. Carpz. proc. tit. 13. art. 1. n. 165.* dissentit *Barth. d. §. 41. lit. c. p. 171.*

6. Ne-

6. Neque solennitas legalis, ad quartam dilationem impetrandam, eo casu necessaria est, quando hæc integrum spatium Saxonicum non complectitur, *Berger. E. D. F. tit. 20. obs. 4. not. 6. p. 676. VVernber. sel. obs. for. p. 5. obs. 27.*

7. Prima *(b)* & secunda *(c)* dilatio non omnem quidem cognitionem excludit, leviores tamen causæ admittuntur: dummodo alicujus momenti, & quodammodo prægnantes videantur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. f. p. 95.* add. *Carpz proc. tit. 13. art. 1. n. 168.* Petita tamen & impetrata ex affectato & ficto impedimento dilatio retro non invalidatur: sufficit enim dilationem a judice esse concessam, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 84. 85. Barth. c. l.*

8. Speciale est in curia mercatorum Lipsiensi, quod, licet judex concedat dilationem, nisi fiat prævia Scabinorum sententia, nihilominus demonstratio pro deserta habeatur, *Rivin. c. l. en. 86.* Et in Curia Provinciali Lipsiensi tertia & quarta dilatio per sententiam interlocutoriam, prima vero vel secunda extrajudicialiter dari solet, *Carpz. proc. tit. 13. art. 1. n. 170. & 171.*

9. Dilationem haberi pro concessa, si a judice non denegata, tradunt *Mev. p. 2. dec. 161. VVernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 388.* Quam doctrinam etiam ad forum

(b) Prima dilatio hodie non aliter concedenda, quam si legitimum impedimentum adducatur, illudque taliter qualiter probetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 20. §. 3.

(c) Hodie secunda dilatio, quamvis ad brevius, quam Saxonicum, spatium petatur, absque solennitate legali non est concedenda: &, si absque ea fuerit concessa, pro nulla atque probatio pro deserta habetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

forum Electorale Saxonicum *(d)* applicar
Svendend. ad Fibig. p. 608. Berger. E. D. F. ti
4. not. 5. p. 671. dissentiunt *Rivin. ad O. P.*
en 87. VVernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 405. C
sitionem expressam in *O. P. S. tit. 20.* §. Wi
verb. ausbracht: add. *Barth. bodeg. for.*
lit. c. p. 172.

10. Dilatio ante elapsum terminum pe
cet postea demum a judice concessa, subsisti
ad O. P. S. tit. 20. en. 88. & 89. nec non tit. 2
nisi, elapso termino, pars adversa, protestando
tionemque accusando, judicis decretum ant
Barth. c. l. add. *Berger. E. D. F. tit. 20. obs. 4*
p. 672.

11. Petita, elapso jam termino, dilatio
versarius in productionis termino contra inad
litatem, & desertionem non excipiat, sed tac
examen productorum testium consentiat, ve
menta recognoscat, tum in disputationibus
attestationum contra formalitatem illius, e
amplius nequit, *Barth. c. l. Berger. E. D. F.*
obs. 4. not. 7. p. 682.

12. Indefinite judex actori petenti dila
concedere potest, si adversarius est in mora p
di ea, quibus ille ad instruendam probatione
habet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 91.*

13. Dilatio simpliciter petita & a judic

(d) Hodie judices jubentur, adhuc ante terminu
clarare, an petitam dilationem concedere veli
minus facto, dilatio, neque pro concessa, neque
negata habetur: sed judex adhuc arbitrari deb
eam denegare, an concedere velit, *Ord. Proc. Sa*
tit. 20. §. 5.

ceſſa, regulariter demum ab eo tempore,*(e)* quo prior finita eſt, currit, *VVernher ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 310.*

14. Etſi quis a commiſſario principis tertiam dilationem ea lege acceperit, ut nullam amplius habere debeat, nihilominus quartam ab ipſo principe valide impetrat, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 340.*

15. Ad primam & ſecundam dilationem petendam ſpeciali mandato opus haud eſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 223.* bene vero ad tertiam vel quartam dilationem impetrandam, *Mev. p. 5. dec. 391. Berger. dec. 338.*

16. Nec ſatis tuto impetratur dilatio ab advocato, nomen principalis ſchedulæ ſubſcribente, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 38. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 29. lit. f. p. 96.*

17. Pro deſerta habetur probatio, ſi procurator, cujus mandatum ad unicum ſaltem terminum eſt reſtrictum, dilationes petit & in termino documenta ad recognitionem producit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 83. Barth. c. l.*

18. Sola dilationis petitio, a principali facta, tacitam revocationem mandati haud infert, *Rivin. ad O. P. S. tit. 7. en. 59. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 106.*

DILATIO MORATORIA.

Vid. loc. *moratoria dilatio.*

DILIGENS. DILIGENTIA.

1. Diligens & fidelis quilibet in officio ſuo præſumitur, *l. 2. C. de offic. civil. judic. l. 1. pr. C. de ſuſcept. præpoſ. & arcar. lib. 10. tit. 7. Decian. vol. 1. R. 2. n. 213.*

DIRECTOR JUDICII.

1. Director judicii partes citare non poteſt, ut cor-

(e) Semper hodie ab eo tempore, quo prior finita, currit conceſſa dilatio, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 6.*

coram se in ædibus suis compareant, ibique in causa procedant; nec valida sunt, quæ ibidem geruntur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 118. Rivin. ad O. P. S. tit. 2. en. 6. 7. 8.*

2. Ut notarius directorem judicii jurejurando ad officium rite obeundum adstringat, scripta requisitio necessaria haud est, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 197.*

3. Vid. loc. *actuarius. th. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* locus: *dominus jurisdictionalis. th. 1. 2. 3.* loc. *jurisdictio contentiosa. a. th. 1. usque 7.*

DISPENSATIO.

1. Quodcunque impedimentum est civile, illud per dispensationem licite tollitur, quia princeps superior est jure civili, *Carpz. jurisprud. eccles. lib. 2. def. 160.*

2. Dispensatio, in uno territorio impetrata, in alio nulla vi pollet, *Horn. cl. 3. R. 25. p. 219. b.*

3. Dispensatio, facta in uno, trahitur ad omnia accessoria, *Carpz. lib. 4. R. 63. n. 26.*

DISPUTATIONES ATTESTATORUM.

1. Post publicata attestata testium mutuæ eorum incipiunt disputationes, quarum initium semper is, *(a)* contra quem susceptа fuit probatio, facere debet in foro Saxonico, *O. P. S. tit. 29. §. 1. Carpz. p. 1. c. 18. d. 9. & proc. tit. 15. art. 1. n. 42. Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 44. & 45. p. 226. seq.* Secus ac de jure communi, *Carpz. d. def. 9. n. 1.* add. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c. 22. §. 2.*

2. Et

(*a*) Hodie actor indistincte, sive probationem peregerit sive reprobationem, initium facit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 29. §. 2.*

2. Et quidem positionem suam inferre tenetur intra sex septimanas, *(b)* a tempore, quo attestatorum copiam accepit, computandas, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d. 6. Barth. d.* §. 44. add. *Ludovic. c. l.* §. 4. Disputationum enim proponendarum terminus est sex septimanarum absque tribus diebus, *Carpz. lib. 3. R. 76. n. 8. 9. Barth. d.* §. 44. *lit. a. p. 227.* Quod fatale currit de momento in momentum, *Carpz. d. R. 76. n. 10. 11.*

3. In termino publicationis *(c)* partes comparentes quærendæ sunt, an copias *(d)* attestatorum habere velint? &, si quidem eas habere velint, paratum autem exemplar non adsit, id quam primum describendum, iisque ad accipiendum illud, cum transmis-

(b) Hodie tres tantum hebdomades cuilibet scripto disputatorio inferendo indulgentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 29. §. 2. ubi, quod hoc spatium actori currere incipiat ab eo tempore, quo spatium 14. dierum, rotulis in copia communicandis præfinitum, elapsum sit, & inter sequentes alias tres septimanas reus exceptionem exhibere teneatur & sic porro.

(c) Olim publicatio a judice non ex officio, sed ad præcedentem unius alteriusve partis litigantis implorationem suscipiebatur, *Kraus proc. judic. lib. 1. c. 5. sect. 1.* §. 4. Hodie vero judex, absoluta probatione & reprobatione, statim ex officio litigantes, indulto 14. dierum spatio, ad publicationem attestatorum citare, deinde in termino attestata legitime publicanda curare, &, licet utraque pars emaneat, quo casu illa pro publicatis habentur, actis inserere debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 29. §. 1.

(d) Hodie, peracta publicatione, judex litigantibus, sive compareant, sive minus, intra aliud 14. dierum spatium, copias rotulorum, sub pœna 5. th. insinuare atque communicare tenetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

sa sportularum notificatione, certum aliquod, octo, aut quatuordecim dierum, vel, pro qualitate circumstantiarum, & distantiæ locorum integri mensis spatium, pro termino præfigendum est, a quo deinde fatale disputationis sex hebdomadum currit, sive compareant, idque accipiant, sive non, *O. P. S. tit. 29. §.* Weil aber. *Barth. d. §. 44. lit. b. p. 227.*

4. Sin quæsiti habere copiam nolint, vel ante declarationem e judicio rursus discedant, vel statim ab initio etiam in publicationis termino citati contumaciter prorsus emaneant ex die termini, fatale computabitur, nec excusabuntur, tametsi probare velint, nullum attestatorum descriptum exemplar in judicio tum paratum fuisse. Neque enim judex in termino publicationis descriptas in promtu habere attestatorum copias tenetur, cum incertum sit, an partes eas desideraturæ sint, & annon perlectione originalium rotulorum, ad acta redactorum, studio parcendi sumptibus, contentæ esse, indeque se de testium depositionibus informare velint: invitis siquidem partibus obtrudi nequeunt copiæ, *Barth. c. l.*

5. Bene autem agit actor, si videat partem adversam desideratam, & paratam attestatorum copiam accipere, studio negligere, ut, pro promovendo processu, ipse sumtus in redemtionem copiarum eroget, easque illi insinuari curet; aut, si hoc facere nolit, terminum octo, vel quatuordecim dierum, aut unius mensis etiam, ei, ad accipiendum attestatorum exemplar, una cum liquidatione expensarum, præstitui petat, a cujus lapsu deinde fatale exceptionis connumerabitur, acceperit illud nec ne, *Barth. d. p. 227. in fin.* Imo certum præfigendum esse terminum post publicata attestata ad accipiendas copias, priusquam definiti.

nitive ſuper illis pronunciari poſſit, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 29. §. 5.*

6. Facta probatione per documenta, ubi nulla opus eſt publicatione diſtinguitur, an pauca ſint producta documenta, & cauſa non tam magni momenti ventiletur in judicio: an vero in cauſa magni præjudicii multa admodum producta fuerint documenta; ita ut modo priori, quo ſaltem oretenus proceditur, pars illa, contra quam probatio eſt ſuſcepta, citationem impetret, & excipiendo faciat initium; poſteriori vero caſu, ubi in ſcriptis diſceptatur, ſex ſeptimanæ currere incipiunt, poſtquam ſententia, qua ſuper recognitione interlocutum fuit, tranſierit in rem judicatam, *O. P. S. tit. 29. §.* Wann aber. *Carpz. p. 1. c. 18. d. 7. & proc. tit. 15. art. 2. n. 28.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 29. en. 10.* ubi: ſi ſuper recognitione documentorum nondum lata ſententia, accuſatio contumaciæ quoad deſertionem replicæ commiſſam vix habet locum.

7. Diſputationes atteſtatorum in ſcriptis proponuntur, etiam in foro Saxonico, *Carpz. d. c. 18. d. 4. & d. tit. 15. art. 1. n. 17. 18.* licet per documenta probatio ſit facta, modo cauſa ſit prolixior, alias enim oretenus peraguntur, *O. P. S. tit. 29. §* Wann aber. add. *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 62. p. 290.* quod etiam conſentientibus partibus fieri poteſt, etiamſi teſtibus peracta ſit probatio, *Barth. d. §. 62. lit. a. p. 291.* In arbitrio autem judicis non eſt, citare partes, ut ſupra probatione, per teſtes peracta, oretenus procedant, *Rivin. ad O. P. S. tit. 29. en. 5.*

8. Imo diſceptationes atteſtatorum non ſunt de ſubſtantia proceſſus: ſed iis omiſſis utraque pars ſe ſtatim definitivæ ſubmittere, vel alterutra etiam tan-

tantum su s renunci re potest; vid. *arth. Hodeg. For. c.1. §.45 lit. a. p.244.* confer. *ager. Ruland. de Commiss. p.1 lib.6. c.3. Philipp.* *O. P. S. tit.29. consid.1. n.2. seq.* Sicut & in judic o mercatorio Lipsiensi nullæ plane disputationes ttestatorum admittuntur, Handels-Gerichts-O rdnung. *tit.19. Barth. prox. c.l.*

9. Sunt autem positionum il arum in universum tantum quatuor, & non nisi du a qualibet parte admittuntur, *O. P. S. tit.29 §.1. Carpz. p.1. c.18. d.8. & proc tit.15. art.1. n.37.* Quod etiam plerisque in locis extra Saxoniam observa ur, testibus *Martin. ad O. P. S. tit.29. § 1. n.23. Brunnem. proc. civil. c.25. n.1.* add. *Ludovic.* Einleit. zum *Civil-Proc. c.22 §.3.* Quamvis de jure communi certus numerus præfinitus haud est disputationibus inferendis, sed partes pro lubitu, multiplic tis eis, progredi valent, *§.2. & 3. J. de replicat. l.2 §.3. de except.* nisi judex certum numerum præfinierit, *auth. jubemus. C. de judic. nov.115. c.2. Philipp. ad O. P. S. tit. 29. consid.2. n.2.*

10. Disputationes, si in scriptis fiant, promovendi processus gratia, in duplo sunt offerendæ, quarum unum exemplar actis jungitur, alterum vero statim adversario insinuatur, relatioque nuncii jurati, de tempore insinuationis factæ, actis consignari debet, a quo insinuationis die fatale sex septimanarum ei deinde currit. Ne autem actuariis sportulæ, pro descriptione positionis, alias consequendæ, sic intervertantur, & minuantur, integras nihilominus pro altero exemplari, non secus, ac si actuarius illud descripsisset, solvere offerens tenetur, *O. P. S. tit.29.* §. Als ordnen, *Barth. Hodeg. For. c.1. §.44. p.226.*

11. De

11. De essentia tamen non est, ut in duplo positiones offerantur, sed sufficit, si judex, ad offerentis instantiam, id describi curet, descriptumque adversario transmittat, tametsi etiam elapsis jamdum sex septimanis id fiat: quodsi vero adversa pars ultimo fatalis istius momento in judicio præsens, nondumque descripta positio a judice esset, illeque contra descriptionem, elapso fatali, instituendam protestetur, & adversarium desertionis accuset, vix ac ne vix quidem desertionis, nec non remotionis positionis ab actis effugiet pœnam; vel si unicum illud oblatum exemplar (actis nondum annexum) ad se recipiat, & pro insinuato habeat, tum quoque positio ista pro deserta fuerit habenda, prout tradit *Barth. d.* §. *44. lit. c. p. 229.*

12. Nec producenti prius fatale replicæ, quam a die acceptæ attestatorum copiæ currit, tametsi producti prima positio ei transmissa sit; hinc pariter a producto, exceptionem suam offerente, peti potest, ut certus terminus ad accipiendum confectam attestatorum copiam ei præfigatur, *Barth. d.* §. *44. lit. b. p. 228. in fin.* De cetero nec replicæ fatale currit, nisi de exceptionis insinuatione constet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 29. en. 9.*

13. Præfixo semel termino, etsi attestatorum copias ante illum anticipando quis consecutus sit, haud tamen a die acceptarum copiarum, sed ad accipiendum a judice destinato, spatium illud sex septimanarum numerari, probat *Carpz. in proc. tit. 15. art. 2. n. 21. seq.*

14. Probationes & reprobationes in uno eodemque scripto sunt disputandæ, *O. P. S. tit. 29.* §. *1. Carpz. p. 1. c. 18. d. 10. & proc. tit. 15. art. 1. n. 47.* Quod

de jure communi definitum non est, , *Ludovic.* **Ein-leit. zum** *Civil Proc. c. 22. §. 5.*

15. Licet reus exceptionem perdiderit, cum duplica tamen, itemque actor, si replicam suam deseruerit, nihilominus cum triplica admittitur; sin vero duplica vel triplica intra legitimum spatium non fuerit proposita, amplius partes non audiuntur, sed in causa principali concludendum est, *Pruckmann. consil. 38. n. 92.* add. *Carpz. p. 1. c. 18. d. 12. Philipp. ad O. P. S. tit. 29. consid. 3. Rivin. ad d. tit. 29. en. 11.*

16. Alium possunt partes disputationum terminum (e) ponere, *O. P. S. tit. 29. pr. Carpz. lib. 3. R. 76. n. 19.* eumque immutare & coarctare, *Carpz. p. 1. c. 18. d. 11. n. 2. & proc. tit. 15. art. 2. n. 33.* Sicut & judex eum prorogare (f) potest, *Carpz. d. R. 76. n. 20.* non tamen hoc casu quarta dilatio concedenda est, *Carpz. d. R. 76. n. 21. seq.*

17. Licet regulariter ante perfecte absolutam reprobationem disputatio attestatorum suscipi nequeat, vid. *Rivin. ad O. P. S. tit. 29. en. 18.* per compromissum tamen litigantium hoc fieri potest, ita, ut ab ejusmodi compromisso unus ex compromittentibus, altero invito, recedere non possit, *Horn. cl. 12. R. 25. p. 821. a.*

18. Disputationes attestatorum, vel documentorum admittuntur etiam in processu summario, *Carpz. p. 1. c. 18. d. 2. & proc. tit. 15. art. 1. n. 8.* & in processu criminali ordinario, *Carpz. d. c. d. 3. & d. art. n. 14.* nec non super probatione pro exoneranda conscien-

(e) Plane partes per compromissum terminos disputationis prolongare non queunt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 29. §. 2.*
(f) Imo non potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

ſcientia, *(g) Rivin. ad O. P. S. tit. 29. en. 6.* add. *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 62. p. 290.*

19. Exceptio ac replica ſuper probatione ac reprobatione in prima inſtantia oblatæ, ſi corrigitur ſententia, quæ probationem deſertam judicabat, ſine mutatione coram judicio ſecundæ inſtantiæ ſunt repetendæ, *Rivin. ad O. P. S. tit. 29. en. 12.*

DIVERSORIUM.

Vid. loc. *caupona th. 16.*

DIVISIO.

1. Diviſio per ſortem non poteſt invito obtrudi, ubi alium dividendi modum lex recepit, *Mev. p. 2. dec. 21.*

2. Diviſio jus novum non tribuit, ſed ante quæſitum diſtinguit, *l. 2. commun. præd. Tholoſ. ſyntagm. jur. lib. 26. c. 10. n. 1.*

3. Diviſio non fit ipſo jure, ſed, factum & conſenſus alterius partis ut accedat, neceſſe eſt, *l. pen. commun. divid. A. Fab. in C. lib. 7. tit. 1. def. 25. n. 23. Carpz. p. 3. c. 33. d. 3. n. 5.*

4. Unde diviſio non præſumitur facta, ſed eam allegans probare debet, *d. l. pen. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 526. n. 1. Herm. Vultej. 1. conſil. 22. n. 1.*

5. Diviſio & aſſignatio teſtatoris potiſſimum attendi debet, *Carpz. p. 3. c. 9. d. 19. n. 3.*

6. Quando res communis uni adjudicanda, præfertur is, qui majorem in ea partem habet, *l. 34. §. 2. C. de donat. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 3. not. 3. p. 718. Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 300. & in ſupplem. nov. ad p. 5. obſ. 240.*

7. Quod-

(g) Ubi non quidem in ſcriptis, ſed oretenus fieri debent diſputationes, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 29. §. 3.*

7. Quodsi vero de pretio vel unus dissentiat, fieri debet licitatio, *l.3. C.comm. divid.* ubi etiam admittitur tertius licitator, *vid. Wernber. sel. obs. for. p. 10. obs. 327. p. 587.* add. *Stryck. de cautel. contract. sect. 3. c. 4. §. 10.* socius tamen, idem offerens, extraneo præfertur, *arg. l. 34. §. 2. C. de donat. l. 3. in fin. C. com. d vid. Wernber. sel. obs. for. p. 5. obs. 240. & p. 10. obs. 327.*

8. Non autem adjudicatio prædii communis præcise fieri debet ei, qui fundum eidem adjacentem possidet, *Wernber. d. p. 10. obs. 327.* quod tamen vult *Berlich. p. 2. dec. 300. n. 21.*

9. Divisio habet vim transactionis, *l. 35. de pact. Socin. consil. 128. n. 118.* error juris tamen læso non nocet, *Carpz. lib. 5. R. 7. n. 6. & p. 3. c. 7. d. 11. n. 6. nec non p. 3. c. 15. d. 42. n. 2.* & divisio rescindi potest propter læsionem enormem, *l. 3. C. comm. utr. jud. Moller. 2. semestr. 28. Carpz. p. 3. c. 7. d. 11. n. 3. & d. R. 7. n. 11.*

10. Imo extrajudicialis rerum communium divisio, etiam propter modicam & non dolosam læsionem, rescindi potest, *d. l. 3.* si modo hæc circa ipsas res dividendas, non vero circa æstimationem rerum saltem contingat, *Berger. dissert. de reformat. divis. extrajud. ex caus. mod. læsi & E. D. F. tit. 39. obs. 9. not. 4. p. 1168. Wernber. sel. obs. for. p. 5. obs. 51. Horn. cl. 14. R. 9.*

11. Judicialis divisio, fit rerum consignatione, & taxatione per peritos, & rescindi nequit, quamvis 1) cum falso herede divisum sit, 2) coheres immodice læsus sit, *l. 36. famil. ercisc. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 3. not. 9. p. 720.*

12. Ex divisione erronea solutum condictione indebiti repetitur, *l. 2. de condict. indeb. Carpz. lib. 5. R. 7. n. 13.*

DIVI-

DIVISIO HEREDITATIS.

Vid. loc. *hereditatis divisio.*

DIVISIO PARENTUM INTER LIBEROS.

1. Divisio patris inter liberos holographa ejus subscriptione non indiget, *Richter. ad authent. Si modo C. famil. ercisc. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 207.* dissentit *Stryck. in cautel. testament. c. 10.* §. *13.* propter *nov. 18. c. 7. & d. auth.* qui pro curatela commendat, ut pater ipse subscribat, aut liberos suos, & quidem omnes ad subscribendum præparet.

2. Divisio bonorum, inter liberos facta, propter ea non infirmatur, quod læsionem in legitima contineat, sed ad implementum ejus, quod deficit, agendum est, *arg. l. 3. C. de in offic. testam. Stryck. c. l. Wernher. d. p. 9. obs. 208.*

3. Dubium non est, quin pater, etiam cœcus, inæqualiter possit assignare liberis portiones, *Carpz. p. 3. c. 4. d. 21. n. 6. & d. 22. n. 9. Stryck. c. l. & c. 4. §. 18. Wildvogel. de divisione parentum inter liberos th. 7.* quamvis dissentiat *Tiraquell. de jur. primogenit. qu. 4. n. 4. Decius consil. 105.*

4. In simplici atque nuda divisione paterna, ubi parentes simpliciter assignant liberis, quam quisque partem ab intestato capere debeat, institutio heredis necessaria haud est, *l. ult. C. famil. ercisc. Struv. jurispr. Roman. German. lib. 2. tit. 16. §. 9. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 236. & in supplem. nov. ad d. p. 5. obs. 236.*

5. In divisione parentum inter liberos non est opus, ut exprimantur nomina liberorum, & annus, atque dies, *Horn. cl. 7. R. 22. p. 414. a.*

6. Quia hic non succeditur ex testamento sed ab intestato, *l. ult. C. famil. ercisc.* cautus sit pater, ut divisionem tantum inter eas personas instituat, quæ alias

alias ab intestato succedunt ; Unde viventibus liberis primi gradus, nepotes ad divisionem admittere nequit. Imo illud quoque observare debet, ut inter omnes dividat, nullo præterito, qui ab intestato patri succedere poterit, *Stryck. d. c.10. §.13.* confer. vero responsum, quod habet *Wernher. d. p.5. obs.236.*

7. Divisio bonorum, a patre inter liberos facta, secuta licet traditione, ab illo revocari, & bona aliter dividi possunt, *l. 20. §.3. famil. ercisc. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 5.*

DIVISIONIS EXCEPTIO.

Vid. loc. *beneficium divisionis.*

DIVITIÆ. DIVES.

1. Divitias suas nemo tenetur manifestare, easque invidiæ exponere, *l. 2. C. quand. & quib. quart. pars. ibique Perez. & Brunnem.*

2. Dives quis in præsenti non præsumitur, sed posse fieri, *Menoch. lib. 6. præs. 28. n. 1.*

3. Qui vero notorie dives est, non tenetur satisdare, *Mev. p. 8. dec. 352. n. 7.*

4. Divitiæ privilegium personis miserabilibus competens non impediunt, *Covarruv. pract. quæst. tom. 2. cap. 6. n. 2.*

DIVORTIUM.

1. Ad divortium duo requiruntur, 1) causa divortii sufficiens, 2) sententia judicis ecclesiastici declaratoria, *Carpz. pr. crim. qu. 58. n. 18.*

2. Hinc ne Princeps quidem matrimonium, absque prævio processu, causæque cognitione, dissolvere potest. *VVernher. sel obs. for. p. 4. obs. 58.*

3. Non facile dirimendum est matrimonium: sed potius conjuges per legitima coactionis media ad offi-

officium adigendi sunt, *Carpz. jurispr. consist. lib. 2. def. 207. 208. 209. VVernber. c. l. n. 1. 2.*

4. In tantum locus divortio ob adulterium est, ut ne quidem plena ejus probatio exigatur, sed præsumtiva sufficiat, *c. 12. X. de præsumt. ibique Barbosa n. 2. Stryck. dissert. de nullit. matrim. §. 3. Beyer. in addit. ad Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 189.*

5. Copula carnalis, a conjuge cum alio exercita, ad dissolvendum matrimonium sufficit, licet adulterium per immissionem seminis haud consummatum fuerit, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 47.*

6. Ob adulterium etiam facienda est separatio, licet maritus desertione vel ejectione causam adulterio per accidens dederit, *c. 4. X. de divort. Brückner. dec. matrim. c. 17. §. 56. Nicol. de divort. p. 2. c. 1. n. 8. seq. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 17. §. 18.* nisi hoc fine deserta sit uxor, ut aliis prostitueretur, *Farinac. qu. 143. n. 12. Guttierez. c. 129. n. 8. Zoes. ad tit. de divort. n. 16.* vel constiterit, ipsum cum alia adulterium commisisse, *d. c. 4. X. de divort.* Nam maritus ob adulterium non potest agere ad divortium 1.) si ipse adulterium commiserit, *l. 39. sol. matrim.* 2.) si lenocinio occasionem uxori ad adulterandum præbuerit, *l. 47. eod. Bœhmer. de act. sect. 2. c. 1. §. 42.*

7. Etiam uxor ob adulterium mariti ad divortium agere potest, vid. *Gerhard. loc. de conjug. §. 619. Titius* in der Probe des teutschen Geistlichen Rechts *lib. 4. art. 4. §. 18.* dissentit *Brückner. decis. matrim. p. 2. c. 17. n. 21. Stryck. c. l. §. 5. 6. 7.*

8. Divortium ob stuprum & fornicationem mariti ante nuptias commissum, non permittendum est, *Carpz. p. 4. c. 20. d. 13.* Sed bene, si sponsa ab alio antea impraegnata & gravida reperiatur, *Carpz. d.*

c. d.

z.d. 12 Quo casu ſtupratæ etiam quandoqu
præſertim ſtupratori, nubere permittitur
jurispr. eccleſ. lib. 2. def. 194.

9. Non audiendus eſt maritus, divor
tens, ſi uxori, ab alio ante nuptias ſtupratæ
ſtupri, debitum præſtiterit conjugale, na
remiſſio, per copulam carnalem facta, exc
vortium, *Carpz. c. l. def. 197.* Quodſi ve
rantiam ſtupri prætendat, eam juramento f
nere debet, *Carpz. c. l. def 198.* niſi mulie
abſtinentiam & ignorantiam ultro confiteatu
in addit. ad d. def. 198.

10. Si maritus uxorem, ab alio ſtupra
matrimonio retineat, de quo admonendus eſt
c. l. def. 195. ſtuprator infantem alimentare
ctus eſt. Si vero ſit mortuus, vel in fuga,
reliquerit, ipſamet mater vel ejus parentes a
tione infantis gravabuntur, aut ſi ne hi qu
inopiam alimenta ſuppeditare queant, ipſi m
tui hoc onus incumbit, *Carpz. c. l. def. 19*
Beyer.

11. Præterea etiam uxori competun
ptiones dilatoriæ, & quidem 1.) proviſiona
tere poteſt expenſas litis & alimenta, *Bœhme*
Sect. 2. c. 1. §. 42. lit. o. 2.) reſtitutionem in
mariti, ſi inde expulſa eſt, cum ſpoliata ant
ſit reſtituenda, ut nec teneatur litem conteſt
X. ut lit. pend. intr. in nov. Gonzal. ad c. 3.
vort. n. 6. in fin. niſi poſt ejectionem uxor adu
commiſiſſe convicta fuerit, *c. 4. X. de divo*
mer. c. l.

12. Quodſi adulter vel adultera ex ag
principis abſolvatur a pœna, nihilominus

vortium poteſt, *per c. pen. X. de adulter. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 23.*

13. Etſi divortium ob adulterium per ſententiam dictatum fuerit, & femina ſeparata interim alii copiam ſui fecerit: attamen maritus poſtea cum ea in gratiam redire, & in uxorem recipere poteſt, *Stryck. ad Brunnem. jus eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 24.*

14. Divortium ob malitioſam deſertionem permittitur, *Carpz. d. lib. 2. def. 192. Brunnem. jur. eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 26. ſeq.* diſſentiunt Pontificii, *Bellarmin. lib. 1. de matrim. c. 16.* qui nequidem in caſu adulterii divortium quoad vinculum indulgent, vid. *Stryck. diſſert. de deſert. malit. §. 24. ſeq.*

15. Pro deſertore autem habendus non eſt 1) maritus vagabundus, *Stryck. diſſert. de deſert. malit. §. 11.* 2) in militiam ſe conferens, & ibidem per aliquot annos ſubſiſtens, *Beſold. p. 5. conſil. 248.* niſi ea propter elegerit militiam, ut uxorem malitioſe deſereret, *Stryck. prox. c. l. §. 13.* 3) fugitivus ob crimen capitale; ut igitur neque in hoc, neque in præcedentibus caſibus ad divortium agi poſſit, *Stryck. c. l. §. 15.* niſi animus deſerendi certus ſit, vel liquido probari poſſit, delictum ita eſſe capitale, ut nulla ſupereſſe poſſit excuſatio, & aggratiatio, *Stryck. c. l. §. 16.* 4) ob crimen relegatus vel deportatus, *Stryck. c. l. §. 17.* 5) in captivitate conſtitutus, niſi de animo deſerendi conſtet, *Stryck. c. l. §. 19.*

16. Ad deſertionis crimen præciſe non requiritur abſentia: nam conjux quoque præſens, qui cum altero conſueſcere, & corpus miſcere præfracte recuſat, pro malitioſo deſertore haberi poteſt, ita ut locus ſit divortio, ſi, omnibus adhibitis compellendi remediis, ad officium redigi nequeat, vid. *Nicolai de re-*

pud. c.18. n.18. Stryck. c.l. §.*21.* Nec excu
mina, quod prætextu religionis diversæ a
maritales aversetur, *Stryck. c. l.* §.*22.*

17. Si primo, ob fribusculum quoddar
lites, separatio quoad thorum & mensam fa
cessu temporis vero tantum ab uno conjuge
terum concipiatur odium, ut ipsum penitus
sortium recipere nolit, nec ullam justam & l
causam suæ contumaciæ allegare possit, tota
tium locum habet, vid. *Stryck. c. l.* §.*23.*

18. Ob impotentiam supervenienter
tium non est concedendum, *Arnis. de jur. co*
sect. 8. n. 17. seq. Carpz. jurispr. consist. lib. 2.
dissentit *Bruckner. dec. matrim. c. 23. n. 1*
Ziegler. ad Lancellot. lib. 2. tit. 12. §. *10. ver*
conjugum indicatur, quos hoc temperament
ei non aliter locus relinquatur sententiæ, qu
curabilis sit impotentia, & altera pars cupidin
procreandæ tenta, 2) ut pars impotens, si
culpa talis facta, alimentis ab altera prospicie
quitur *Stryck. dissert. de nullit. matrim.* §.
Titius Von den Teutschen Geistl. Recht
art. 4. §. *21.*

19. Insidiæ vitæ conjugis structæ non
divortii causa, quamquam separationi quoad
& mensam locum dent, *Arnis. de jur. con*
sect. 10. n. 26. seq. Carpz. d. lib. 2. def. 217. n.
nber. sel. obs. for. p. 4. obs. 6. dissentit *Stryck.*
10. 11. Titius c. l. §. *20. Bœhmer. de act. Se*
§. *42.*

20. Causæ divortii non sunt, 1) furor
Carpz. p. 4. c. 20. d. 11. 2) morbus, *Carpz. d.*
3) delicta, *Carpz. jurispr. consist. lib. 2. def.*

furtum, *Carpz. d. lib. 2. def. 203.* 4) paupertas, aut æs alienum, *Carpz. d. def. 204.* 5) dos non exsoluta *Carpz. d. lib. 2. def. 205.* 6) diversa religio, *Carpz. d. lib. 2. def. 206.*

21. Per divortium verum vinculum conjugale totaliter dissolvitur, *Carpz. dec. 180. n. 1.* & fieri non potest, ut vinculum ab una parte saltem solvatur, ab altera autem firmum maneat, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 204. n. 41. seq.*

22. Divortium, propter malitiosam desertionem, fieri intelligitur, non demum a tempore, quo persona deserta novum conjugem in thorum plene admisit; sed statim a die, quo sententia lata est, *Wernher. vol. 3. in supplem. ad p. 1. obs. 204.*

23. Actio divortii contra fugitivum, quocunque in loco, institui potest; nec uxor, adulterio commisso, forum mariti nondum subterfugere valet, *Horn. cl. 3. R. 6. p. 174.*

24. Post quinquennium, licet criminaliter de adulterio quæri non possit, civiliter tamen ad separationem a vinculo matrimonii agi potest, *per c. admonere. c. 33. qu. 2. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 17. §. 21. Horn. c. l. p. 176.*

DOCTOR.

1. In favorabilibus doctorandi pro doctoribus habentur, *Sichard. ad l. 3. n. 6. C. de furt. & serv. corrupt.* nomen tamen ipsum ante non merentur, quam revera id consecuti fuerint, ita ut etiam falsi crimen incurrat, qui dolo se doctorem mentitur, *arg. l. 27. §. 3. de L. Corn. de fals. Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 24. §. 4.* & pœna arbitraria puniri possit, *Menoch. de arb. jud. quæst. cas. 318. n. 21. & cas. 320. n. 7. Carpz. pract. crim. qu. 93. n. 36. 37.*

2. Licentiati, utcunque se Doctores a
adhuc nequeant, pro Doctoribus tamen ple
habentur; maxime in favorabilibus, *Stepha*
risdict. lib. 3. part. 2. c. 14. n. 98. seq. (disser
cent. de Franch. dec. 111.) quod tamen de iis
Licentiatis intelligunt, qui publica solennitat
ciati sunt, *Limnaeus jur. publ. lib. 8. c. 8. n.*
Ziegler. c. l. §. 13. Imo nequidem regularite
dentiam Licentiati sibi arrogare posse, nisi si
ciatus, putat *Titius* in der Probe des Te
Geistl. Rechts *lib. 4. c. 7. §. 4.* dissentit *I.*
grad. academ. c. 2. § 13.

3. Licentiatus alibi, quam ubi licenti
ptus est, Doctoris gradum petere potest,
der Probe des Teutschen Geistl. Rechts
7. §. 31. nisi jurasset, se alibi non sumturum l
Ziegler. c. l. Itter. de grad. academ. c. 6. §. 44. se
Titius c. l. dissentit *Menoch. A. J. Q. cas. 371.*

4. Qui legitime examinatus est, & publ
gradu disputavit, etiam absens potest renunci
ctor, *Itter. d. l. §. 31. seq. Titius d. l. §. 33.* qu
aliter admittit *Besold. in thesaur. pract. verb.*
quam si solenni promotionis actu Licentiatus
ciatus fuerit.

5. Doctores bullati minoris sunt ple
existimationis, ita, ut aliqui eos privilegiis
rum, in Academiis promotorum, prorsus exu
plane incapaces illorum pronuncient, *Ru*
commiss. part. 1. lib. 1. c. 14. Coler. de proc. exec
2. c. 3. n. 129. Quod vero de illis tantum, qui,
examine, & eruditionis specimine, solo ve
dum Doctoris consequuntur, accipiendum e

lunt *Bachov. ad Treutler. vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. a. Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 4. §. 9.*

6. Doctores, in academiis creati, licet non semper debitam præ se ferant eruditionem, iis tamen titulus doctoralis denegandus non est, *Carpz. de leg. reg. c. 10. sect. 10. n. 20.* add. *Titius c. l. §. 26. seq. & 52.* confer. tamen *Ziegler. c. l. §. 7. 8. 9. 10. liter. d. tr. c. 7. §. 28. seq.*

7. Quod si lege conventionali, aut continuata, nec interrupta consuetudine, introductum sit, ut in Collegiis non gradus prærogativa, sed Senioratus attendatur, & unus quisque locum suum, prout prior aut posterior receptus fuit, nanciscatur, neque discrimen tum inter Doctorem aut Licentiatum observetur, id deinceps quoque in singulis membris observari debet, nisi universis aliud placuerit. At ubi neque pactum aliquod, aut lex Collegii, neque consuetudo uniformiter recepta probari potest, doctori præferri non debet Licentiatus, *Ziegler. c. l. §. 15. 16.*

8. Doctor juris, quantumvis ratione gradus junior, in sessione tamen, statione & processione præferendus est Doctori Medicinæ seniori, *Carpz. dec. 7. n. 13. seq.* etiamsi sit Professor, *Carpz. c. l. n. 27. seq.* vel Physicus Ordinarius in civitate aliqua, *Carpz. c. l. n. 35. seq.* Secus vero res sese habet, si Doctor Medicinæ sit Principis vel Regis Archiater, aliove in illustri officio constitutus, *Carpz. c. l. n. 34.*

9. Professores Doctores, quantumvis ratione gradus juniores, præferuntur Doctoribus non Professoribus, etiam senioribus, *arg. l. 1. C. de Consul. Cothm. resp. 14. n. 73. Reinking. de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 5. c. 11. n. 69.* quod vero accipi debet in paribus terminis ejusdem facultatis, *Carpz. c. l. n. 44.*

10. Doctores & Licentiati præcedunt R
Gymnasiorum, & Diaconos, neque eorundem
legia contraria consuetudine aboleri, neque a
municipali mutari queunt, *Berger. p. 1. supp*
E. D. F. centur. 1. consil. 21. p. 701. ut & Syndic
vitatis, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. centur*
sil. 17. p 1103. nec non Præfectos, *Berger. c. l. c*
p. 1105. seq. add. *Carpz. dec. 110.* Imo & Doctor
cedunt Superintendentem, qui Doctorali di
non splendet: Licentiati vero eidem cedunt,
in possessione vel quasi sint constituti, *Berg*
supplem. ad E. D. F. centur. 2. consil. 18. p. 1105

11. Plane, in comparatione graduatæru
sonarum cum aliis, nil certi determinari p
cujusque loci leges esse attendendas, ait *T*
der Probe des Teutschen Geistl. Rechts
7. §. 37. & inter cognatos Senioratum præfe
dui æquum est, *Titius c. l. Itter. de grad. acade*
§. 11. 12. add. *Rescript. Elect. Sax. de an. 1667.* ap
gler. c. l. §. 14.

12. Doctor juris, qui Notarius haud
valet publicum & solenne testamentum ve
mentum conficere, *Carpz. lib. 6. R. 15.* disse
lich. p. 1. concl. 43. n. 50.

13. Doctores cogi possunt ad præstandu
mentum civicum, si privilegiatum forum n
ant, *Horn. cl. 1. R. 9. p. 19.*

14. Dignitas Doctoralis amittitur ob
famosum, modo desuper lata sit sententia,
rem judicatam transierit, *Itter. d. tr. c. 17.*
Titius c. l. §. 51. non vero ob vilia & exilia
Itter. c. l. §. 10. seq. add. *Titius c. l.* mult

ob mercaturam, vid. *Itter. c. l. §. 14. 15. Titius c. l. §. 53.*

15. Add. loc. *consiliarius. th. 1.*

DOCUMENTUM.

Vid. loc. *instrumentum.*

DOLUS.

1. Dolus, contractui bonæ fidei causam dans, eundem reddit nullum, *l. 7. pr. de dol. mal. l. 16. §. 1. de minor. Hillig. ad Donell. lib. 12. c. 7. lit. d. Stryck. us. mod. tit. de dol. mal. §. 5.* idemque juris in distractu, si quis dolo alterum induxerit, ut eum liberaret, *Brunnem. ad d. l. 7. n. 5.* Et sic quærela nullitatis intra 30. annos competit, *Ludov. us. pract. distinct. jurid. lib. 4. tit. 3. dist. 1.*

2. Positum tamen est in arbitrio decepti, utrum contractum malit dicere nullum, an vero eum servare, & actione ex isto solum ob illatum damnum interesse petere, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 9. n. 3. Struv. ex. 8. th. 28. Horn. cl. 11. R. 48.*

3. Quæritur, an ex contractu b. f. ob dolum causam contractui dantem nullo, dominium transferatur, vel an ipsa res, ex tali contractu tradita, a quovis possessore, in quem forte rursus res translata, vindicari possit? Dominium transferri, & non esse vindicationi locum, putat *Struv. d. ex. th. 30.*

4. Quid si tertius det causam per dolum contractui? contractus subsistit, sed contra tertium datur actio doli, *l. 2. de proxen. Brunnem. ad l. 7. de dol. mal. n. 5. Struv. c. l. th. 29.*

5. Contractus autem, aliave negotia stricti juris nequidem ob dolum dantem causam contractui sunt nulli, sed subsistunt, *l. 36. de V. O.* nec purgatur is actione ex contractu descendente, *l. 7. §. 3. in fin. de dol.*

 mal.

mal. datur vero vel, re integra, exceptio
36. l. 5. C. de inutil. stipulat. vel impleto co
alia si desint remedia, actio de dolo, *Donel*
36. de V. O. Richter. dec. 87. n. 13. Struv. ex.
Ludov. c. l.

6. Quod si dolus saltem incidit in con
illi non sunt nulli, sive bonæ fidei, sive stri
fuerint, *Struv. ex. 8. th. 33.* sed in contract
fidei datur actio ex ipso contractu ad damnum
illatum resarciendum, *d. l. 7. pr. & §. 3. l. 9. pr.*
mal. l. 13. §. 4. & 5. de act. emt. l. 2. C. eod. C
2. c. 34. d. 9. n. 5. Struv. c. l. Ludov. c. l. Str
mod. tit. de dol. mal. §. 6. in contractu stric
actio doli, *Struv. ex. 8. th. 34. Ludov. c. l.* add
mber. sel. obs. for. p. 10. obs. 284. aut si conveniat
dolum passus est, purgatur dolus exception
Struv. c. l. Nec refert, in magna vel parva qu
te quis deceptus fuerit, *Carpz. c. l.* add. *Ber*
D. F. tit. 39. obs. 9. not. 4. p. 1167.

7. Plane hodie hujus distinctionis, nullu
peresse usum, adeoque quocunque casu querela
litatis locum esse, ait *Ludov. c. l.* Aliter *Schi*
qui *ex. 11. th. 20.* actionem de dolo semper con
Quantum ad ipsos contractus b. f. attinet, eam
rentiam, quod scil. quando dolus causam dedit,
relæ nullitatis; quando autem incidit, actioni e
contractu locus sit, adhuc agnoscit *Ludov. c. l.*

8. Is autem dolus actui aut contractui ca
dare dicitur, qui ad contrahendum aut actum aliq
inducit, qui alias non erat contracturus, *l. 7. de*
mal. Brunnem. ad d. l. 7. Hahn ad Wesenbec. ti
dol. mal. n. 1. Incidens autem dolus dicitur, ubi

tan

tantum in re vel modo contrahendi decipitur, *Carpz. p.2. c.34. d.9. n.5. Hahn. c.l. Wernher. c.l. n.3.*

9. Dolus nunquam præsumitur, *l.51. pro soc. Klock. de contrib. c.19. n.667. p.477.* sed perspicuis indiciis est probandus. *l.6. C. de dol. mal. l.18. §.1. de probat. l.10. C. de rescind. vendit.*

10. Licet dolus in animo consistat, conjecturis tamen probari poterit, atque licet non plene, tamen ita, ut purgatorium jusjurandum reo imponi possit, *Mascard. de probat. vol.2. concl.531.*

11. Præsumitur tamen dolus 1) in omnibus iis, quæ sunt de genere prohibitorum, *c.1. X. de rescript. l.1. C. ad L. Cornel. de Sicar. l.5. C. de injur.* & si quis in re illicita versatur, *Carpz. pract. crim. qu.1. n.24.seq. Horn. cl.15. R.32. p.1076.b.* 2) Si quis non facit, quod facere erat obligatus, *l.3. §.9. l.44. mandat. l.1. §.21. depos. l.41. ad L. Falcid. Cravett. consil. 193. n.2.* 3) si quis ea, quæ non sunt vera, expresse asserit, & ita alium ad actum aliquem inducit, *l.9. §.1. l.7. §.fin. de dol. ibique Bartol.* 4) adversus eum, qui scienter & studiose contra æquitatem aliquid facit, *l.12. de dol. except. Mascard. de probat. concl.531. n.87.* 5) ex nimia cautela & diligentia, quæ actui adhibetur, *l.7. de condit. instit. Mascard. c.l. n.103. & 108.* 6) ex nimiis clausulis & cautelis insolitis *Klock. vol.2. consil.84. n.9. Hering. de fidej. c.17. n.13.* 7) si quis in utilitatem suam & damnum alterius molitur, *Berlich. dec.114. n.24.*

12. In eo, qui palam male fecit, error potius præsumitur, quam dolus; secus in eo, qui clam, *l.ult. de rit. nupt. l.7. C. de testam. l.54. de administr. tutor. Carpz. pract. crim. qu.15. n.51.*

13. Dolus non est præsumendus, si quis exem-

 plum

plum antecessoris secutus, vel de re minima
sit, *Horn. cl. 16. R. 5. p. 1221. a.*

14. Contra dolum præsumtum contra
batio præsumtiva recipitur, *Bald. in l. un. C*
fess. n. 21.

15. Dolo facit, qui petit, quod restit
bet, *c. 59. de R. I. in 6. l. 8. de dol. mal. l. 1*
de R. J. Mascard. de probat. concl. 351. n. 8
petit id, quod aliqua exceptione elidi po
§. 5. de except. dol. Donell. lib. 22. c. 6. lit.
Hilliger. item qui dissimulat & facit, quæ el
bet, *arg. l. 14. §. 9. de ædilit. edict. Cravett. c*
n. 24.

16. Pactio, ne dolus præstetur, non
l. 27. §. 3. de pact. Stryck. de cautel. contrac
c. 4. §. 10. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 285
sit jurata, *c. quamvis. de pact. in 6. c. 28. d*
ubi enim constat de dolo, ibi cessat obligatio j
ti, *Matth. de Afflict. dec. 220. n. 7.* add. *Stry*
sect. 3. c. 7. §. 19. Horn. cl. 14. sent. 10. p. 1015.

17. Ast, circa modum præstandi dolum
pactum, *Stryck. d. tr. sect. 1. c. 4. §. 10.* sicut
præterito renunciare permissum est, *Donel*
c. 6. lit. c. & d. Stryck. c. l. Wernher. c. l.

DOMANIALIA BONA.

Vid. loc. *bona domanialia.*

DOMICILIUM.

1. Domicilium originis non tribuit lo
vitatis, sed origo ac domicilium patris, *Carp*
add. *Struv. ex. 9. th. 17. Horn. cl. 8. R. 35.*
dissentit *Vultej. in l. 2. C. de jurisdict. omn. ju*

2. Consuetudine Germaniæ universal

cilium originis, constituto alibi domicilio habitationis, non solum quoad jurisdictionem, sed etiam quoad commoda extinguitur, *Mev. p.7. dec.188. n.3. Struv. c.l. §.19. Stryck. us. mod. tit. de judic. §. 17. Berger. œcon. jur. lib.4. tit.4. th.1. not.3. p.928.*

3. Et quamvis, aliquem forum sortiri in loco originis, si ibidem reperiatur, tradant *Gail. lib.2. obs. 36. n.12. Sichard. in C. tit. de jurisdict. omn. judic. n.11.* id tamen usu hodie non obtinet, *Paurmeist. de jurisdict. lib.2. c.9. n.47. Struv. c. l. Frantzk. ad ff. tit. de judic. n.26.* nisi alia causa fori competentis, e.g. contractus, concurrat, *Stryck. c.l.*

4. Pro domicilio originis præsumendum est, donec aliud domicilium habitationis probetur, *Carpz. lib.2. R.21. n.14. & lib.6. R.40. n.16.17.* add. *Zanger. de except. p.2. c.1. n.28. Struv. ex.9. th.19. Berger. c.l.* Et in dubio locus originis pro cujusque domicilio habetur, *Horn. cl.2. R.26. p.129. b.*

5. Domicilium originis per alibi susceptos honores non mutatur, licet ibi degat, *Berger. dec.120. n.10.* Ac licet quis per officium, a principe ipsi commissum, forum privilegiatum nactus fuerit, ideo tamen domicilium originis mutatum vel amissum non est, *Horn. cl.8. R.35.*

6. Unde sequitur, si talis aliquid legavit pro patriciis, Lands-Kindern, ille magis respexisse censetur ad liberos territorii, unde ortus est, *Berger. œcon. jur. c.l.* add. *Horn. cl.2. R.26.*

7. Constituitur domicilium 1) animo, qui consistit in proposito sive voluntate permanendi, & 2) ipso facto, sive actuali habitatione, quæ duo conjunctim requiruntur, *Wesenbec. p.1. consil.1. n.57. Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.148. p.297.* Neque enim

con-

constituitur domicilium sola animi cont *l.20. l.27. §.2. ad municip. l.7. C. de inc* sola habitatione, *l.17. §.5. & 13. ad munic ex.9. th.21.* add. *Carpz. lib.2. R.22. n.20.*

8. De habitatione facile poterit cons non semper de juncto permanendi animo, *9. th.22.* Probatur vero hic animus, vel pressa inhabitatoris declaratione, *l.20. l.27 §.5. ad municip. Carpz. proc. tit.3. art.1. n. l. c.3. d.18. n.3. Struv. c.l.* Quo etiam pe quis in civitate aliqua jus civitatis impetrav ibidem habitaverit, quæ duo conjunctim cer domicilii probationem inferunt, *Zanger. p.2. c.1. n.54. Carpz. Proc. c.l. n.17. Struv.*

9. Vel 2) ex ordine & conditione *Donell. lib.17. c.10.* Sic Clericus in loco b quod residentiam requirit, domicilium ha vero non tenetur residere, non habet ibi dom *Struv. d. ex. th.23.* & miles videtur domicil bere, ubi meret, si nihil in patria possideat, *l. ad municip. Meier. Colleg. Arg. tit. de judic. th fin. Struv. c.l.*

10. Vel 3) conjecturis, *Struv. ex.9. th.* domicilium quis censetur habere, ubi fovet Feuer und Rauch hat, *l.2. C. ubi Senat. vel Carpz. p.1. c.3. d.18. n.4.* add. tamen & *pro art.1. n.20.* ubi quis cum uxore & familia alicu sistit, & rerum domesticarum plenariam adm tionem instituit, *d. l.2. Struv. c.l.* ubi quis ma bonorum partem possidet, *d. l.2. Carpz. all. n.8. & 9.* modo ibidem ut paterfamilias se in *Carpz. proc. c.l. n.29.* ubi quis assidue & freq habitavit, veluti ultra decennium, *Carpz. p*

d. 18. n. 5. add. *Struv.* ibi: quodnam tempus ad hoc requiratur, arbitrio judicis relinquendum esse.

11. Matrimonii contractus ac nuptiarum celebratio, juncta habitatione, firmam operatur probationem domicilii, præsertim, quando de uxoris domicilio agitur, quæ forum sequitur mariti, *Carpz. proc. tit. 3. art. 1. n. 18.* Sed & maritus sæpe nanciscitur domicilium uxoris, si nempe domum ac bona uxoris post nuptias intrat, wenn der Mann zum Weibe einfreyet, oder zu ihr einfähret, *Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 65. Carpz. prox. c. l. n. 19.* add. loc. *uxor. th. 18.*

12. Sed hisce conjecturis tum demum locus est, quando 1) de domicilio alibi constituto haud constat, hinc licet quis ex. gr. majorem partem fortunarum in loco quodam habeat, certum tamen sit, eum alio in loco domicilium habere, conjectura illa nihil operabitur, *Vultej. ad l. 2. C. ubi Senat. vel Clariss. Struv. ex. 9. th. 25.* item si propter bellum vel pestem quis in locum aliquem secesserit, *l. 17. §. 13. ad municip. ibique Dd. l. 1. C. de incol.*

13. Vel quando 2) ex singulari conditione personæ contrarium non apparet. Sic Studiosus, qui post lapsum decennii in academia commoratur, non dicitur ibidem domicilium contraxisse, nisi eo loco sedem sive habitationem perpetuam sibi constituerit, aut aliunde animus contrahendi domicilii appareat, *Zanger. d. c. 1. n. 19. seq. Carpz. lib. 2. R. 23. n. 6. 7. Struv. c. l.*

14. Hinc nec Consiliarii Principis in urbe, licet per decem vel plures annos ibi degant, videntur domicilium contraxisse, quia non animo domicilium in urbe constituendi, sed tantum ratione officii ibi vivunt, *Peck. de jur. sist. lib. 4. c. 35. n. 1. 2. Struv. c. l.*

15. Quod

15. Quod etiam dicendum de Præfecto, Amtmann, nisi aliæ concurrant conjecturæ, ex quibus domicilium prius relictum demonstretur, *Zanger. d. c.1. n.52. seq. Carpz. d. R.23.* nec non de nobilibus in urbe ædes conducentibus & commorantibus, *Horn. cl. 2. R.26. p.129. b.* Locatio conductio enim non facit domicilium, *l. 20. l.27. §.1. l. fin. §.5. ad municip. Carpz. lib.2. R.21. Mev. p.4. dec.246. Horn. cl.5. R.5. p.271. b. in fin.*

16. Nec mercator, qui in loco tabernam, pergulam, vel officinam conduxit, ut aliquantum temporis ibi subsistere, merces venum exponere, & distrahere possit, ibi habet domicilium, vid. *l.29. §.2. de judic. Struv. c.l.* Sed mercatores in locis, in quibus mercaturæ causa assidue versantur, recte conveniri, tradit *Carpz. proc. tit.3. art.1. n.28.*

17. Etiamsi quis domum propriam in civitate aliqua emat, atque possideat, haud tamen inde domicilium ejus probabitur, nisi diuturnitas temporis accesserit, & satis diu in loco illo, & domo emta habitaverit, veluti per annos decem, *l. 2. C. de incol.* vel quot annos ad probationem domicilii pro ratione status ac qualitate personarum judex sufficientes habuerit, *Zanger. d. c. 1. n.47. Carpz. c. l. n. 24. 25.* add. *Wernher. sel. obs. for. p.9. obs. 116.*

18. Titulare saltem officium sine reali præstatione homagii domicilium non constituit, *Horn. cl.15. R.83. p.1168. b.* add. *Carpz. lib. 2. R.25.* Nec domicilium quis amittit ex eo, quod per tempus alibi fuerit in famulitio alicujus domini, *Carpz. p.3. c.38. d.18.* Nec ex hoc solo, quod quis in alio loco commorari cœpit, animus mutandi domicilium colligi potest, *Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.127.*

19. Va-

19. Vagabundus domicilium non habet, *Carpz. lib. 2. R. 25. n. 1.* hinc ubique, ubi deprehenditur, conveniri potest, quamvis etiam conveniri possit in domicilio originis, modo copia ejus haberi possit, *Carpz. proc. tit. 3. art. 1. n. 63. 64. Stryck. us. mod. tit. de judic. §. 18.*

20. Pro tali vero reputandus non est, qui honeste peregrinatur. Unde hic in alio loco conventus non tenetur invitus respondere, nisi ibi deliquerit, vel contraxerit. Dum ergo nullibi adhuc certum domicilium constituit, conveniendus est in loco originis *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de judic. verb. vagabundus. & us. mod. c. l.*

21. Plura quis habere potest domicilia, simul, *l. 6. §. 1. ad municip. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 1. not. 4. p. 928.* quæ &, ipso defuncto, ejus vidua retinet, *l. ult. C. de incol. Carpz. lib. 2. R. 24.*

22. Qui domicilium sub alicujus jurisdictione constituit, subjectionem, sive jurato, sive stipulata manu saltem, si exigatur, profiteri tenetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 401.*

23. Civis domicilium non mutans foro renunciare nequit. Sic non potest civis academicus, relicta academia, senatui oppidano se subjicere; nec civis oppidanus foro suo renunciare, & academiæ se submittere, nisi ad alium locum transeant, aut aliud quid exterius accedat, *Brunnem. ad l. 20. ad municip. in fin.*

DOMINIUM.

1. Dominii translatio in dubio non præsumitur, maxime, non præcedente titulo justo, & ad transferendum dominium habili, *Schneidew. ad §. si quis J. de R. D. Jason in l. 1. §. 21. n. 19. de acquir. vel amitt. possess.*

2. Do-

2. Dominium nudis pactis & cessionibus non transfertur, sed traditionibus & usucapionibus, *l.20. C. de pact.* etiamsi cum ipso Principe contractus fuerit initus, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 132.* dissentiunt *Bald. in c. 1. de nova form. fidelit. Angel. in l. 9. de rei vindicat. aliique.*

3. Ex generali autem locorum fere omnium consuetudine non saltem dominium, sed & possessio rerum hereditariarum ipso jure transit in heredes, *A. Fab. in C. lib. 7. tit. 7. d. 5. n. 9. Carpz. p. 3. c. 9. d. 27. n. 6.*

4. Et legatarius dominium rei legatæ regulariter a tempore mortis testatoris consequitur, citra ullum apprehensionis factum, ipso jure, *l. 80. de legat. 2. l. 62. de furt.* At hoc intelligendum de re testatoris propria: non de aliena, qualis etiam ratione transmissionis dominii est res heredis, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 307.*

5. Sola ususfructus reservatio ad transferendum rei venditæ possessionem atque dominium sufficit, *l. 28. C. de donat. Brunnem. ad l. 18. de acquir. possess.* nam vice traditionis est ipsa ususfructus reservatio, *Wernher. sel. obs. for p. 1. obs. 273.*

6. Unde qui rem suam hoc modo in alium transtulit, facultatem amplius non habet, eandem alteri vendendi, & si vel maxime id ausus fuerit, eamque emtori tradiderit, accedente etiam in Saxonia resignatione judiciali, non tamen quicqam juris in emtorem transiisse videri potest, *Wernher. t. l. n. 5.*

7. Dominium rei immobilis, jure Saxonico tam communi quam Electorali nuda traditione non transfertur, nisi accesserit resignatio judicialis, daß es Gerichtlich aufgelassen, und Kauffer damit belehnet

net worden, Landr. *lib.2. art.30. decis. nov. 61. ibique Philipp. consid. 1. Carpz. p. 2. c.39. d.35. & dec. 147.* dissentit quoad jus Saxonicum commune, & secundum illud investituram judicialem non nisi in donatione bonorum avitorum requiri, solide ostendit, *Franzk. lib. 2. resol. 12.* quocum faciunt *Berger. in œcon. jur. lib.2. tit.2. th.18. not.5. p.246. Wernher. sel. obs. for. p.5. obs.39.*

8. Resignatio vero judicialis, in foro Saxonico, ad translationem dominii, in rebus immobilibus, sine traditione extrajudiciali, haud sufficit, *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.51.*

9. Dominium rei venditæ ac traditæ non aliter in emtorem transit, quam si is pretium solverit, aut alio modo venditori satisfecerit, aut saltem fides de pretio habita sit, §.*41. J. de R. D. Stryck. de cautel. contr. sect. 2. c. 8.* §.*23.*

10. Fides de pretio habita non præsumitur, sed ab allegante probanda, *arg. l. 10. C. de non num. pec. Moller. lib. 4. Semestr. c. 28. n. 5.* ad quod sola traditio venditoris non sufficit, *Gail. lib. 2. obs 15. n.6. Stryck. c.l.* §.*24.* licet id velit *Barbos. ad l. 23.* §.*fin. n.35. solut. matrim. Mev. p. 4. dec. 206.*

11. Fides de pretio habita probatur 1) si terminus solutioni fuerit præfixus, seu dilatio solvendi pretii concessa, *Busius ad l. 19. n. 6. de contrah. emt.* 2) si cautio de pretio fuerit interposita, seu fidejussores eo nomine dati, *Brunnem. ad d. l.19. n. 3.* confer. *Berlich. p.1. conclus. 64. n.49.* 3) si emtori circa rem emtam tale quid concessum, quod soli domino competit, *Mev. p.4. dec. 280. n.3.* 4) si hypotheca venditori in re vendita constituta, *Mev. d dec.280. & p.6. dec.193. Stryck. c.l.* add. *Hopp. disput. de fide habita.*

12. Ubi vero emtor versatur in dolo a
ditorem ad fidem de pretio habendam indu
nium haudquaquam acquirit, sed in tali ca
tor rem a quolibet possessore vindicare pot
p.1. c.28. d.18.19. Wernher. sel. obs. for. p.
n.3. Rivin. ad O. P. S. tit. 42. en.9. p.1472
etiam inter mercatores obtinet, *Wernher. s*
p.3. obs. 64.

13. Verum id solum, quod quis jam
contractus non solvendo fuit, nondum dolu
atque adeo dominii translationem non impe
nher. sel obs. for. p.4. obs. 226.

14. Præsumitur dominium vel prop
possessione, præsertim diutina, *Wesenbec. vo*
21. n.68 Mev. p.1. dec.186. n.4. confer. tam
p.1. c.16. d.24. n 6. & ex libera & absoluta
qua dispositione, *Harprecht. pr. J. de R. D.*
7. R.33. p.419.b.

15. Quando principaliter de proban
nio agitur, v. gr. in reivindicatione, diffi
onus actori incumbere, notum est: cum satis
justum titulum cum traditione licet con
ostendisse, sed simul de jure ac dominio aut
stare debet, vid. *l. 21. de probat.* Nisi quod
mero hæc probandi difficultas, allegata usu
evitari possit, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs.*
3. & p.9. obs.33. n.1.2. add. *Carpz. lib.1. R*

16. Non sufficit in reivindicatione,
dominium de præterito, sed & de præsenti i
bandum est, *Carpz. p.1. c.16. d.24.*

17. In casibus fortuitis dominium pro
test per præsumtiones, *Horn. cl.5. R.7. p.27*

18. Super dominio juramentum reo p

ferri, jurat tamen de credulitate saltem, *Carpz. lib. 1. R.77. n.6. & 12. Berger. p.2. Supplem. ad E. D. F. tit.18. §.9. p.421.*

19. Clausula fideicommissaria non impedit, quo minus proprietas bonorum in fideicommissarium transeat, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 479.*

20. Dominium, quod venditor sibi in re vendita reservat, non ordinarium sed subsidiarium saltem esse, in securitatem scilicet creditoris, atque adeo reservatæ hypothecæ æquiparari; Quam ob rem ejusmodi venditori, ære non soluto, rem venditam ab emtore aliove possessore non simpliciter vindicare, sed tantum petere licere, ut eadem res sibi reddatur tantisper, donec pretium integrum solvatur; Cui consequens esse, venditorem, reservati dominii nomine, subhastationem morari non posse: posse tamen petere, ut de licito, in judicio deposito præ ceteris creditoribus sibi satisfiat, tradit *Berger. E. D. F. tit.42. obs. 4. ibique not. 1. p. 1382. seq.* ubi etiam, quod similis generis dominium uxori competat in donatione propter nuptias. Sed confer. *Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.51. n.6. p.115.*

21. Cui porro consequens est, quod, licet venditor in re vendita sibi reservaverit dominium, nihilosecius ad emtorem rei venditæ periculum indistincte pertineat, *Berger. c. l. not. 4. p. 1386. seq. Berger. dec.506. n.2.* item quod pretium emtionis venditionis, cujus nomine venditor in re vendita sibi reservavit dominium, anteferatur in concursu creditorum steuris ac oneribus, quæ interea excreverunt, *Berger. d. dec. 106. Horn. cl.13. R.11.*

22. Verum enim vero, dominio reservato venditori, damnum quidem particulare spectare ad em-

 torem

torem, periculum autem & interitus rei totalis esse venditoris, volunt *Carpz. lib.1. R.108. Huber.prælect. ad ff. tit. de contrah. emt. n.12. & tit. de peric. & commod. rei vendit. n.8. Schilter. ex.30. th.58.* nisi emtor fuerit in mora, *Carpz. c.l. n.27.29.*

DOMINUS.

1. Ex facto & delicto famuli dominus haud conveniri potest, *Farinac. pract. crim. lib.1. tit.3. qu.24. n.48. Carpz. p.4. c.43. d.6.* Communiter tamen volunt, ratione residuæ mercedis, adhuc hodie dominum teneri, *Heig. ad §.5. J. de noxal. act. n.16.* add. *Struv. ex.14. th.fin.* Sed hoc non aliter intelligendum, quam quod liceat judicem implorare, ut ille arrestum imponat residuæ mercedi, quo postea exinde satisfieri possit damnum passo, *Hopp. ad §.5. J. de noxal. act. in us. hod. Berger. œcon. jur. lib 3. tit.14. th.3. not.3. p.868. Wernher. sel. obs. for. p.7. obs. 60. n.7.*

2. Ast tenetur ex delicto famuli dominus, 1) si culpæ reus sit, aut jusserit, *Struv. ex. 14. th. 47. Hopp. c.l. Berger. c.l. & lib.2. tit.2. th.33. not.2. p.286* 2) famulus circa officium & ministerium suum, in seinem anbefohlenen Amte, deliquerit, *Pagenstecher. pctl. ad Lauterb. compend. jur. man. 2. tit. de nox. act. p.148. Hopp. c. l.* Tenetur tamen dominus & hoc casu, jure Saxonico, saltem ad mercedem debitam usque, *Moller. lib.4. c.18. Carpz. p.4. c.43. d.7. Horn. cl. 15. R.98.* nisi & culpa domini accesserit, *Hahn. ad Wesenbec. tit. de nox. act. n.7.* vel etiam dominus in eligendo vel retinendo famulo culpam commiserit, *Rauchb. p.2. qu.10. n.61. Wernher. d. obs.60.*

3. Dominus nequidem ex famuli delicto, eoque circa officium commisso, tenetur, si diligentiam in eligendo famulo satis probarit, utputa, cum eum magi-

magiſtratui, ad explorandam vitæ morumque integritatem, præſentavit, *Bona Coſſa de famul. qu. 149. 186. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 14. th. 3. not. 3. p. 868. ſeq. Horn. cl. 15. R. 99.*

4. In tantum tamen hodiernos dominos ex facto conductitiorum teneri, ut jure jurando ſe debeant purgare: Daß ſie den von ihren Bedienten unternommenen Excess weder befohlen, noch gut geheiſſen, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th 33. not. 2. p. 286.*

5. Hinc, ſi miniſter merces, in fraudem vectigalis, vel acciſæ, injuſſu domini, nec ex poſtfacto domino illud approbante, reticuerit, dominus ideo non tenetur, nec merces in commiſſum cadunt: tenetur tamen ſe purgare juramento: Daß er es dem Diener nicht geheiſſen, noch auch ſonſt, daß es der Diener gethan, gewuſt, *Horn. cl. 15. R. 97. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 14. th 3. not. 3. p 869.*

6. Sed, miniſtri culpa, rem in commiſſum cadere volunt; quamvis etiam, ſi ille non ſit ſolvendo, domino ſubveniendum eſſe, putent *Mev. ad jus Lubec. p. 3. tit. 3. art. 6. n. 18. Schilter. ex. 42. th. 60.* add. *Brunnem. ad l. fin. C. de publician. in rem act.*

7. Dominus, qui per alium, ut ſartores, famulos, aut ancillas, merces in certa taberna, pretio haud ſoluto, conſuevit emere, auf Credit zu nehmen, actione pulſari poteſt, & tenetur etiam ratione illarum, quas hi, ipſo inſciente, acceperunt, & retinuerunt, vel cum iis aufugerunt, *Horn. cl. 11. R. 39. Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c. p. 470. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 215.* Quod vero peculiari mandato Regio de an. 1708. in Saxonia Electorali mutatum eſt, vid. *Barth. c. l. Wernher. c. l.*

8. Dominus habet condictionem rei ſuæ, quam

famulus ipsius ludo perdidit, **Landr.** *lib. 2. art. 60. & lib. 3. art. 6. Carpz. pract. crim. qu. 134. n. 9.*

DOMINUS JURISDICTIONALIS.

1. Dominus, jurisdictionem patrimonialem habens, in Saxonia Electorali, subditos coram proprio judicio convenire *(a)* potest, modo 1) constitutus sit actuarius, qui in præsentia subditorum ad acta *(b)* juravit, *O. P. S. tit. 2. §. ult.* 2) Scabini adhibeantur, quorum tamen subscriptio necessaria haud *(c)* est, sed sufficit actuarium de præsentia eorum attestari, 3) judex abstineat pronunciatione, actaque ad Collegium Prudentum *(d)* transmittat, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 2. th. un. not. 7. p. 914. & p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 2. §. 4. p. 38. seq.* add. *Philipp. ad O. P. S. tit. 2. consid. 8.* Cujusmodi consuetudo etiam in Marchia viget, teste *Brunnem. ad l. 10. de jurisdict. n. 7.*

2. Ast actuarius, si ipsi demandatum est exercitium jurisdictionis, sive generatim, sive in specie, quoad illam causam ipse decernere potest: *(e)* quamvis tutius sit, acta ab actuario non definiri, sed ad Collegium juridicum transmitti, *Berger. cc. ll. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 219.*

3. Plane, si domini jurisdictionales coram suo judicio conveniant subditos suos, ad declinandam suspicionem, non ipsimet Actuarii cum Scabinis suis paga-

(a) vid. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. § 3.*

(b) Quod indistincte necessitatis est, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* add. *loc. actuarius. th. 3. lit. a. & th. 6. lit. b,*

(c) vid. loc. *actuarius. th. 10. lit. b.*

(d) Quod, maxime in causis dubiis & magni momenti, expresse præceptum est in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 3.*

(e) Imo non potest, sed jubetur acta, maxime in causis dubiis & alicujus momenti, ad Collegium Prudentum transmittere, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 3.*

paganis in causa judicent, sed acta ad Collegium quoddam Sapientum dijudicanda transmittant, *(f)* ex sententia Scabinorum Lipsiensium, teste *Rivino ad O. P. S. tit. 2. en. 9.* Quem in modum quoque respondit Ordo Wittenbergensis, teste *Bergero p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 4. §. 4. p. 41.*

4. Subditi autem Dominum jurisdictionalem coram proprio ejus judicio convenire non possunt: sed, sicubi adversus Dominum experiri velint ad forum illius competens, sive Schrifftsassicum, sive Ambtsassicum, remittendi sunt, *Berger. prox. c. l. p. 44.*

5. Dominus Jurisdictionalis regulariter subditum legitimis mediis, v. gr. mulcta, carcere, compellere potest, ut officium Scabini suscipiat, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs 170.*

6. Dominus jurisdictionalis, cui servitia debentur, servientibus, aut victum præbere, aut spatium, ad illud quærendum, concedere tenetur, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 8. not. 5. p. 53.*

7. Dominus Jurisdictionis liberos subditorum ad operas sibi locandas compellere non potest, licet parentes illis haud egeant: nisi a parentibus se disjungere, & extraneo operas suas addicere velint, aut in laribus paternis quidem remaneant, sed extraneis tamen operas mercede locare soleant, *Ordin. Polit. tit. 23. c. 3. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 44.*

8. Dominus Jurisdictionalis jus protimiseos in cibariis rusticorum, in den essenden Waaren, welche der Bauer zu Marckte trägt, non habet *Carpz. p. 2. c. 51. d. 10. Berger. dec 20. & 31.* nisi lex, vel expressa, vel tacita, aut conventio adsit, *Berger. cc. ll.* Quo

 casu

(f) Quod jubet *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

casu vero præsenti pecunia, & communi æstimatione, nach Marck-gültigen Preiß, illa solvere debet, *Berger. d. dec. 31.* Nec rustici tenentur, ea ad ipsum perferre, sed sufficit oblatio verbalis, ita ut dominus mittere debeat, qui eas res domi apud subditos spectent, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 27.*

9. Dominus jurisdictionalis eum, qui subditus ejus non fuit, ab altero, ad quem se recepit, ibique domicilium fixit, avocare nequit, quamvis in ejus jurisdictione natus fuerit, & tantisper habitarit, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. p. 1413.*

10. Dominus jurisdictionalis, qui pro subditis agit, exhibere tenetur instrumentum Syndicatus, aut aliud documentum, quo se legitimare possit, *Berger. dec. 257.* dissentit *Gail. lib. 1. obs. 125.*

11. Add. loc. *nobilis. th. 7. & 8.* loc. *excubiæ rusticorum.*

DONA NUPTIALIA.

Vid. loc. *nuptialia dona.*

DONATIO. DONATOR. DONATARIUS.

1. Ad sibi donandum, unicuique licitum est, homines blanditiis inducere, *Bellon. consil. 74. n. 7. Bursat. consil. 47. n. 26.*

2. Donationis præsumtio cessat, ubi alia sumi potest conjectura, *Menoch. lib. 3. præs. 10.* in dubio enim donatio non præsumitur, *l. 25. de probat. Carpz. dec. 144. n. 12.*

3. Non subsistit donatio, si non acceptetur a donatario, *l. 55. de O. & A. Carpz. lib. 5. R. 62. VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 157. n. 1.* adeo, ut nec morte confirmetur, *Carpz. p. 2. c. 12. d. 20. Stryk. de cautel. testam. c. 3. §. 68.* Exceptio est 1) in remissione debiti, *arg. l. 23. & 53. de solut.* 2) in donatione piæ causæ

causæ facta, *l. 15. C. de SS. Eccles. Carpz. d. R. 62. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 28. p. 275.*

4. Donatio igitur absenti facta inutilis est, *l. 10. de donat.* Valet tamen 1) si procuratorem absens constituat, ut ejus nomine donationem acceptet, *Thoming. dec. 6. n. 17. Carpz. p. 2. c. 12. d. 20. n. 2.* 2) vel alius saltem ejus nomine acceptet, modo vivo adhuc donatore ratihabitio absentis accedat, *Carpz. c. l. n. 3. 4.* Imo valet donatio facta pupillo, si ejus parens eam acceptet, *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 13. c. 7. Carpz. lib. 5. R. 62. n. 15.* 3) si donator per epistolam vel nuncium donatarium de liberali sua voluntate certiorem faciat, *l. 4. l. 10. de donat.* ubi acceptatio præsumitur, *Carpz. d. c. d. 21.* licet alias acceptatio facti sit, adeoque a donatario probanda, *VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 157.*

DONATIO INTER PARENTES ET LIBEROS.

1. Favore matrimonii pater liberis donare potest, quo facilius ad nuptias invitentur, qui alioquin cum filio aut filia familias contracturi non essent, *l. 1. solut. matrim. l. 18. de reb. autor. jud. possid. l. 64. in fin. de condit. & demonstr. A. Fab. in C. lib. 8. tit. 34. d. 1.*

2. Extra hanc matrimonii causam non valet donatio a patre in filiumf. collata, *l. 11. C. de donat. ibique Brunnem. l. 25. C. de donat. int. vir. & uxor. l. 13. C. de collat. Gail. lib. 2. obs. 38. n. 1. seq.* nisi sit remuneratoria, *Moller. lib. 2. semestr. c. 16.* vel juramento, *A. Fab. d. def. 1. n. 10.* aut morte patris confirmata, *l. 25. C. de donat. int. vir. & uxor. ibique Salycet. & Dd. nov. 162. c. 1. in fin.*

3. In foro Saxonico valet donatio rerum mobilium facta filio, etiam non emancipato, statim ab initio, adeo ut donatarius habeat illas res præcipuas, sive

contingat, donatarium prædecedere, sive donatorem, teste *Colero p. 1. dec. 13. n. 3. Carpz. p. 2. c. 12. d. 22.*

4 Mater liberis suis res quasvis valide donat, *Carpz. d. c. d. 23.* etiam res immobiles, absque curatore, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 8.* add. *VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 161.*

5. Subsistit quoque donatio a filiofam. in patrem collata, *Carpz. lib. 6. R. 118. n. 12. 14. & 18.* Sed hoc tantum in majorennibus procedit: in minorennibus autem neutiquam locum habet, etiamsi autoritas curatoris accesserit, & donatio judicialiter confirmata fuerit, nisi donatio a filiofam. post adeptam majorennitatem, sive tacite, sive expresse, ratificetur, *Dec. Elect. Sax. nov. 23. ibique Philippi.*

DONATIO INTER VIRUM ET UXOREM.

1. Donatio inter virum & uxorem non valet, *l. 1. 2. 3. donat. int. vir. & uxor. c. fin. X. eod.* **Landr.** *lib. 1. art. 31. §* **Darum mag kein Weib:** *Coler. p. 1. dec. 12. n. 22.* nec confirmatur morte donatarii, *l. 8. de donat. int. vir. & uxor. l. 18. C. eod. Struv. ex. 30. th. 30. Berger. oecon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 28. p. 276.* licet in heredes donatarii collata sit, daß solche nach ihren Absterben auf ihre nechste Erben kommen sollen, *Carpzov. p. 2. c. 13. d. 14. Berlich. p. 2. concl. 15. n. 1. seq.*

2. Valet tamen donatio inter conjuges, 1) si morte donantis confirmetur, *l. 32. §. 2. de donat. int. vir. & ux. l. 1. l. 3. C. eod. Gail. lib. 2. obs. 91. n. 1.* (modo vivente adhuc donatore secuta fuerit traditio rerum donatarum, *l. 23. de donat. int. vir. & uxor. ibique Bartol. Mev. p. 6 dec. 67.* quamvis dissentiat *Struv. ex. 30. th. 30. propter nov. 162. c. 1.* Sed valet saltem

usque

usque ad summam 500. solidorum, si judicialiter non fuerit insinuata, *l. 25. C. eod. Carpzov. d. c. 13. d. 15. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 301.* licet donator sit princeps apanagiatus, *Wernher. p. 8. obs. 328.* 2) si sit reciproca, aut remuneratoria, *Carpz d. c. d. 18.* dissentit *Moller. in d. c. 13. n. 6.* 3) si sit mortis causa, *l. 9. §. ult. de donat. int. vir. & uxor. Berlicb. d. conclus. 15. n. 8.* 4) si juramento sit confirmata, *Berlich. d. concl. n. 14.)* 5) quæ facta est in festo nativitatis Christi, *Carpz. d. c. d. 20.* Plures exceptiones refert *Berlich. d. p. 2. concl. 15.*

3. Si uxor coram magistratu peculiarem curatorem sibi eligat, ejusque autoritate marito donet, vel e contrario: tum donatio hæc inter vivos, sive sit rerum mobilium, sive immobilium, inter conjuges recte valebit: modo etiam actis publicis insinuetur, *Coler p. 1. dec. 12. n. 24. Carpz. d. c. 13. d. 16. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 28. p. 276.* dissentit *Wernher. p. 8. obs. 390.*

4. Investitura de bonis uxoris immobilibus, seu cessio possessionis facta marito in judicio, Gerichtliche Belehnung, non tribuit ipsi dominium, nec valet in vim donationis mortis causa, *Carpz. d. c. d. 17.* ubi *n. 11.* testatur, ex speciali tamen & inveterata consuetudine urbis Lipsiæ, ejusmodi cessionem possessionis, seu investituram de bonis uxoris marito factam, vim & efficaciam donationis mortis causa habere, adeo, ut, defuncta uxore, superstes maritus vigore hujus cessionis, proprietatem bonorum consequatur.

5. Maritus uxori res expeditorias donare non potest, nequidem ob remunerationem: nisi judicialiter vel coram notario & testibus hasce res præsentes con-

conjugi tradiderit, ac res utrinque donatæ æquivalentes fuerint, *Carpz. d. c. d. 3.*

6. Donatio inter sponsum & sponsam jure subsistit, nec post ejus obitum repeti donatum potest, *l. 27. l. 66. §. 1. de donat. int. vir. & uxor. Carpz. d. c. d. 19.* etiamsi sponsalia de præsenti fuerint, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 208.*

DONATIO INTER VIVOS.

1. In dubio donatio inter vivos censenda est, etiamsi mortis mentio fiat, aut executio in eventum mortis differatur, *Carpz. p. 2. t. 12. d. 24. Stryck de cautel. contr. sect. 3. c. 9. § 10. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 27. p. 272. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 35. & in supplem. nov. add. obs.* maxime quando adjectum est pactum de non revocando ipsam donationem, *l. 27. de donat. mort. caus. Menoch. lib. 3. præsumt. 35. n. 2.* vel ususfructus rerum donatarum reservatus, vel donatio insinuetur, *d. l. 27. A. Fab. in C. lib. 8. tit. 37. d. 3. n. 6. & 7.* ita, ut amplius revocari nequeat, *Hartm. Pistor. p. 3. qu. 8.* & mortuo ante donatorem donatario, hujus heredes rem donatam petere possint, *Horn. cl. 10. R. 20. Carpz. d. c. d. 25.*

2. Donatio inter vivos, a minore sine curatoris consensu facta, est nulla, *l. fin. C. si maj. fact.* etiamsi decretum judicis accesserit, *Stryck. de cautel. testam. c. 3. §. 68.* adeo ut nequidem morte confirmetur, *Stryck. c. l. §. 69.*

3. Donatio inter vivos, excedens 500. solidos, seu aureos ungaricos judicialiter insinuanda est, *§ 2. J. de donat. l. pen. §. ult. C. eod. Carpz. p. 2. c. 12. d. 12.* alias vitiosa est, quatenus eam summam excedit, *l. 34. pr. C. eod. Carpz. d. c. d. 17. Stryck. de cautel. contr. sect.*

3. c. 9.

3. c. 9. §. *5.* licet facta sit coram notario & testibus, *Wernber. sel. obs. for. p. 5. obs. 128.* vel ecclesiæ aut ad pias causas, *Carpz. d. c. d. 13.* dissentit *A. Fab. in C. lib. 8. tit. 35. def. 12.* vel sit jurata, *dec. Elect. Sax. nov. 26.* ibique *Philippi*, *Carpz. d. c. d. 14. A. Fab. d. lib. 8. tit. 38. def. 5.* dissentit *Gail. lib. 2. obs. 39. n. 12. Finckelth. obs. 116. n. 20.* Quos, quantum ad jus canonicum, sequitur *Wernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 157. n. 95. Stryck. de cautel. contr. sect. 3. c. 9.* §. *5.*

4. Limitatur 1) in donatione reciproca, seu remuneratoria, *l. 27. de donat. Gail. lib. 2. obs. 39. n. 24. Wernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 65.* 2) si alicui plures res, conjunctim legitimam quantitatem excedentes, diverso tamen tempore, ab una persona donentur, *l. 34.* §. *3. C. de donat. Carpz. d. c. 12. d. 15. Stryck. de cautel. contr. sect. 3. c. 9.* §. *5. Wernber. sel. obs. for. p. 7. obs. 95.* 3) in donatione a principe vel principi facta, *l. 19. C. de SS. Eccles. Carpz. d. c. d. 16. n. 1.* quod vero ad principes apanagiatos extendendum haud est, *Wernber. p. 8. obs. 328.* Plures casus excepti reperiuntur *in l. 36. C. de donat.* & apud *Schneidew. ad* §. *2. J. de donat. n. 36.* add. *Carpz. d. def. 15. Berlich. p. 2. concl. 14.*

5. Donatio rerum, sive mobilium, sive immobilium, coram quocunque judice insinuari potest: quamvis tutius id fiat coram judice competente, *Carpz p. 2. c. 12. d. 18. 19. & lib. 5. R. 57. Stryck. c. l.* cum competentiam judicis exigant *Brunnem. ad l. 32. C. de donat. Richter. vol. 2. consil. 381. n. 35.* præprimis si sit donatio omnium bonorum, *Wernber. p. 5. obs. 129.*

6. Sed jure Saxonico rerum immobilium donatio, cujuscunque etiam valoris, sive magni sive parvi illæ sint, aliter non valet, quam si coram judice, ubi bona sita sunt, facta sit insinuatio, *Carpz. d. c. d. 19.*

Berlich.

Berlicb. d. concl. 14. n. 5. 7. Pl e donationem bonorum immobilium, quorum v: or 500. solidos haud excedit, etiam in foro Saxonic absque judiciali insinuatione valere, tradit *Wern er. p. 9. obs. 1.*

7. Magistratus, merum i perium habens, coram se ipso *(a)* donationem in: nuare potest, *Carpz. d. c. d. 16. n. 11. seq.*

8. Insinuatio donationis judicialis etiam per procuratorem, aliamve person: n intermediam, vel etiam per epistolam & scriptura: fieri potest, *nov. 127. c. 2. Carpz. lib. 5. R. 56.* & in hun : modum respondit Fac. jurid. Witteb. apud. *Wernb r. in Supplem. adp. 1. obs. 35.* Sed, quod ad donatic nem omnium bonorum, eandem in contrariam sententiam inclinasse, apparet ex responso, quod exhibet *Wernber. sel. obs. for. p. 5. obs. 129.*

9. Donatio cœci, etsi inter vivos & judicialiter facta, sine prævia prælectione, non valet, *Wernber. sel. obs. for. p. 7. obs. 149.*

10. Donationem omnium bonorum non subsistere, nisi donator quædam bona sibi reservaverit, de quibus disponere aut testari possit, volunt *Carpz. p. 2. c. 12. d. 26. 27. & lib. 5. R. 65. Trentacinqu. lib. 5. resolut. 3. tit. de don. n. 2. ibique citati Dd.* videtur autem donator sibi aliquid reservasse, si donatio hæc tria, nempe jura & actiones, bona mobilia & immobilia, bona præsentia & futura, conjunctim & expresse non comprehendat, *Carpz. d. def. 27. n. 3. seq.* Plane jure Saxonico Electorali donationem omnium bonorum

(a) Sic dubium non est, quin nobilis coram proprio judicio rite ordinato, donationem insinuare valeat, per ea, quæ habet *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 3.*

norum inter vivos non valere, etiamsi donator usumfructum & alimenta sibi reservaverit, tradit *Berger. dec. 69.*

11. Sed affirmativam, tanquam veriorem, & jure civili, & hodierno, *propter. l. 35. §. 4. & 5. C. de donat. l. 8. C. de revocat. donat. l. 5. C. de inoffic. donat.* defendunt *Wissenb. ad ff. tit. de donat. th. 11. Stryck. de cautel. contr. sect. 3. c. 9. §. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 8.* ubi præjudicia. add. tamen *ejusdem supplem. nov. ad p. 1. obs. 21. n. 199. seq.*

12. Sub donatione omnium bonorum futura non comprehenduntur, nec sub mobilibus & immobilibus nomina, *Bachov. ad Treutler. vol. 2. disp. 19. th. 5. lit. c. Stryck. c. l. Wernh. sel. obs. for. p. 1. obs. 284. n. 3.*

13. Æs alienum in donatarium non transit, *l. 15. C. de donat. Stryck. de cautel. contr. c. l. §. 8.* adeo, ut nequidem a creditoribus conveniri queat, *A. Fab. in C. lib. 8. tit. 34. def. 4. n. 1.* nisi bona donata ipsis ante factam donationem fuerint oppignorata, *A. Fab. d. tit. 34. def. 5. n. 26. Carpz. p. 2. c. 12. d. 28.* vel donatio in fraudem creditorum fuerit facta, *A. Fab. d. tit. 34. def. 5. n. 8. 10. 20. Carpz. d. c. d. 29. 30.* add. *Mev. p. 7. dec. 359. & p. 5. dec. 272.* vel donatarius a principe aut fisco causam habeat, *Mev. p. 5. dec. 271.*

14. Donatio inter vivos revocari non potest, *l. 3. l. fin. C. de revoc. donat.* nisi PRIMO propter ingratitudinem *d. l. fin.* nec valet pactum de non revocanda donatione ob ingratitudinem, *Zœs. ad ff. tit. de donat. n. 93.* Præter causas vero ingratitudinis in *d. l. fin.* expressas alias similes & majores non admitti, tradit *Carpz. d. c. 12. d. 31. Harprecht. ad §. 2. n. 157. J. de donat.* dissentit *Bachov. ad Treutler. vol. 2. disp. 19. th. 7. lit. d.*

15. Do-

15. Donatio omnis ea lege facta, ut a
revocari poteſt, ſi donatarius promiſsis no
Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 29. not. 3. p.
30. not. 2. p. 284. vel ſi conventio adjecta
impleta, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 45.*
natarius pactum donationi adjectum non ſ
res donata actione ingrati etiam a tertio poſ
vocari poteſt, quando is ſcientiam pacti hab
que doli particeps fuit, *VVernber. ſel. obſ*
obſ. 29.

16. Etiam propter negata alimenta
ſi hic ad inopiam plane redactus fuerit, revo
donationem, docet *Struv. ex. 40. th. 15.* Se
rium ſtricto jure non teneri alere donator
opiam redactum, tradit *Zoeſ. ad ff. tit. de d*
Stryck. de cautel. contr. ſect. 3. c. 9. §. 8.

17. Revocari poſſunt non alia, qua
net donatarius eo tempore, quo controver
tur, *l. 7. C. de revoc. donat.* niſi in fraudem
alienatio contigerit; ſalva quoque eſt hypo
ditori, & pignus luet, ſi rem petat, donator
n. 101. Fructus etiam non niſi extantes, &
quis ex conſumtis locupletior factus, item
conteſtatam percepti repetuntur, *Struv. ex.*

18. Non vero locum habet revocatio
titudinem, 1) ſi donator malis moribus ſuis
juriis donatarium laceſſerit, ad injurias ipſ
das, *Horn. cl. 10. R. 5.* 2) ſi donatio ſit rem
ria, *Horn. c. l.* niſi quatenus excedit ca
que adeo ſimplicis loco habetur, *Berger.*
lib. 2. tit. 2. th. 29. not. 1. p. 279. 3) ſi donati
dalis, ut præſidium paternum, *VVernber. ſe*
p. 1. obſ. 66. 4) in donatione ob cauſam, q

expressa non est, etiamsi causa non fuerit subsecuta, *Carpz. p.2.c.12.d.39. Wernher.sel. obs.for.p. 10. obs.391.* 5) in donatione a matre liberis facta, si libidinose vixerit, aut ad secundas nuptias transierit, *l. 7. in fin. C. de revoc. donat. Struv. ex. 40. th. 15.* nisi filius vitæ ejus insidiatus, aut manus impias ipsi intulerit, aut totius substantiæ jacturam molitus est, *auth. quod mater C. eod. VVernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 47.* 6) si donator siluerit, nec fuerit conquestus, post ejus mortem non licet heredibus revocare donationem, *l. 7. l. ult. C. de revoc. donat. Struv. c. l.* add. *Donell. lib. 14. c. 30. lit. b.* nisi ex capite non impletæ conditionis, quæ post mortem donatoris erat implenda, instituatur revocatio, *l. 1. C. de donat. quæ sub modo. Hopp. ad verb. donatoribus. §. 2. J. de donat.* 7) contra heredem donatarii, nisi revocatio jam facta, vivente donatario, tempus vero agendi in judicio non competierit, *Struv. c. l.* dissentit *Donell. lib. 14. c. 30. lit. a.*

19. Super causas ingratitudinis, propter quas donatio revocatur, jusjurandum deferri potest, *VVernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 46.*

20. SECUNDO: ob supervenientiam liberorum, *l. 8. C. de revoc. donat. Harprecht. ad §. 2. J. de donat. Wernher. supplem. nov. ad p. 10. obs. 371.* etiamsi 1) certæ saltem partis donatio facta fuerit, *A. Fab. in C. lib. 8. tit. 36. def. 9. n. 1.* 2) unicus saltem nascatur, *arg. l. 48. de V. S.* 3) liberi deinceps vivo donatore decesserint, modo res nondum sit tradita, aut tamen possessio repetita, *Struv. ex. 40. th. 16. in fin.* 4) ecclesiæ sit donatum, *Mynsinger. lib. 6. obs. 95.* vid. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 29. not. 5. p. 282. VVernher. supplem. nov. ad p. 1. obs. 21. n. 205. seq.*

21. Revertitur ob hanc causam totum quicquid donatum, ad donatorem, *l. 8. C. de revoc. donat.* si nimirum quid supersit: Quod enim casu periit, aut bona fide consumtum est, revocationi obnoxium non est, *Struv. c. l.* Fructus vero non revocantur, nisi qui a tempore nativitatis sunt percepti, si modo & hi non sint bona fide a nescio, liberos natos esse, consumti, *Zas. ad ff. tit. de donat. n. 138. 140.*

22. Quando ex supervenientia liberorum revocanda venit donatio, licet donator tacuerit, ipsi tamen liberi, defuncto eo, experiri, & donatum repetere possunt, quia per supervenientiam liberorum ipso jure revocatur donatio, *l. 8. C. de revoc. donat. A. Fab. in C. lib. 8. tit. 36. def. 14. n. 3. Carpz. p. 2. c. 12. d. 40.*

23. Cessat revocatio ob supervenientiam liberorum 1) si liberi tempore donationis factæ jam extiterint, *Carpz. d. c. d. 41.* nisi sit inofficiosa, *VVernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 112.* 2) si donatio sit remuneratoria, *Carpz. d. c. d. 34.* 3) si revocationi sit renunciatum: quæ tamen renunciatio non nocet liberis, quo minus legitimam consequi possint, *Carpz. d. c. d. 33. Stryck. de cautel. contr. sect. 3. c. 9. §. 7.* Plane talem renunciationem non valere, etiamsi juramento sit firmata, tradit *Mynsinger. cent. 5. obs. 63. Gail. lib. 1. obs. 40. n. 13.*

24. De cetero donatio, filio facta, per supervenientiam plurium liberorum, saltem usque ad legitimam rescinditur, *Gail. lib. 2. obs. 116. n. 4. Carpz. p. 2. c. 12. d. 33. n. 8.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 29. not. 5. p. 283.*

25. TERTIO: si donatio sit inofficiosa, i. e. adeo immoderata, ut liberis aut parentibus non sit legi-

legitima relicta, *l. 1. C. de inoffic. donat. Carpz. d. c. def. 35. n. 1. Hopp. ad verba: ingrati existant. §. 2. J. de donat.* sive respectu liberorum; *l. 1. & tot. tit. C. de inoffic. donat.* sive parentum, *l. 4. C. eod.* & quidem in totum revocatur, si extraneo facta sit cum consilio fraudandi legitimam: absque vero intentione fraudandi, aut uni ex liberis facta rescinditur tantum quoad legitimam, secundum tradita Doctorum, vid. *Hopp. ad verba: ingrati existant. §. 2. J. de donat. Stryck. de cautel. testam. c. 17. m. 2. §. 25.* Sed absque discrimine id tantum, quod legitimæ deest, supplendum esse, putant *Donell. lib. 19. c. 11. tit. 1. Fachin. lib. 6. controv. c. 84. Struv. ex. 40. th. 14. Beyer. posit. ad ff. tit. de donat. posit. 14. VVernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 190.* confer. *Stryck. c. l.* Omnem vero donationem revocandam esse, contendit *Gail. lib. 2. obs. 116. n. 4.*

26. Fratres quoque iis casibus, quibus ipsis competit querela inofficiosi testamenti, donationem inofficiosam revocare queunt, *arg. l. ult. C. de inoffic. donat. ibique Godofr. lit. b.*

27. Invito etiam donatore inofficiosa revocatur donatio, *Donell. d. c. 11. lit. b. Carpz. p. 2. c. 12. d. 35. n. 3. 4.* & quidem non nisi post mortem donatoris querela inofficiosæ donationis proponitur, *Struv. c. l.* ita ut reo jusjurandum deferri possit, quantum acceperit: ac contra actoris jurejurando, vel inventario explicari, quantum nunc sit in bonis defuncti, *Hillig. ad Donell. lib. 19. c. 11. lit. f.*

28. Cessat querela inofficiosæ donationis, 1) ob ingratitudinem, *nov. 92. Struv. ex. 40. th. 14.* 2) ob agnitionem voluntatis, *l. 6. C. de revoc. donat. Struv. c. l.* 3) propter quinquennii lapsum, *l. ult. C. eod. Struv. c. l.* 4) si donator tantum postea quæsierit,

quantum satis sit ad legitimam, idque reliquerit, *Donell. lib. 19. c. 11. lit. e.* ubi *Hilliger.* addit: *quod intellige, collatis per calculum in unum & prioribus facultatibus, quas per donationes vacuas fecit, & posterius acquisitis, si ex utrisque debita portio integra: cum læsio probanda collatione bonorum, quæ nunc adsunt, & quæ fuerunt tempore donationis*, add. *Struv. c. l. Horn. cl. 7. R. 36. p. 428. a. & cl. 10. R. 19. p. 588. b.* Sed, an donatio sit inofficiosa, æstimatur tempore donationis, secundum *Donellum c. l. lit. f. Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 21. lit. c. p. 606.* add. *Carpz. p. 2. c. 12. d. 36.* ut itaque 5) cesset querela, si eo tempore modum non excesserit donatio, tametsi deinde, deminutis facultatibus, post mortem donatoris tantum non accipiant heredes, quantum ad legitimam sufficit, *Donell. c. l. Barth. c. l.* 6) Si donatio sit remuneratoria, *Carpz. d. c. 12. d. 35. Stryck. de cautel. testam. c. 17. membr. 2. §. 16. & in us. mod. tit. de don. u. §. 17.* dissentit *Covarruv. in c. cum in officio. X. de testam. n. 11.*

29. Quod si plures sint donationes, interesse videtur, an sint simul eodem tempore factæ, atque uti simul minuunt legitimam, ita & omnes pro rata revocandæ: an vero distinctis temporibus, ita, ut prioribus donationibus nihil decedat legitimæ, & tunc posterior, seu posteriores solum, quatenus minuunt legitimam, revocantur, *Struv. c. l. Brunnem. ad l. 1. C. de inoffic. donat.*

DONATIO MORTIS CAUSA.

1. Donatio mortis causa non constituitur sola mortis mentione, sed necesse est, ut voluntas donantis intuitu mortis elicita, & in eventum mortis suspensa sit, *§. 1. J. de donat. l. 2. de donat. mort. caus. Horn. cl. 10. R. 20. p. 591. b. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 35.*

2. Mi-

2. Minor absque autoritate curatoris mortis causa donare potest, *l.7. §.4. de donat. l.25. §. 1. de mort. caus. donat. Carpz. p.3. c.1. d.22.*

3. Donatio mortis causa etiam requirit præsentiam & acceptationem donatarii, *Carpz. lib.5. R. 62. n. 16. Stryck. de cautel. testam. c.3. §.36.* Plane absenti donari potest, si pro eo epistola vel notarius, vel aliquis alius interveniat, ejusque locum repræsentet, *Carpz. p.3. c.1. d.35. n.1.* add. *Stryck. d. tr. c. 4. §. 16.* Imo valere donationem mortis causa absenti & ignoranti factam jure legati aut fideicommissi, tradit *Carpz. d. def.35. n.6. & d. R. 62. n. 17.*

4. Donatio mortis causa pro lubitu revocari potest, *Carpz. p.2. c.43. d.10. n. 4. & p.3. c.1. d.23. n.3.* nisi adjectum sit pactum de non revocanda donatione: tunc enim degenerat in donationem inter vivos, *Carpz. p.3. c.1. d.39. Stryck in annot. ad Lauterb. tit. de mort. caus. donat. verb. obst. 13. Wernher. p. 8. obs. 497.* (confer. tamen *Mev. p.6. dec. 32.*) modo non per notarium ex stylo consueto, peractis jam antea substantialibus, clausula de non revocando adjiciatur, *Carpz. d. c.1. d. 40.*

5. Donatio omnium bonorum mortis causa valida est, *l.30. de mort. caus. donat. Carpz. d. c. 1. d. 23. n. 2. seq.* & insinuationem judicialem non requirit, licet 500. solidos excedat, *Ludovici us. pract. distinct. jurid. lib.39. tit. 6. dist. 1.*

6. Ast jure Saxonico Electorali, quod etiam in Episcopatibus observari solet, *Carpz. d. c. 1. d. 24.* donatio omnium bonorum mortis causa saltem judicialiter facta valet, non etiam coram notario & testibus, *Constit. Elect. 1. p.3 ibique Carpz. d. 23. Berlich.*

p.3. concl.1. n.22. seq. Struv. ex. 40. th. 22. Nec excipitur donatio tempore pestis facta, *Carpz. d. c. d. 34.*

7. Potest tamen fieri donatio omnium bonorum mortis causa etiam apud acta alterius judicis, sub quo bona sita non sunt, *Carpz. d. c. 1. d. 25.* dissentit *Heig. p. 2. quæst. 17. n. 26. Berlich. p. 3. concl. 1. n. 23.*

8. Subsistit quoque hæc donatio domi conscripta, & postea apud acta judicii insinuata, *Carpz. d. c. d. 26.* (dissentit *Moller. ad d. c. 1. n. 8.* ubi requirit, ut donatio præsente judice fiat) Præsentia vero actuarii necessaria est, si donatio judicialiter insinuetur, *Wernher. supplem. nov. ad p. 3. obs. 189.*

9. Ab ipso vero donatore insinuanda est donatio: alias non subsistit, etiamsi per procuratorem ad hunc actum specialiter constitutum insinuatio facta fuerit, *Moller. lib. 1. semestr. c. 5. n. 12. Carpz. d. c. 1. d. 27.* dissentit *Berlich. p. 3. concl. 2. n. 41. Stryck. de cautel. testam. c. 8. §. 21.*

10. Valet donatio omnium bonorum facta in domo donatoris coram judice ejusque assessoribus ad hoc specialiter vocatis, *Möller. ad p. 3. c. 1. n. 8. Carpz. ad d. c. 1. d. 28.*

11. Ejusmodi donatio judicialis omnium bonorum, in Electoratu Saxoniæ, etiam absenti facta valet, *Carpz. p. 3. c. 1. d. 35. n. 8.*

12. Ad donationem mortis causa extrajudicialem, quæ etiam in Saxonia Electorali in rebus particularibus fieri potest, *Carpz. d. c. d. 29. n. 1.* præcise requiruntur quinque testes, *l. fin. C. de mort. caus. donat. Hopp. ad verba: per omnia fere legatis. §. 1. J. de donat.* (inter quos etiam notarius computatur, *Berlich. p. 3. concl. 2. n. 18. Carpz. d. c. 1. d. 32.*) adeo ut aliter non valeat donatio, etiamsi juramento sit corroborata, *Carpz.*

Carpz. d. c. d. 29. sed duos saltem sufficere testes contendit *A. Fab. de error. pragmat. part. 2. decad. 44. err. 1.* quem sequitur *Bachov. ad Treutler. vol. 2. disp. 19. th. 9. lit. e.*

13. Et requiritur, ut testes donatorem videant, quamvis sufficiant testes non rogati, & mulieres, *Carpz. d. c. d. 30.* De cetero nec plures quam quinque testes in donatione m. c. a cœco facta necessarii sunt per tradita *Strykii de caut. testam. c. 4. §. 15.*

14. Subsistit tamen donatio mortis causa coram duobus testibus, 1) quæ tempore pestis, *l. 15. d. mort. caus. donat. Berlich. p. 3. concl. 2. n. 6.* 2) ad pias causas, *Carpz. p. 3. c. 1. d. 33. n. 2. 3.* & 3) liberis facta, *Pruckm. vol. 1. consil. 34. n. 17.*

15. Donatio mortis causa, per procuratorem, nomine donatoris facta, non valet, sive sit omnium bonorum, sive sit rerum singularium, *Berlich. d. concl. 2. n. 24. seq. Carpz. d. c. d. 36.* dissentit *Rauchb. p. 2. qu. 16.*

16. Ex donatione omnium bonorum mortis causa, in Electoratu Saxoniæ, obstringitur donatarius creditoribus donatoris, per tradita *Carpzovii p. 3. c. 1. d. 38. & lib. 6. R. 2.* nam ibi donatio omnium bonorum mortis causa per omnia testamentis judicialibus æquiparatur, ita, ut quod de testamentis disponitur, illud quoque in donatione mortis causa locum habeat, *Berlich. p. 3. concl. 2. n. 31. Carpz. d. c. 1. d. 23. n. 7. 8. & d. 27. n. 6.* Secus est si donatio non sit omnium bonorum, etiamsi maximam bonorum partem exhauriat, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. cent. 2. consil. 26. p. 1122.*

17. Igitur non valet donatio omnium bono-

runi mortis causa, in qua liberis & parentibus relicta non est legitima, *Carpz. d. c. 1. d. 8. 9. & lib. 6. R. 3.*

18. Exceptio est in donatione conjugum reciproca & remuneratoria omnium bonorum, in casum mortis facta, quæ subsistit, etiamsi liberis aut parentibus legitima relicta non fuerit: quæ tamen illis ex bonis donatis exsolvenda ac supplenda erit, *Carpz. d. c. 1. d. 10.*

19. Et hoc quoque singulare est in donatione conjugum reciproca omnium bonorum mortis causa, quod extrajudicialiter coram 5. testibus facta subsistat, *Carpz. p. 2. c. 43. d. 2. & p. 3. c. 1. d. 10. n. 4. & c. 2. d. 8.*

20. Reciproca inter conjuges donatio mortis causa valet, licet sit inæqualis; nec uxor ad hanc opus habet curatore, *Carpz. p. 3. c. 2. d. 6.* confer. *Berlicb. dec. 91.*

21. Donatio conjugum mortis causa, apud acta soli judici vel quæstori, non præsentibus aliis Scabinis, insinuata, valida est, *Carpz. d. c. 2. d. 7. & lib. 6. R. 4. n. 3.*

22. Donatio mortis causa inter conjuges reciproca, invita etiam altera parte, revocari & mutari potest, quamvis donationem servare, judicialiter, & jurato promissum sit, *Carpz. d. c. 2. d. 11. & lib. 6. R. 4.* Idque adeo verum, ut, mortuo quamvis uno conjuge, superstes tamen pro sua parte a donatione recedere valeat, *Carpz. d. c. 2. d. 12.*

23. Jure civili reservatum in donatione mortis causa, de quo donator testari potuerit, non facto postea testamento, aliave ultima voluntate, donatario accrescit, exclusis heredibus ab intestato, *l. un. §. hac autem omnia. 14. C. de caduc. toll. Jason. in l. sciendum. 2. de*

2. de legat. 1. n. 20. Carpz. p. 3. c. 2. d. 1. n. 1. secus ac de jure Sax. Elect. quo illud ad heredes ab intestato pertinet, *d. p. 3. c. 2. ibique Carpz. d. 1.*

24. Bonis mobilibus & immobilibus alicui mortis causa donatis, jura & actiones, etiam donatori non reservatæ, donatario haud accrescunt, sed heredibus ab intestato cedunt, *Carpz. d. c. 2. d. 2. Berlich. p. 3. concl. 3. n. 8.*

25. Donatario heredi ex statuto, puta, marito in foro Saxonico, reservatum rerum mobilium in donatione mortis causa ab uxore facta, haud cedit, *Carpz. d. c. 2. d. 3.*

26. Donatarius una cum fundo in casum mortis donato fructus pendentes lucratur, *Carpz. p. 3. c. 13. d. 2. Moller. ad eand. c. 13. n. 4.*

27. Revocatur & dissolvitur donatio mortis causa 1) si donatarius ante donatarium præmoriatur, *l. 23. l. ult. de donat. mort. caus. Horn. cl. 10. R. 20. p. 591. 4.* 2) si donatarius convaluerit, aut ex periculo, quod metuebat, & cujus intuitu donationem fecerat, liberatus fuerit, *l. 19. de reb. credit. l. 12. de condict. caus. dat. caus. non sec. Carpz. p. 3. c. 2. d. 9. n. 3.* 3) sola donantis revocatione & pœnitentia, *l. 30. de mort. caus. donat. Moller. lib. 2. Semest. c. 39.* eaque vel expressa, vel tacita, *Carpz. d. c. 2. d. 10. n. 1.*

28. Tacite revocata censetur donatio 1) si inimicitiæ capitales inter donatorem & donatarium intervenerint, *Schneidew. ad J. tit. de donat. rubr. de donat. mort. caus. n. 22.* 2) si donatarius adulterium cum uxore donatoris commiserit, *Menoch. lib. 3. præsumt. 37. n. 29.* 3) si uxor donataria mariti impudice aliquem deosculata fuerit, *Menoch. c. l.* 4) si donatarius curam donatoris ægrotantis

 negle-

neglexerit, *Menoch. c.l. n. 31.* 5) si donator rem donatam postea nulla urgente necessitate alienaverit, *l.12. l.32. §.5. de donat. int. vir. & uxor. Horn. cl. 10. R.4. p.562. a.* 6) alteri legaverit, aut in testamento donaverit, *Modest. Pistor. p.3. qu. 123.* quod tamen de speciali duntaxat rei donatæ dispositione intelligendum est, secus in dispositione generali, *Carpz. d. c. 2. d. 10. n. 8.* add. *Berlich. p.3. concl. 2. n. 44.*

DONATIO PROPTER NUPTIAS.

1. Inter donationem propter nuptias ac dotem servanda est æqualitas, *l. 9. cum auth. æqualitas. C. de pact. convent. l. fin. vers. sin autem. cum auth. dos data. C. de donat. ant. nupt. nov. 97. c. 1. nov. 98. Struv. ex. 30. th. 35.* sed usu hæc æqualitas non ubique observatur, teste *Gail. lib. 2. obs. 78. Carpz. p. 2. c. 42. d. 1. n. 4. 5. Hopp. ad §.3. J. de donat.*

2. Donatio propter nuptias non debetur, nisi constituta, *Mev. p. 9. dec. 52. n. 7.* Imo donationem propter nuptias in usu esse desiisse, tradit *Cujac. 5. observ. 4.* quod tamen ita accipiendum, ut necesse non sit amplius, donationem facere: si quis tamen velit, adhuc potest, *Mev. d. dec. n. 14.*

3. Non solum pater & mater, sed quoque cognati & extranei donationem propter nuptias constituere possunt, *l. 18. 19. C. de donat. ant. nupt. nov. 61. c. 1. Horn. cl. 10. R. 20. p. 591. b.* at minime tenentur, *Mev. d. dec. 52. n. 10.*

4. Matrimonio soluto, donatio propter nuptias ad maritum redit, *l. un. §. 6. C. de rei uxor. act. Carpz. p. 2. c. 42. d. 1. n. 7.* nisi 1) pactis dotalibus aliud conventum, aut 2) culpa mariti matrimonium solutum, *l. 8. §. 4. C. de repud. Struv. ex. 30. th. 57.*

5. Defuncto marito, donatio propter nuptias

ad

ad ejus heredes revertitur, non autem uxori cedit, nisi pactum expressum de lucranda donatione propter nuptias interpositum probetur, vel statutum aut consuetudo loci contrarium velit, *Carpz. c. l. n. 8.*

6. Donationem propter nuptias ab extraneo factam hic non repetit, finito matrimonio, nisi expresse eam sibi reddi stipulatus sit, *arg. l. un. §. 13. C. de rei uxor. act. l. 9. C. de pact. convent. Horn. cl. 10. R. 20. p. 591. b.*

7. Donatio propter nuptias, uxori in pactis dotalibus facta, ei a liberis, defuncto patre, adimi nequit, quamvis pater scripto annotavit causas, ob quas eadem donatione propter nuptias privari possit, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. centur. 2. consil. 14. p. 1096.*

8. Donatio propter nuptias, quam maritus uxori in pactis dotalibus fecit, si quidem deinceps solvendo esse desierit, ab uxore cum dote simul repeti potest, *Berger. c. l. consil. 18. p. 1388. Brunnem. ad l. 29. & auth. donationem. C. de jur. dot. n. 3.*

DONATIO RECIPROCA SEU REMUNERATORIA.

1. Clausula meritorum generalis, donationi inserta, eam haud efficit reciprocam seu remuneratoriam, *Carpz. dec. 24.* & remuneratoriam donationem non quæcunque merita constituunt, sed illa, ob quæ alias actio, vel retentio competere, vel extra ordinem agi potest, *Franzk. ad ff. tit. de evict. n. 106.*

2. Donatio reciproca & remuneratoria requirit æquivalentiam rerum utrinque donatarum, vid. *Carpz. p. 2. c. 13. d. 8.*

3. Donatio tantummodo pro reciproca seu remuneratoria habetur, quatenus quantitas unius donationis alteri correspondet: in eo vero quod excedit,

dit, non egreditur naturam & qualitatem simplicis donationis, *Carpz. d. dec. 124. n. 17. 18.*

DOS. DOTATIO.

1. Pater filiam dotare tenetur, secundum conditionem personarum & quantitatem sui patrimonii, atque ad id officio judicis compelli potest, *l. 19. de rit. nupt. l. ult. §. utramque. C. de dot. promiss. Gail. lib. 2. obs. 95. n. 1.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 95.* Quod si vero nullam promiserit, filia defuncta, hoc nomine a genero conveniri nequit, *Carpz. dec. 16.*

2. Excipe 1) si pater sit inops, *l. 10. §. si cum mulier. l. ult. §. si a socero. quæ in fraud. credit. Carpz. p. 2. c. 42. d. 12. n. 3.* 2) si filia sit locuples *Carpz. d. c. d. 13.* dissentit *Gail. d. obs. 95. n. 14.* 3) si filia sit ingrata, vel contra familiæ honestatem viro indigno nubat, *Gail. d. obs. 95.*

3. Plane hodie patrem filiæ dotem, si nullam promisit, præstare haud teneri, ostendit *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 127.* ubi tamen *n. 6.* non potest non esse testis, Ordinem Wittebergensem an. 1720. aliter respondisse.

4. Non nisi in subsidium tenetur dotare 1) avus maternus, *Bald. in l. neque mater. C. de jur. dot. Carpz. p. 2. c. 10. d. 21. n. 4.* 2) mater *l. 14. de jur. dot. Carpz. d. def. 21. n. 5.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. not. 6. p. 125.* 3) frater, *l. 12. §. 3. de administr. tut. ibique Brunnem. n. 4.* confer. vero *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. not. 5. p. 124.* ubi: fratrem non teneri ad dotandam sororem, nequidem germanam vel consanguineam, quam ipsa fuerit inops.

5. Mulier usufructuaria bonorum defuncti mariti

riti non tenetur dotare filias ex fructibus bonorum, nisi pater aliud disposuerit, *Carpz. p. 2. c. 42. d. 15.*

6. Cum pater unam vel alteram filiam, data certa dote, nuptum elocavit, ceterarum filiarum in petitione dotium ad similem quantitatem fundata est intentio, tam contra ipsummet parentem, quam post ejus fata contra heredes, *Mev. p. 2. dec. 118. Stryck. Annot. ad Lauterb. tit. de jur. dot. verb. renovetur.*

7. Dos, in prius matrimonium collata, præsumitur constituta in posteriori, *l. 30. l. 40. de jur. dot. l. 66. §. 5. solut. matrim.* Sed præsupponendum, viduæ eo tempore, quo secundo nubit, tantum ex bonis reliquum fuisse, quantum dotis nomine priori marito attulit, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 411.*

8. Tutor licet majorem dotem promiserit, non tamen tenetur ultra, quam pupilla in bonis habet, *Carpz. p. 2. c. 42. d. 16.*

9. Uxor, quam maritus indotatam duxit, huic, durante matrimonio, ex bonis illatis, dotem constituere non tenetur, *Wernher. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 100. p. 505.*

10. Maritus dotem promissam exigens, absque curatorio, nomine proprio agere & experiri potest, *A. Fab. in C. lib. 5. tit. 7. def. 31. Carpz. p. 2. c. 42. d. 18.*

11. Dos promissa peti nequit, si nuptiæ, culpa promittentis licet, haud secutæ fuerint: nam promissioni dotis semper inest tacita conditio: *si nuptiæ sequantur, l. 21. de jur. dot. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 221.*

12. Hinc quoque res in dotem jam data, nuptiis haud secutis, repeti potest ab eo, qui dotem dedit, sive pater, sive alia fuerit extranea persona, *l. 6. & 9. de condict. caus. dat.* add. *Wernher. d. obs. 221. n. 7. 8.*

nisi

nisi evidenter aliud actum, vel appareat, mulieri dotem esse donatam: tunc enim illi competit condictio, *d. l. 6. & 9. ibique Brunnem. Horn. cl. 3. R. 9. p. 182. a.*

13. Dos promissa, propter imputatum filiæ damnum patri illatum, genero denegari nequit: habet vero pater beneficium competentiæ, vid. *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 21. lit. c. p. 600.*

14. Dote promissa, marito competit tacita hypotheca (a) in bonis promittentis, sive sit pater, sive extraneus, *l. un. §. 1. 2. C. de rei uxor. act.* ubi *Brunnem. Carpz. dec. 57. n. 9. seq.*

15. Promissæ dotis usuræ debentur a tempore moræ, *Carpz. lib. 4. R. 52. n. 6. & p. 2. c. 42. d. 14.* non petitæ autem censentur remissæ, *Richter. dec. 74. n. 19. seq.*

16. Opponendæ exceptioni non solutæ dotis anni spacium, si intra biennium dissolutum fuerit matrimonium, si post biennium, trimestre tempus præfinitum est: Si vero matrimonium diutius decennio steterit, illi exceptioni ulterior locus non relinquitur, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 74. n. 1. 2.* Sed nocet ejusmodi temporis lapsus marito ejusque heredibus, *nov. 100. c. 1. 2. Rauchb. p. 2. qu. 30. n. 7.* non vero creditoribus, *Carpz. d. def. 74. n. 4. seq.* dissentit *A. Fab. in C. lib. 5. tit. 10. def. 2. n. 3.*

17. Illata dos est, quæ per compensationem præstatur: oportet autem, a marito vivo compensandi animum esse declaratum *Mev. p. 4. dec. 195. p. 5. dec. 146. & p. 7. dec. 243.* nam etsi compensatio ipso jure

(a) Hodie vero non competit in Saxonia Electorali: cum tacita hypotheca penitus est sublata in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 1.*

jure fiat, declaratione tamen animi indiget, nec prius solutionis vi potitur, *A. Fab. in C. lib. 4. tit. 23. d. 5.*

18. Ad uxorem, quia est domina rei dotalis, *l. 30. C. de jur. dot.* periculum dotis pertinet, *Carpz. p. 2. C. 42. d. 19.* etiamsi dos in rebus mobilibus sit constituta, *Carpz. d. c. d. 20.* nisi res dotalis æstimato tradita sit, aut pondere, numero, vel mensura constet, *Carpz. d. c. d. 21.* vel culpa mariti perierit, *Horn. cl. 3. R. 1.*

19. Jure Romano, defuncta filia, dos ex substantia patris profecta ad eundem revertitur, *l. 6. de jur. dot. l. 4. C. solut. matrim.* vid. *Carpz. p. 3. c. 23. d. 25.* quod secundum mores Germanorum restringendum est ad casum, ubi liberi non adsunt, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 115.* propter quos manet penes maritum, *Horn. cl. 7. R. 45.* & in Saxonia intelligi debet de immobilibus: nam si dos in mobilibus consistat, ea sine dubio marito tanquam heredi mobiliari uxoris, nisi pactum vel statutum obstet, *VVernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 93. n. 3.* cedit, Landr. *lib. 1. art. 31.* nisi quod liberis legitima salva esse debeat, *VVernher. d. obs. 115. Horn. cl. 7. R. 45.*

20. Dos, etsi distinctis terminis debita, marito tanquam heredi uxoris mobiliari, in Saxonia cedit, quamvis dies solutionis demum post hujus mortem venerit, *VVernher. d. obs. 95.* add. *Horn. cl. 7. R. 45.*

21. Soluto matrimonio, dos rerum immobilium statim, mobilium vero & incorporalium intra annum restituenda est, *l. un. §. 7. C. de rei uxor. act.* hodieque, modo anno illo uxori alimenta præstentur, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. not. 18. p. 130.*

22. Fidejussorem pro dote, sive conservanda, sive restituenda, uxori a marito patreve ejus dari pro-

prohibitum est, *l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dot. dent. A. Fab. in C. lib. 5. tit. 14. d. 1.* Ab initio tamen, & ante sponsalia cautionem pro dote exigi posse; quin & tum præstandam esse cautionem, si eam non petat ipsa mulier, sed is, qui ex necessitate dotem solvere debet, ut puta pater; & maritum volentem, valide dare fidejussores pro dote, tradit *Carpz. p. 2. c. 42. d. 17.* add. *Mev. p. 2. dec. 367.*

23. Exigi quoque potest cautio, si maritus ad inopiam vergat, *c. 7. X. de donat. int. vir. & uxor. Rauchb. p. 1. quæst. 38. n. 3.* Tutius vero est, ut eo casu uxor dotem, si nondum fuerit exsoluta, retineat, *A. Fab. d. tit. 14. def. 4. n. 26. 27.* &, si illud impedire præsumat maritus, fructus dotis petens, ut pecunia dotalis penes probum virum relinquatur; qui ejus usuras marito præstet, *d. c. 7. Carpz. de jur. fœmin. singul. dec. 5. posit. 2. n. 25. seq.* si vero exsoluta fuerit dos, eam repetat, *Carpz. prox. c. l. n. 29. seq.* add. *VVernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 261.*

DOTALIA PACTA.

Vid. loc. *pacta dotalia.*

DOTALITIUM.

1. Dotalitium, licet præsertim inter nobiles usitatum sit, quin tamen inter cives, aliosque, qui nobiles non sunt, præprimis si feuda possideant, constitui possit, ambigendum non est, *Berlich. p. 2. concl. 50. n. 78. Carpz. p. 2. c. 42. d. 2.*

2. Dotalitium principaliter constituitur in bonis feudalibus; interdum etiam in allodialibus, præsertim si feudalia non adsint, Landr. *lib. 3. art. 75. Moller. ad d. c. 42. n. 2. Berlich. d. conclus. 50. n. 9.*

3. Dotalitium in iis bonis, in quibus quis usumfru-

fructum, adeoque servitutem personalem habet, constitui posse, negat *Berlich. d. conclus. 50. n. 10.*

4. Pro dotalitio fidejussores jure intervenire posse, tradit *Hartm. Pistor. obs. 35.*

5. Agnatis & domino feudi, quoties ad ipsos feudum pervenit, onus dotalitii constituendi incumbit, non solum quando id promissum est, sed etiam, si vivente marito, de eo plane non conventum fuerit, *Constit. Elect. Sax. 44. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* add. *Stryck. de success. ab intestat. dissert. 4. c. 2. §. 9.* utut maxime bona hereditaria supersint, *Hartm. Pistor. p. 1. quæst. 4. n. 15.*

6. Requiritur vero 1) ut dos ab uxore realiter sit illata, *Carpz. d. def. 1. n. 6. Stryck. c. l. §. 10.* illatioque probetur, ubi non sufficit confessio mariti, quando cum successoribus feudi agitur: secus ac si res sit cum heredibus mariti, *Carpz. d. c. 44. d. 9. & 10. Struv. de jur. feud. c. 14. th. 10. n. 1. Stryck. d. §. 10.* add. *Hartm. Pistor. d. qu. 4. n. 11.* ubi hoc extendit etiam ad eum casum, quo a vasallo vivo constitutum sit dotalitium, 2) versio dotis in utilitatem feudi, *Carpz. d. c. d. 9. n. 5. Stryck. c. l. §. 11.* quæ vero, illatione dotis probata, præsumitur, *Carpz. d. def. 9. n. 7. & lib. 6. R. 57. Muller. prax. for. Marcb. resolut. 83. n. 24.* dissentit *Stryck. c. l.*

7. Ad constituendum dotalitium consensus agnatorum & domini ut accedat, necesse est, si scil. legitimum & usitatum modum excedat: secus si legitimus modus observatus fuerit, ubi consensus agnatorum necessarius non est; Imo filii & descendentes indistincte dotalitium constitutum servare tenentur, *Berlich. p. 2. conclus. 50. n. 37. Carpz. p. 2. c. 42. d. 5.*

Schultz. Synopſ. feud. c. 8. n. 237. add. *Stryck. de caut. contr. Sect. 3. c. 8. §. 31. 32. Mev. p. 8. dec. 355.*

8. In quantitate dotalitii conſtituenda legitima id obſervari debet, quod cujuscunque provinciæ mos & uſus poſtulat, *Coler. p. 1. dec. 60. n. 17.* In provinciis autem Saxonicis ex conſuetudine communiſſima modus dotalitii regulariter complectitur duplicatas dotis & donationis propter nuptias, atque adeo quadruplicatas dotis uſuras *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 4. c. 2. §. 14. 15. & de caut. contr. Sect. 3. c. 8. §. 27. & 34. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 51. n. 2. Carpz. p. 2. c. 42. d. 2.*

9. In arbitrio viduæ eſt, an dotalitium exigere, aut dotem repetere malit, *Conſtit. Elect. 44. p. 2. ibique Carpz. d. 2. Berlich. p. 2. concl. 52. n. 2. 3.* etiamſi in pactis dotalibus uxori dotalitium conſtitutum fuerit, *Berlich. d. concluſ. n. 7. Carpz. d. c. d. 3. Stryck. de cautel. contr. c. l. §. 28.* adeo ut ſucceſſor in feudo, ſi in mora ſit exſolvere dotem a vidua repetitam, ei ad quadruplicatas dotis uſuras teneatur, *Berger. E. D. F. tit. 43. obſ. 3. not. 2. p. 1457.*

10. Si vero mulier conſtitutum dotalitium ſemel agnoverit, eo relicto, dotem repetere nequit, *Carpz. d. c. 44. d. 5. Schultz. d. c. 8. n. 230.* quippe quæ deinceps prorſus extinguitur, &, vidua defuncta, penes mariti heredes feudales pleno jure permanet, niſi aliter convenerit, *Conſtit. Elect. 42. p. 2. ibique Carpz. d. 3.*

11. Nondum conſtituto dotalitio, ſucceſſores feudi ad conſtitutionem dotalitii non tenentur, ſi una cum dote totidem ratione donationis propter nuptias reddere velint, *Berlich. d. concluſ. 52. n. 11. Carpz. d. c. 44. d. 7.*

12. De-

12. Debetur viduæ dotalitium, etsi dotem promissam, vivente marito, non solverit, modo eam, ipso defuncto, una cum usuris etiamnum offerat, *Carpz. d. c. 44. d. 11. Schultz. Synops. feud. c. 8. n. 233. Philipp. ad dec. 55. obs. 2. Wernher. p. 8. obs. 329.* quo casu dotem repetere nequit, licet de hoc in pactis dotalibus fuerit conventum, *Carpz. d. c. d. 12.* confer. vero *Berger. dec. 42.*

13. Ast nulla, vivente marito, dote promissa, agnati viduæ ad dotalitii constitutionem non sunt obligati, etsi vidua post obitum mariti ad dotis illationem se offerat, *dec. Elect. Sax. 55. ibique Philipp. obs. 3.*

14. In concursu quoque creditorum mulier petere potest dotalitium, modo tempore promissi dotalitii maritus nondum fuerit obæratus, & dos ante æs alienum contractum illata, *Stryck. de success. ab intest. diss. 4. c. 2. §. 19.* Non vero debetur mulieri post mortem mariti dotem offerenti, in concursu creditorum, dotalitium, *Carpz. d. c. 44. d. 13.*

15. Ratione dotalitii mulier in concursu creditorum eodem prælationis privilegio gaudet, quam quod ipsi competit ratione dotis, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 93.* Quod accipiendum de eo casu, quo dos mulieris absorbetur & feudo cedit: secus itaque est, si, salva dote dotalitium est constitutum, aut illud legitimam usurarum quantitatem excedit: quandoquidem priore casu mulieri ejus nomine sola competit hypotheca tacita; posteriore vero nec prælationi, nec hypothecæ locus erit, *Berger. dec. 41.* add. *Mev. p. 1. dec. 171.*

16. In dotalitio jus tacitæ hypothecæ & prælationis incipit a tempore copulæ sacerdotalis, *Carpz.*

p. 2. c. 24. d. 2. Sed computat illud a tempore dotis illatæ *Mod Pistor. p. 2. qu. 62. n. 10.* & a tempore consensus domini directi *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 12. not. 3.*

17. Defuncto marito, vidua dotalitium propria autoritate accipere & occupare potest, præsertim cum vivente marito fuerit in possessione: trigesimum tamen a morte mariti expectare debet, *Constit. Elect. 33. p. 3. ibique Carpz. d. 1. 2.*

18. Vidua dotalitium sibi constitutum etiam post annum & diem petere valet, & non nisi præscriptione triginta annorum, anni, & diei removetur, *Carpz. p. 2. c. 44. d 6.*

19. Vidua nobilis portionem statutariam ex bonis mariti mulieribus debitam petere potest, si dotem pariter ac dotalitium relinquere aliisque juribus, viduis nobilibus competentibus renunciare velit, *Carpz. d. c. 44. d. 8.*

20. Vidua ante optionem, an dotalitium apprehendere, aut dotem repetere velit, defuncta, nihilominus liberi ejus dotem repetere possunt, *Carpz. d. c. d. 4.*

21. Vidua, ceu usufructuaria, ratione dotalitii, cautionem de utendo fruendo, salva rerum substantia præstare, ut & inventarium, tanquam necessarium antecedens cautionis, conficere tenetur, si ipsa bona feudalia administret, *Carpz. p. 2. c. 42. d. 7. 8.*

22. Vidua nihil quicquam, quod proprietati præjudicet, in dotalitio facere potest: locare vero illud valet, ita tamen ut ipsius morte locatio finiatur, *Schultz. Synops. feud. c. 8. n. 248. Carpz. d. c. 42. d. 9.*

23. Vidua collectas, tributa, census & alia onera dota-

dotalitio inhærentia persolvere, & servitia militaria per alium præstare tenetur, *Schultz. d. c.8. n.250. Berlich. p.2. conclus.50.*

24. Maritus fundum, in quo dotalitium est constitutum, absque causa sufficiente, ac urgente ære alieno, in præjudicium uxoris alienare nequit, *Carpz. p.2. c.42. d.11. n.5.* add. *Berlich. d. conclus 50. n 53.*

25. Mulier consentiens oppignorationi bonorum feudalium, in quibus dotalitium habet constitutum, ex aliis mariti bonis illud petere valet, *Carpz. d. c.42. d.10.*

26. Uxore prædefuncta, dotalitium haud sortitur effectum, sed dos marito cedit, perinde ut alia uxoris mobilia: liberis tamen debetur legitima, *Carpz. d. c. 42. d. 4.*

27. Dotalitium una cum dote, ob adulterium a marito commissum, ipso vivente, a muliere peti potest, *Carpz. p.4. c.21. d.3.*

28. Dotalitium statim per mortem extinguitur, neque cœptus anni terminus pro completo habetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs.392.* sicuti non nisi a tempore mortis mariti incipit, *Berger. p.1. Supplem. ad E. D. F. tit. 43. §.3. p 526.*

29. Dotalitium per secundas nuptias haud amittitur, *Carpz. lib. 6. R.55. n.11. & 14. Berger. œcon jur. lib. 1. tit. 3. th. 12. not. 2. p. 137. Wernher. sel. obs. for. p.7. obs. 144.* nisi dotalitium ad casum viduitatis restrictum: tum enim secundus nuptiis exspirat, ita tamen ut dos viduæ restituenda sit, *Berger. E. D. F. tit. 43. obs.3. not.2. p. 1458.* Quo casu vero sponsalia non sufficiunt ad adimendum viduæ dotalitium, *Wernher. sel. obs. for. p 8. obs.351.*

30. Quæritur, num pensiones annuæ ex dotalitio

litio prioris matrimonii pleno jure secundo marito cedant, atque adeo eo defuncto a vidua repeti non possint? Quod affirmat *Carpz. d. R.55.* negat *Berger. c.l.* qui *p.1462.* hoc in omni usufructu verum esse putat.

31. Pensionibus annuis, dotalitii nomine debitis, justo tempore haud exsolutis, debitor ad praestationem interesse a tempore moræ obstrictus est, *Carpz. lib. 4. R.54.*

32. Usuræ dotalitii, mortua fœmina, cui debentur, in mutuum convertuntur, adeoque amittunt qualitatem & privilegium dotalitii, si quidem apud debitorem ad certum tempus fuerint relictæ, *Berger. dec. 43.*

33. Amisso ex culpa viduæ dotalitio ante terminum solutioni præfixum, census in totum novo possessori cedunt, *Carpz. p.3. c.16. d.9.*

E.

EBRIETAS. EBRIUS.

1. Actus ab ebrio gestus vitiosus est, & contractus ab eo initus nullius momenti reputatur, *Carpz. p.2. c.15. d.36. Struv. ex. 6. th.37.* Et multo magis excusabitur ebrius, si inter pocula allectus, ut contraheret, vel transigeret, propter concurrentem dolum, *arg. l.65. §.1. de condict. indeb. Dan. Moller. ad c.19. p.2. n.35. Stryck. de cautel. contr. sect. 1. c. 2. §.12.*

2. Ebrietatem alleganti incumbit onus probandi, *Mascard. de probat. lib. 2. conclus.579.* Probatur vero ebrietas per testes, quibus deficientibus, juramento ebrii standum erit, *Carpz. d. def.36. n.6.7.* in delictis vero tortura ebrietas immanis obtinenda est, *Carpz. pr. crim. qu.146. n.61. seq.* add. *Berger. jurisprud.*

prud. crim. p. 2. supplem. obs. 4. p. 11. quandoque tamen reo dictitatur jusjurandum, *Berger. d. tr. p. 7. in fin. & p. 153. & part. 2. supplem. obs. 5. p. 13.*

3. Si ebrietas fuerit immodica, & ipse ebrius ignorantiam prætendat, asserens, an illud fecerit, vel non fecerit, sese ignorare: tunc non veritatis, quod scil. illud non fecerit, nec credulitatis, quod scil. credat, se illud non fecisse, sed ignorantiæ juramentum ei est deferendum, ita ut ipse se ignorare, illud fecerit, an non, jurare teneatur, *Lauterb. disp. de jurament. credulit. p. 1. th. 28. n. 5.* add. *Berger. d. tr. p. 153. & part. 2. supplem. obs. 5. p. 13.*

4. Summe ebrius a juramento arcetur, *c. 14. de vit. & hon. cleric.* Unde etiam hodie a jejunis præstari juramenta solent, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 68.* Interim, si ebrietas non omnem negotii intellectum, aut omne judicium animi abstulerit, talis ex juramento suo obligatur, *Wernher. c. l. obs. 69.*

5. Ebrietas non liberat a pœna ordinaria, nisi summa sit, quæ mentis exilium inducat, *Carpz. pr. crim. qu. 146. n. 48. 49. 50. Horn. cl. 15. R. 31. p. 1074. b.* add. omnino *Berger. jurisprud. crimin. p. 147. sequ.* nec distinguendum est inter ebrietatem, & ebriositatem, *Berger. p. 2. Supplem. ad jurisprud. crimin. obs. 4. p. 10. seq.* Non tamen ab omni pœna liberatur ebrius, *Carpz. c. l. p. 39. seq. Berger. cc. ll.*

6. Quid? si reum non pœniteat delicti, cessante ebrietate, vel si quis habens propositum occidendi, ebrius postea factus, illud in effectum deducat, vel si solitus in ebrietate delinquere non abstineat a vini immodica potatione? Resp. neutro casu a pœna ordinaria liberatur reus, *Carpz. c. l. n. 55. seq. Berger. d. tr. p. 7.*

7. A Palinodia, seu recantatione, sese liberare non potest allegans iracundiam seu ebrietatem, nisi fuerit immodica ebrietas, *Carpz. pr. crim. qu. 96. n. 21. seq.*

ECCLESIA.

1. Ecclesia comparatur minori, & omnia beneficia de jure communi competentia cum eo habet communia, *c. 1. X. de restit. in integr. Carpz. p. 1. c. 28. d. 116. n. 4. Titius* in der Probe des Teutschen Geistl. Rechts, *lib. 2. art. 1. § 46. & lib. 5. art. 1. § 3.*

2. Imo quandoque melior est conditio ecclesiæ, quam minoris: non enim restituitur minor si super contractu juraverit, *auth. sacramenta puberum. C. si advers. vendit.* Sed, Prælato contractum jurato celebrante, semper potest ecclesia, si læsa fuerit, petere restitutionem, *Sichard. ad l. 4. C. quib. ex caus. maj.*

3. Ecclesia potest petere restitutionem in integrum contra aliam ecclesiam, *Carpz. lib. 2. R. 37. n. 8. Odd. de restitut. p. 1. qu 18. art. 9.* & privilegio prioritatis uti in concursu creditorum, si cum alia ecclesia concurrat, *Carpz. dec. 277. n. 10.*

4. Si ecclesia res suas minori pretio locet, propter læsionem, etiam non enormem restitui potest, & sufficit, quod alius plus dare velit, licet antea res ecclesiæ non pluris fuerit elocata, *Cæsar. de Graffis dec. Rot. Roman. 135. n. 18. seq.* quod displicet *Wernhero vol. 7 in supplem. nov. ad p. 1. obs. 21. n. 226.*

5. Contra ecclesiam, aliaque pia loca non nisi quadragenaria præscriptio obtinet, *auth. quas actiones. C de SS. eccles. Constit. Elect. Sax. 5. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* Quo jure etiam ecclesia 1) contra ecclesiam utitur, *Carpz. d. c. d. 2.* 2) si succedat privato, contra

contra quem inchoata præscriptio, *Carpz. d. c. d. 3.* 3) in annuis reditibus, *Carpz. d. c. d. 4.* 4) in causis feudalibus, *Berger. E. D. F. tit. 11. obs. 5. p. 391.* Exceptio est in rebus mobilibus, quæ anno & die præscribuntur, *Carpz. d. c. d. 6. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 11. ibique Stryck.*

6. Nota 1) eandem præscriptionem requiri, nullo discrimine, sive possessor causam habeat a prælato, sive minus, *Berger. c. l. p. 392.* 2) demum a morte alienantis Prælati currere, *can. 10. caus. 16. qu. 3. Berger. c. l.* 3) eo tempore, quo ecclesia destituta est Prælato, aut proprio pastore, dormire, *c. 1. 4. & 15. X. de præscript. Berger. c. l.* 4) nec currere eo casu, quo curatores ecclesiæ, die Kirchen-Vorsteher, contra ipsius commodum positive laborant, cum & tunc pro indefensa habeatur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 169. Berger. c. l.* 5) adversus præscriptionem completam adhuc ecclesiæ restitutionem in integrum intra quadriennium competere, *Clement. un. de restitut. in integr. Berger. c. l. Horn. cl. 6. R. 14.*

7. Quoties vero ecclesia præscribit contra privatum, toties attenduntur tempora præscriptionum communia, *Titius* in der Probe des Teutschen Geistl. Rechts *lib. 5. art. 2. §. 19.*

8. Bona ecclesiarum & hospitalium sine justa causa & debita solennitate valide haud alienantur, *auth. hoc jus porrectum. C. de SS. eccles.*

9. Justæ causæ sunt 1) necessitas, 2) utilitas, 3) pietas, ut est redemptio captivorum, 4) incommoditas, *Wesenbec. vol. 1. consil. 59. Carpz. lib. 5. R. 52. Brunnem. jur. eccles. lib. 2. c. 2. §. 6. ibique Stryck.*

10. Debita solennitas, sive forma alienandi consistit 1) in autoritate episcopi, 2) consensu capi-

tuli 3) causæ cognitione, & 4) decreto superioris, *c. tum nuper X. de his, quæ fiunt a Præ. Carpz. d. R. 52. n 14. seq. Reinking. de regim. secul. & eccles. lib. 2. class. 3. c. 2.* add. *Brunnem. d. lib. 2. c. 3. §. 3. ibique Stryck.*

11. Ceterum adhuc hodie in alienatione bonorum ecclesiæ & hospitalium desideratur 1) justa causa, 2) causæ cognitio, 3) consensus & decretum consistorii, quod Episcopum pariter ac capitulum repræsentat, *Stryck. c. l. & in caut. contr. sect. 1. c. 3. §. 11.*

12. Ecclesia dicitur habere manus mortuas; & hinc regulariter in illam bona transferri nequeunt; scil. ut induant naturam bonorum ecclesiasticorum, & oneribus eximantur, nisi consensus principis accedat. Et hoc dicitur jus amortizandi bona, die Vertilgung aus dem Steuer-Register. Si vero velit ecclesia præstare onera consueta, a quolibet privato sine consensu principis emere potest, *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de contrah. emt. verb. collegia ecclesiastica.*

13. Ecclesia ex mutuo obligatur, si ab ipsa contractum sit mutuum; nec refert utrum mutuum ab ipsa ecclesia contractum sit *vere* i. e. a singulis ejusdem membris, an *repræsentative*, i. e. per eos, qui ecclesiam repræsentant: si vero ab ejusdem administratore mutuum sit contractum, illa tum demum ex eo obligatur, si a creditore probetur, pecuniam in utilitatem illius esse versam, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 5. §. 8. p. 38.*

14. Add. loc. *tutela. th. 50.*

ECCLESIASTICÆ PERSONÆ.

Vid. loc. *clerici.*

EDICTALIS CITATIO.

Vid. loc. *citatio edictalis.*

EDI-

EDITIO DOCUMENTORUM.

Vid. loc. *instrumentorum editio.*

EMANCIPATIO.

1. Emancipatio, qua liberi non dissentientes, voluntate parentum, apud competentem magistratum, de patria potestate dimittuntur, *§. 6. J. quib. mod. jus patr. pot. solv. l. ult. C. de emancipat.* neque in Saxonia, neque alias in imperio nostro recessit ab usu, *Kulpis. disput. de adopt. & emancip. princip. th. 8. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 9. n. 2. 3.*

2. Emancipatio hæc hodie quandoque fieri solet, ut pater cum liberis suis valide contrahere possit atque obligetur, cum illa opus sit ad firmiter obligandum patrem, *Barth. Hodeg. For. c. 4. §. 9. lit. c. p. 728.* Plane patriam potestatem hodie impedimento non esse, quo minus emtio venditio, similisque contractus, inter patrem & filium initus, sustineri queat; imo patrem filium emancipasse censeri, si cum eo, judiciali interposita autoritate, contraxerit, vel, cum eo contracturus, ei impuberi minorive tutorem curatoremve petat, tradit *Berger. philoc. for. resp. 36. p. 317. & ad l. 2. C. qui & adv. quos in integr. restit. non poss. p. 47.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 248.*

3. Ceteroquin hodie in Saxonia liberi majorennes, seorsim habitando, ac rem familiarem separatim instruendo, nexibus patriæ potestatis soluti censentur, *Constit. Elect. 10. p. 2. ibique Carpz. d. 1. Wernher. d. obs. 9. n. 4. 5.* Quod verum est tam in filiis, quam filiabus, *Pensold. in addit. ad Coler. p. 2. dec. 222. n. 9. Carpz. d. def. 1. n. 3.*

4. Verum separatæ & propriæ œconomiæ loco non est, nec tacita emancipatio facta esse intelligitur, si liberi a patre forsan egeno se disjungant, ac aliunde sibi

sibi victum comparent, *Wernher. d. obs. 9. n. 5. seq.* compara tamen responsum Wittebergense de anno 1700. quod exhibet *id. Wernher. supplem. nov. ad p. 1. obs. 9.* Nec filius quidem familias, qui castra sequitur, tanquam miles gregarius, pro tacite emancipato habetur, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 16. p. 154.*

5. Filia per solas nuptias a patria potestate liberatur, licet ea ædibus mensaque patris adhuc fruatur, *Carpz. p 2. c. 10. d. 2. Stryck. us. mod. ff. tit. de adopt. & emancipat.* §. 21. *Horn. cl. 7. R. 45. p. 452. b.*

6. Filium vero solæ nuptiæ patriæ potestati haud eximunt, siquidem manet in convictu patris, *Carpz. d. c. d. 3.* scil. gratis, ohne Entgeld, contra vero is, qui convictu patris utitur pro convento pretio, gegen Kost-Geld, loco extranei habetur, adeoque ceteris paribus, tacite emancipatus esse censetur, *Berger. prox. c. l.*

7. Filii negotiantes quoad negotiationem pro emancipatis hodie habentur favore commerciorum, *Habn. ad Wesenbec. lib. 15. tit. 1. n. 4. p. m. 922. Lauterb. compend. jur. tit. de act. tribut. p. 246. in fin. Barth. Hodeg. For. c. 4.* §. 9. *lit. c. p. 725.*

8. Liberis emancipatis & a patre separatis bona materna plenarie sunt restituenda, adeo ut pater in iis usumfructum non retineat, Landr. *lib. 1. art. 11. Carpz. d. c. 10. d. 5. Berlich. p. 2. concl. 11. n. 60. seq.* Quod quidem accipiendum de tacite & virtualiter emancipatis: nam in emancipatione expressa & formali & hodie obtinet præmium emancipationis, quod consistit in dimidia ususfructus peculii adventitii regularis parte, *§. 2. J. per quas person. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 33. not. 9. p. 287.*

EMEN-

EMENDA SAXONICA.

Vid. loc. *incarceratio. ib. 4. 5. 6. 7. 8.*

EMPHYTEUSIS.

1. Quoties in translatione rei suæ dominus sibi reservat dominium directum, contractus præsumitur emphyteuticus, non censiticus, *Carpz. p. 2. c. 39. d. 6.* Quod quoque dicendum, si fundus sterilis & incultus concedatur colendus pro certo canone, *Carpz. d. c. d. 7.* Quodsi vero de reservatione illa non constet, in dubio potius contractus censiticus præsumitur quam emphyteuticus, *Carpz. d. c. d. 8.*

2. Qui per longissimum tempus bona quædam tenuit, eorumque nomine in singulos annos uniformem canonem solvit, ea tanquam emphyteusin aut jus perpetuæ coloniæ præscripsisse censetur, *Consit. Elect. 40. p. 2. ibique Carpz. d. 1. & 4. necnon d. p. 2. c. 38. d. 15. Stryck. de cautel. contr. sect. 2. c. 9. §. 35. Horn. cl. 11. R. 66. p. 713. b. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 85.* modo illa solutio facta sit velut ab emphyteuta, secundum *Mev. p. 3. dec. 288.*

3. Non juvat vero possessorem præscriptionis exceptio, si actor probet, titulo locati reo bona ab initio fuisse concessa, *d. c. 40. ibique Carpz. d. 2. Berger. E. D. F. tit. 40. p. 1323.* nisi præsens possessor sit successor singularis, veluti emtor, & in bona fide, *d. c. 40. ibique Carpz. d. 3. Berlich. p. 2. concl. 48. n. 7.*

4. Quando pensio pro bonis non uniformiter quotannis præstita est, bona non emphyteutica, sed conducta, Laß-Güter, esse censentur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 75.* Imo in genere, in re dubia bona potius præsumi locata, quam censitica aut emphyteutica, asserit *Berger. c. l. p. 1321.*

5. Emphyteuta servitutem fundo emphyteutico

tico imponere potest, quæ vero extinguitur, emphyteusi finita, *Carpz. p. 2. c. 38. d. 14.* confer. vero *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 223. n. 13. seq.*

6. In bonis etiam emphyteuticis locum habet jus tacitæ hypothecæ, *Carpz. p. 2. c. 25. d. 7.* dissentit *Moller. ad eand. constit. n. 14. seq. & lib. 3. semestr. c. 45.* quia nec expresse ab emphyteuta, irrequisito domino, oppignorari possunt, confer. omnino *Rivin. ad O. P. S. tit. 46. en. 5. & 6.* sed eadem etiam expresse, irrequisito domini consensu, nexu hypothecæ obligari ab emphyteuta posse, docent *Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. emphyt. qu. 8. Schult. in addit. ad Mod. Pistor. p. 3. qu. 133. n. 14.*

7. Neque ob sterilitatem, neque ob bellicos tumultus, aliosque casus fortuitos canon emphyteutæ remittitur: nisi prædium emphyteuticum prorsus sit extinctum, vel propter bellum fundum plane ingredi aut excolere non liceat, *Gail. lib. 2. obs. 23. n. 23. Carpz. d. c. d. 19. & lib. 1. R. 91. Wernher. p. 4. obs. 214. n. 145. seq.*

8. Emphyteuta propter canonem retardatum regulariter hodie non tenetur ad duplum, sed liberatur præstatione ejus una cum interesse a tempore moræ, *Coler. p. 1. dec. 24. n. 4.* Alia ratio est pensionum promobilium, quæ ab initio ea lege promittuntur ab emphyteutis, ut non facta solutione certo & stato die, altero die duplicentur, & sic porro, *Carpz. d. c. d. 25.* Sed de iis dominus directus interpellare emphyteutam, easque ex domo illius petere tenetur, nisi aliud fuerit conventum, vel consuetudine observatum, *Carpz. d. c. d. 26.*

9. Ob non solutum canonem intra triennium in emphyteusi civili, *l. 2. C. de jur. emphyteut.* & intra

bien-

biennium in ecclesiastica. *nov. 7. c. 3. §. 2.* jus emphyteuticum in commissum cadit, *Hartm. Pistor. obs. 70.* non quidem ipso jure, uti vult *Harprecht. ad §. adio autem. 3. J. de locat. conduct. n. 520.* sed opus est processu ordinario & sententia definitiva, *constit. Elect. 38. p. 2. ibique Carpz. d. 1. 2.*

10. Non vero privatur emphyteuta jure suo, 1) si solutio canonis facta ei, qui procurator credebatur, *Carpz. d. c. d. 3. Berlich. p. 2. concl. 46. n. 12.* 2) si partem canonis solverit, *Carpz. d. c. d. 4.* dissentit *Berlich. d. concl. n. 18.* 3) si dominus directus post elapsum tempus canonem recipiat, aut possessorem ad recognoscendum admittat, etiamsi cum protestatione, modo dominus jus suum non ignoravit, *A. Fab. in C. lib. 4. tit. 43. def. 16. Carpz. d. c. d. 6.* 4) si dominus emphyteutæ debitor fuerit, *Carpz. d. c. d. 10.* 5) si adhuc solvat ante factam domini declarationem, *Berlich. d. concl. 46. n. 48. Carpz. d. c. d. 11.* Plures casus recenset *Harprecht. ad §. 3. n. 533. J. de locat. conduct.*

11. Nota 1) uno ex pluribus coheredibus partem suam canonis solvente, totam emphyteusin in commissum non cadere, *Mynsinger. cent. 3. obs. 66. Carpz. d. c. d. 5.* dissentit *Berlich. d. concl. 48. n. 28.* 2) Dominum directum ex causa canonis non soluti, ad privationem, emphyteuta vivente, non agentem, eo defuncto, ulterius experiri adversus heredes non posse, *Mynsinger. centur. 3. obs. 97. Carpz. d. c. d. 9.* 3) Fructus post tempus elapsum ante privationem perceptos ad emphyteutam pertinere, *Carpz. d. c. d. 12.*

12. Remissio præteritarum pensionum non præsumitur ex recognitione futurarum, aut acceptatione

tione præsentium, *A. Fab. d. tit. 43. def. 14. Carpz. p. 2. c. 38. d. 8.*

13. Canon emphyteutæ ob melioramenta fundi emphyteutici non debet augeri, *Carpz. d. c. 38. d. 22.*

14. Emphyteuta quidem alienare potest jus emphyteuticum, *§ 3. J. de locat. & conduct. ibique Hopp.* requisito tamen prius domino, *l. fin. C. de jur. emphyteut* quippe qui habet jus protimiseos in bonis emphyteuticis, *A. Fab. in C. lib. 4. tit. 42. def. 59. n. 3. & 12. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 428. n. 2.* cujus consensus etiam requiritur, si emphyteuta titulo donationis jus suum in alium transferre velit, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 235.* quamvis hoc casu jus protimiseos exercere non possit, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. consil. 63. p. 1236.* Quodsi vero dominus intra duos menses se non declaraverit, postea non amplius auditur, *d. l. fin. in fin.*

15. Si emphyteuta, irrequisito domino, rem alienaverit, ille jure suo cecidisse dicendus est, ac domino directo liberum est, rem quasi commissam revocare, nullo etiam pretio emtori restituto, *l. ult. ubi Jason. Sichard. Salycet. C. de jur. emphyt. A. Fab. in C. lib. 4. tit 42. def. 7.* modo traditio rei emphyteuticariæ actualis accesserit, *Salycet. & Jason. in d. l. ult. Carpz. p. 2. c. 38 d. 13. n. 3. 4.* Unde in foro Saxonico privationem emphyteuseos ob alienationem irrequisito domino vix locum habere posse, cum ibi res immobilis absque traditione judiciali in alium transferre nequeat, adeoque dominus directus, si eam fieri patiatur, in alienationem consensisse videatur, tradit *Carpz. d. def. 13.*

16. Dominus vero directus pro lubitu, invito etiam

etiam emphyteuta, jus suum alienare potest, *Hartm. Pistor. p. 1. qu. 22. n. 17. Carpz. p. 2. c. 39. d. 10.*

17. Emphyteuta etiam ob deteriorationem fundi emphyteutici jure suo privatur, *auth. qui rem. C. de SS. eccles.* modo 1) deterioratio sit notabilis, 2) perpetuam fundi ipsius jacturam concernat, & 3) dolo malo, vel lata saltem, aut levi culpa facta fuerit, *Hart. Pistor. p. 1. qu. 28. Carpz. p. 2. c. 38. d. 23.* add. *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 40. §. 11. p. 445.*

18. Ob deteriorationem partis fundi emphyteutici non nisi ea parte, in qua deterioratio facta est, emphyteuta privari debet, *Carpz. d. def. 23.* Sed etiam eo casu toto fundo privari istum, tradit *Hartm. Pistor. d. qu. 28. n. 3.*

19. Privationis pœna locum habet adversus emphyteutam, qui arbores fructiferas, etiam a se ipso positas, incidit, nisi in earum locum alias æque fructiferas substituat, *Carpz. d. c. d. 24.*

20. Ob non petitam renovationem intra annum & diem emphyteusis non amittitur, *Carpz. d. c. d. 20.* secus ac vult *Jason. in l. 2. n. 23. C. de jur. emphyt.* arbitrarie vero ideo puniri emphyteuta potest, *Carpz. d. def. 20.*

21. Rei vindicatione non solum, sed & hypothecaria actione dominus directus adversus emphyteutam, aliumque emphyteuseos possessorem experiri potest, *Carpz. d. c. d. 16.* Sicuti & dominus directus habet actionem personalem contra emphyteutam, ejusque heredes *Carpz. d. c. d. 17.*

EMTIO VENDITIO.

1. Emtione venditione perfecta, alter, altero invito, nequidem amissione arrhæ, sive dupli ejus restitutione, aut solutione multæ pœnitentialis, des

Neu-Kauffs, de qua convenerunt partes, a contractu resilire potest, *Wesenbec. ad ff. tit. de contrah. emt. 9. Carpz. p. 2. c. 33. d. 14. Berger. Resolut. Laut. tit. de contrah. emt. qu. 12. & p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 42. §. 1. p. 864.* quod ad arrham, consentit *Hopp. ad verba: nisi jam arrharum nomine pr. J. de emt. & vendit.* add. loc. *pœna conventionalis. th. 5.*

2. Quisnam vero erit effectus arrharum & multæ pœnitentialis? R. ut 1) emtione nondum perfecta, alter contrahentium nolens adimplere & perficere, amittat arrhas jam datas, aut acceptarum duplum restituat; vel multam pœnitentiæ solvere cogatur, *Harprecht. ad pr. J. de emt. & vendit. n. 91. Carpz. d. def. n. 13. 14.* quod ad arrham, vid. & *Hopp. c. l. Berger. Resolut. Lauterb. c. l.* 2) ut pars altera ultro, lucro hujus multæ vel arrharum contenta, actionem ex contractu omittere & remittere possit, *Carpz. d. def. n. 17. Berger. Resolut. Lauterb. c. l.* Ut itaque venditor contra emtorem, qui a contractu recedere vult, vel ad consummandum contractum, vel ad pœnam solvendam, non vero ad utrumque præstandum experiri possit, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 42. §. 1. p. 847.*

3. Plane venditorem arrham emtori restituere debere, si hic a contractu resilire conetur, ille vero facultatem ad implendum agendi, quam habet, dimittat, nec juri suo insistat, cum arrha non pro pœnitentia, sed probationis causa dari intelligatur, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 54.*

4. Sed si arrhæ intervenerint, aut contrahentes de certa pœnitentiæ multa pacti fuerint, illarum jactura vel solutione hujus, a contractu venditionis perfecto, etiam alterutro invito, discedere licere, post

Gloss.

Gloss. ad pr. J. de emt. & ven. opinantur *Salyc. Sicbard. & Odofred. in l. 17. §. illud. C. de fid. instrum. Zas. lib. 2. singul. resp. c. 24.* Quod ad multam pœnitentiæ consentiunt *Berlicb. p. 1. dec. 44. n. 3. Mev. ad jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 18. n. fin. Hopp. c. l.*

5. Et inter rusticos multam pœnitentialem his forte verbis comprehensam: Verspricht der Käuffer und Verkäuffer einander 10. Reichsthaler Neu-Kauff mit einen willigen Handschlag, hunc fortassis sensum, ut, soluta multa pœnitentiali, a contractu, altero quantumvis invito, liceat resilire, habere, ut parum sit, quin reo, v. c. venditori jusjurandum oporteat dictari: Daß er diese Worte dergestalt, daß, wenn er 10. Reichsthaler erlegen würde, sodann ihme von dem Kauff-Contract hinwiederum abzugehen nachgelassen seyn solle, verstanden, tradit *Berger. c. l. p. 846.*

6. Hac pœnitendi facultate partes tamdiu uti posse, quamdiu ad traditionem rei, vel numerationem pretii, vel ad apprehensionem possessionis non est processum, docet *Berlicb. c. l. Berger. c. l. p. 847.* Præter pœnam vero, eum, qui a contractu discedit, teneri quoque ad interesse, tradit *id. Berlicb. dec. 46.*

7. Emtio venditio inter absentes contrahi potest, & per nuncium & per epistolam, *l. 1. §. 2. de contrab. emt.* Quid vero, si ille, qui nuncium vel epistolam misit, pœniteat, ac domi, cum nuncius vel epistola in itinere est pœnitentiam ac revocationem declaret? Non valet emtio venditio, etiamsi nuncius ad eum, ad quem destinatus est, pervenerit, & pœnitentiæ ignarus, mittentis voluntatem circa rem & pretium exposuerit, *arg. l. 4. pr. de manumiss. vindict. Mudæus ad l. 1. de contrab. emt. c. 2. n. ult. Struv. dec. Sabbatb. 33.* add. *Stryck. us. mod. tit. mandat. §. 7.* dissent.

sentit *Accurs. in l. 1. sub fin. de contrab. emt.* Quodsi vero emtoris intersit contractum non revocari, illud, quod interest, actione doli vel in factum resarciri poterit, *Mudaus c. l.*

8. Quid vero, si quis forte fortuna audiat, aliquem tertio vendere, eoque nomine nuncium vel literas ad eum mittere velle, ille autem non jussus nunciare, tertio id significet, atque hic, ad quem nuncius vel literæ destinatæ sunt, consensum suum statim accommodet? Resp. non esse perfectum contractum, *Mudaus. c. l. n. 19.*

9. Si emtio venditio, solutione pretii, & traditione rei, fuerit consummata, non amplius ab ea nudo consensu recedi potest: sed non aliter dissolvitur contractus, quam si id quod præstitum, alteri restituatur, *l. 58. de pact. Mantic. de tacit. ambig. convent. lib. 4. tit. 26. n. 17.* Imo hoc casu non tam rescinditur contractus, quam potius novus contractus initur, *Hopp. ad §. 4. J. quib. mod. toll. oblig.* compara *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 133.*

10. Emtione venditione perfecta periculum rei venditæ statim ad emtorem pertinet, licet ei nondum sit tradita, *§. 3. J. de emt. & vendit. l. 7. 8. 11. de peric. & commod. rei vendit. Carpzov. p. 2. c. 26. d. 20.* &, quamvis casu fortuito perierit, tamen ad exsolvendum pretium compelli potest emtor, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 214. n. 70. seq.* add. *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de peric. & commod. rei vendit. qu. 1.*

11. Exceptio est 1) in venditione conditionali, quoad totalem scilicet rei interitum, *d. l. 8. peric. & comm. rei vend.* particulare enim damnum, etiamnum pendente conditione, emtorem gravat, *Carpz. d. c. d. 21. 22.* 3) si venditoris dolo, lata, vel levi culpa

pa res perierit, *§. 3. J. de emt. Carpz. d. c. d. 24.* 2) si venditor fuerit in mora tradendi, *l. 15. §. fin. de R. V. Carpz. d. c. d. 25.* 4) quando in genere res est vendita, *l. 14. §. 1. de peric. & comm. rei vend. l. 5. C. eod. Hopp. ad verba: ad emtorem pertinet. §. 3. J. de emt.* 5) si alternativa sit venditio, & una ex rebus venditis perierit, *l. 34. §. 6. de contrab. emt. Hopp. c. l.* 6) quando venditor periculum in se suscepit, *l. 1. pr. de peric. & comm. rei vend. Hopp. c. l.*

12. Facta venditione vini degustati, aliarumque rerum, quæ pondere, numero & mensura constant, antequam hæ ponderatæ, numeratæ, mensuratæve fuerint, periculum non ad emtorem, sed ad venditorem pertinet, *l. 35. §. 5. de contrab. emt. A. Fab. in C. lib. 4. tit. 32. d. 1. n. 6. Carpz. d. c. 26. d. 23.* add. *Stryck. de cautel. contr. sect. 2. c. 8. §. 29.* Aliud dicendum, si sigillatim emtæ fuerint certæ vini amphoræ, *A. Fab. d. def. n. 1. Carpz. d. def. n. 6.*

13. Quando venditio facta est ad mensuram, vel quantitatem, nach Anschlag, non prius perfecta videtur venditio, quam mensura facta & probata fuerit, *l. 35. §. 5. seq. de contrab. emt. l. 1. §. 1. de peric. & comm. rei vend. l. 2. C. eod.* ideoque & periculum rei venditæ interim ad venditorem pertinebit, nisi emtor in mora fuerit, *d. l. 2. Rauchb. p. 1. qu. 21. n. 4. 5. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 498.*

14. Nec plus minusve venditum intelligitur, quam quod in mensura erit, licet confines plus minusve largiantur; unde vel pretium augendum, vel diminuendum, aut id, quod mensuram excedit, venditori restituendum, aut quod deest, emtori supplendum erit, *l. 40. §. 2. de contrab. emt. l. 13. §. 14. l. 42.*

de act. emt. l. 15. de peric. & comm. rei vend. Carpz. p. 2. c. 33. d. 9. n. 6.

15. Quando vero venditio facta est ad corpus, sive per aversionem, überhaupt in Pausch und Bogen, non ex modo vel mensura æstimatur venditio, sed ex corpore certis confinibus demonstrato, *l. 74. de contrah. emt. l. 15. de peric. & comm. rei vend.* ideoque, ob minorem majoremve rei venditæ mensuram & numerum, pretium neque in commodum emtoris minuendum, neque in venditoris favorem augendum est, sed utrobique, sive quid desit, sive quid abundet, in totum damno vel lucro emtoris cedit, *Rauchb. d. qu. 21. n. 9. Carpz. d. d. 9. n. 9. seq.* & periculum emtoris est, *Stryck. de cautel. contr. sect. 2. c. 8. §. 30.* Neque evictio præstanda est, licet in quantitate aut singulis rebus error commissus fuerit, *Carpz. lib. 5. R. 25. n. 14. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 447.*

16. Venditio per aversionem intelligitur facta, cum quantitatis vel nulla, vel saltem demonstrationis gratia, mentio injecta est, *Wernher. d. obs. 447. n. 1.* add. *Carpz. d. c. d. 10.* Ad mensuram vero censetur facta, quando præcisis verbis ad mensuram est restricta, *Carpz. d. c. d. 11.* add. *Stryck. c. l.* ubi tamen modici excessus non habetur ratio, maxime si mensura fuerit expressa cum adjectione; circiter, vel circa, ohngefehr, *Carpz. d. def. 11. n. 7. 8. A. Fab. in C. lib. 4. tit. 28. d. 4. n. 5. 6.*

17. Emtio spei valet, quæ est, quando quis illud emit, quod non naturali ordine, sed per accidens percipitur: sic enim fortunæ se exponit, &, incerto eventu se contentum esse volle, fatetur emtor, *Stryck. de cautel. contr. sect. 2. c. 8. §. 9.* Huc spectat jactus retis, per *l. 12. de act. emt.* Quæ ipsa venditio pura est,

eſt, & inde, etiamſi nihil captum, integrum pretium exſolvendum eſt, *l. 8. §. 1. de contrab. emt. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 18. Stryck. c. l.* Quo & pertinet facultas percipiendi fructus vendita: nam fructibus etiamſi nullis perceptis, emtor tamen obligatur ad pretium, *Carpz. p. 2. c. 37. d. 25. n. 3. 4.*

18. Alia eſt ratio venditionis rei ſperatæ, quæ eſt, quando illud, quod ex naturali ordine certo tempore exiſtere ſolet, alteri venditur, *Stryck. c. l.* §. *10.* veluti eſt venditio futurorum fructuum, quæ conditionalis eſt, cum ſemper hanc tacitam conditionem habet conjunctam: *ſi fructus nati fuerint.* Unde ſi nihil natum, nihil debebitur, ſed pretium ſolutum ob conditionis defectum repetitur, *Stryck. d.* §. *10.* add. *Carpz. d. def. 25.* Quod ſi vero aliqui fructus nati fuerint, quamvis admodum rari, ſuſtinetur contractus, & emtor ad integrum pretium obligatur, *Lauterb. ad tit. ff. de contrab. emt.* §. *1. n. 9. Stryck. c. l.* add. *Panſchmann. lib. 1. qu. 17.*

19. Fructus in herbis aliter vendi non poſſunt, quam ut pretium horum fructuum conſtituatur juxta tempus contractus, vel quatuordecim dierum poſt meſſem, *Ord. Polit. de an. 1577. tit. 19. Engelbrecht. ad ff. b. t. th. 3.* confer. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de contrab. emt. ad verba: vid. tamen Sandius.* Horum periculum eſſe emtoris, etiamſi caſu fortuito nihil perceptum, tradit *Stryck. c. l. §. 11.*

20. Vendens animal, quod poſtea mactatum deprehenditur morboſum, aut vitioſum, emtori pretium reſtituere cogitur, ſive vitium ſciverit, ſive ignoraverit, *Coler. p. 2. dec. 228. Carpz. p. 2. c. 34. d. 15.* modo morbus non fuerit patens & viſibilis, *Carpz. d. c. d. 16.*

21. Quando animal venditum intra triduum moritur:

ritur: tunc præsumtio adversus venditorem militat, quod mors ex vitio præcedente secuta sit, quam nisi contraria probatione eliserit venditor, periculum ipse ferre tenetur, *Franzk. ad ff. tit. de ædilit. edict. n. 66. seq. Habn. ad Wesenb. tit. eod. n. 6.* Ast quando post triduum moritur, emtor probare tenetur, vitium jam tempore contractus adfuisse, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs 339.* add. *Carpz. d. c. d. 18. Brunnem. ad l. 1. de ædilit. edict. n. 11. 12. & ad l. 3. C. eod. n. 2. 3.* add. *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 45. lit. c. p. 245.*

22 Error substantialis, qui committitur circa id, quod principaliter in contrahendo spectatur, & qui nisi adfuisset, contractum quis celebraturus non fuerat, emtionem venditionem ipso jure nullam reddit; sive in ipso contractu, sive in pretio, aut re, ejusdemque corpore, aut alias circa qualitatem, ex intentione contrahentis, essentialem, erratum fuerit. Accidentalis autem error, circa id admissus, quod principaliter contrahens ante oculos non habuit, & sine quo nihilo secius contracturus erat, non rescissioni emtionis, sed tantum actioni ad id, quod interest, aut ad pretium diminuendum locum facit, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 200. Stryck. c. l. §. 6.* add. *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de contrah. emt. qu. 19. seq.*

23. Vendita re principali, etiam pertinentiæ per modum accessorii venditæ censentur; ut igitur hæc clausula: Er verkauffe das Hauß, und alles was darinnen Erd-Nied-und Nagel-vest ist, sit abundans, *Stryck. de cautel. contr. sect. 2. c. 8. §. 20. Horn. cl. 11. R. 49. p. 680. b.* qua continentur omnia, quæ terræ, parietibus ac muris sunt affixa, instructa & injecta, *Carpz. p. 2. c. 33. d. 20.* etiam ornatus tantum gratia. scil. in venditionibus voluntariis, *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 90. lit. i. p. 424.*

p. 424. ſecus in neceſſariis vid. *Barb. c. l. p. 422. ſeq.*

24. Vendito fundo, cenſetur quoque venditum ſterquilinium, agri ſtercorandi cauſa comparatum: ſecus in eo, quod vendendi cauſa factum, *l. 17. §. 2. de act. emt. Carpz. d. c. d. 19.*

25. Fundo vendito inventarium deberi, negat *Schilter. ex. 30. th. 130* affirmat *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de act. emt. & vendit. ad verba: fundo vendito debentur ſtramenta.* ubi tamen ipſe teſtatur, ſecundum ſententiam *Schilteri* pronunciari ſolere.

26. Vendito prædio cum inventario, inſtrumenta, pecora, frumenta, aliaque ad cultum agrorum, ſuſtentationem famulitii & inſtructionem fundi neceſſaria, Schiff, Geſchirr, Viehe und Saamen-Geträydicht zu Bereitung und Beſtellung der Aecker, ſimul vendita cenſentur, non item mobilia & frumenta, quæ, ad venditionem deſtinata, in prædio aſſervantur, *Carpz. lib. 5. R. 26. Berger. c. l.*

27. Fructus naturales, tempore venditionis pendentes, & cum re cohærentes, ad emtorem ſpectant, *l. 13. l. 16. C. de act. emt. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 16. n. 42. Lauterb. compend. jur. tit. de act. emt. lit. J.* civiles vero, quæ quotidie percipiuntur, e. g. merces ædium locatarum, pro rata temporis dividuntur, *Mantic. c. l. n. 44. Lauterb. c. l. lit. i. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. eod. qu. 9.* & quando per intervalla percipiuntur fructus, ut propter locatam vineam, reſpiciendum eſt, e. g. ad vindemias, &, facta venditione poſt vindemias, tota merces eſt venditoris, licet locatio demum poſt venditionem finiatur: venditæ autem ante vindemias merces tota cedit emtori, *Barbos. ad l. 16. C. de act. emt. n. 5. Lauterb. c. l. Berger. c. l. qu. 10.*

28. Vendito fundo, instrumenta literarum ad fundum pertinentia venditor tradere non tenetur: sed sufficit emtori authentica instrumenta, per quæ fundi jura declarantur, ostendi, eique copiam describendi illa præstari, *l. 48. de act. emt. Coler. p. 2. dec. 224. n. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 210.* Quod ipsum tamen ad eum solummodo casum videtur restringendum, quo venditoris interest, habere originalia, puta, quia tenetur de periculo evictionis. Alioquin, si causam retinendi instrumenta venditor non habeat, cogetur omnino tradere instrumenta originalia cum ipso fundo: debent enim instrumenta esse apud eum, ad quem pertinent, *l. 6. §. pertinere, de edend. Carpz. d. c. d. 18. Wernher. c. l.*

29. Re duobus vel pluribus vendita, præfertur is, cui prius tradita, *l. 15. C. de R. V.* licet posterior sit emtor, & prior contractus juramento confirmatus, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 1. not. un. p. 220. & th. 18. not. 6. p. 247. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 200.* salva tamen priori adversus venditorem actione ex emto ad id, quod interest, *Berger. Resolut. Lauterb. programm. sub lit. A. in fin. p. 770. seq.* Nisi secundus emtor sciverit, rem alteri jam fuisse venditam: tunc enim priori adversus posteriorem actio in factum ex æquitate datur, *Brunnem. ad d. l. 15. n. 6. Berger. dec. 67. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 370.* Si vero neutri tradita, præfertur is, cui primo vendita, *arg. l. 25. locat. ibique Brunnem n. 1.*

30. Quodsi in Saxonia duobus res vendita, priori emtori extrajudicialiter, posteriori vero judicialiter, mediante resignatione solenni, tradita sit, posterior emtor contra priorem, qui rem possidet, experiri

periri nequit, cum non appareat, qua actione uti possit, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 24. n. 10.*

31. Emtor, qui rem venditam propria autoritate, sine venditoris consensu occupat, spolium committit, eandemque ante omnia venditori restituere, eoque facto, demum ad traditionem agere debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 250.*

32. Emtor de residuo pretii exsolvendo conventus non potest avertere executionem, etsi rem emtam pro eo restituere velit, *per text. in l. 6. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Carpz. lib. 5. R. 23. Berger. dec. 233.*

33. Emtor onera usitata, quæ similibus rebus communi lege incumbunt, ferre tenetur, nec illorum nomine de pretio quid detrahere potest, licet venditor de illis nihil dixerit, *Horn. cl. 11. R. 48. p. 672. b. R. 49. p. 679. b. seq.*

34. Non valet pactum, quo venditor tributa in se recipit, *tot. tit. C. sine censu vel reliquis fundum comparari non posse. dec. Elect. Sax. 65. ibique Philipp.* Subsistere tamen hoc pactum inter contrahentes ad eum effectum, ut venditor ex eo ad interesse conveniri possit, tradit *Brunnem. ad l. 42. de pact. Carpz. p. 2. c. 31. d. 21. & p. 3. c. 16. d. 11. Berger. dec. 224. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 389.* dissentit *Philipp. ad d. dec. 65. obs. 2. Lyncker. analect. ad Struv. ex. 27. th. 24. Meier. colleg. Argent. de contrah. emt. th. 61. Ziegler. de jur. maj. in mantiss. ad lib. 2. c. 4.* qui ibi hoc ita temperat, ut emtor adversus venditorem agere possit, ut restituat id, quod nimium fuit, & justum rei pretium excessit.

35. Emtor adversus venditorem recte agit, etsi ex sua parte nondum impleverit contractum, si modo para-

paratum se ad implendum ostendat, *Wernber. sel. obs. for. p.6. obs.337. Lauterb. colleg. theor. pract. tit. de act. emt. §.6.*

36. Emtio venditio non statim ipso jure nulla est ideo, quod alter contrahentium eam a sua parte non impleverit, sed ad ejus implementum est agendum, *Horn. cl.11. R.33. p.649. b. & cl.16. R.11. p.1242. b. Mev. p.8. dec.273. n.1.*

37. Unde emtor, quamvis stato die pretium non solverit, nihilosecius tamen ex emto valide agit; nec venditor litis contestationem declinare potest, nisi pactum legis commissoriæ contractui expresse adjectum sit: usuras tamen pretii & interesse recte petit, *Lauterb. d. tr. tit. de leg. commiss. §.5. Wernber. sel. obs. for. p.6. obs.336.* Sed qui justo tempore merces venditas recipere & pretium solvere differt, postea ex emto frustra agit, per tradita *Mevii p.8. dec.273.*

38. Propter hypothecam in fundo vendito occultatam non rescindenda est venditio: remedio siquidem evictionis præstandæ tum satis prospectum est emtori, *l.11. de act. emt. l.6. C. de evict. Carpz. p.2. c.34. d.21. n.1.2. & 3.* Quin &, antequam fundus evincatur, emtor adversus venditorem ex emto agere potest in id, quanti sua interest, *l.6. §. ult. l.30. §. ult. de act. emt. Carpz. d. def. 21. n. 4. Wernber. sel. obs. for. p.8. obs.443. n.2.* vel ut libera tradatur, *l.11. de act. emt. Carpz. d. def.21. n.5.* vel tanto minoris æstimetur res emta, quanto minus valet propter evictionis periculum, *l.13. & 41. eod. Cacher. dec.24. n.5. Carpz. c. l. n. ult. Wernber. c. l. n.4.*

39. Si emtor merces emtas sine contradictione accipit, & iterum distrahit, non potest postea de bonitate illarum disceptare, *Horn. cl.14. R.8. p.1010. a.*

40. Si

40. Si fiscus rem alienam, tanquam sibi propriam, alteri vendat, emtor statim securus est: habet tamen is, qui in hujusmodi re vendita jus aliquod prætendit, adversus fiscum actionem ad pretium intra quadriennium instituendam, *§. ult. J. de usucap. l. 2. C. de quadr. præscr. ibique Brunnem. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 360. n. 1. 2.*

41. Secus vero est, cum Præfectus, ein Amtmann, fundum vendit, eumque, sive possessore destitutum, sive ære gravatum: tum enim domino actio salva manet contra possessorem, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 23. p. 257.* Sic quoque si magistratus, forte in concursu creditorum, rem alienam sub hasta vendit, sine dubio facultas eandem vindicandi domino intra ordinarium tempus salva manet; neque etiam judex de evictione tenetur, *l. 50. de evict. l. 49. famil. ercisc. Swendend. ad Fibig. p. m. 1047. Wernher. d. obs. n. 5. seq.* nisi ejus dolus vel culpa concurrat: tum enim actioni de Syndicatu locus, *Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 9. not. 1. p. 1135. & not. 8. p. 1189.* Potest tamen in hujusmodi casu ad præstandam evictionem conveniri debitor, qui proprie venditoris loco esse intelligitur, *l. 12. §. 1. de distract. pignor. l. 74. §. 1. de evict. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 111. Wernher. d. obs. n. 9.*

42. Emtor jus retentionis pretii, ob non tradita aut præstita, sub emtione comprehensa, habet, *Mev. p. 7. dec. 368. n. 1. Horn. cl. 11. R. 25. p. 632. b.*

43. Emtor, qui nondum possedit fundum, per tempus, lege definitum, ad obtinendam usucapionem, asserendumque sibi ex ea dominium, si alias reliqua usucapionis requisita adsint, uti potest secundum praxin *§. 8. J. de usucap.* accessione temporis ex persona

na venditoris, hoc effectu, ut jure Saxon. quoque, deficiente licet resignatione judiciali, illius dominium adipiscatur, *Horn. cl. 5. R. 13. p. 286. a.*

44. Add. loc. *evictio.* loc. *fines. th. 3. 4.* loc. *interpretatio. th. 4. & 5.* loc. *pretium. th. 1.*

EQUUS.

1. De jure communi emtor pro omnibus vitiis equorum internis & non apparentibus experiri, ac pretium repetere potest, sive sit lunaticus, kollerend, *l. 1. §. interdum. de ædilit. edict.* sive retrogradus, stetig, aut habeat superossa, vel gallas, *Specul. tit. de rescind. vendit.* sive sit pavidus, scheu, *l. 43. pr. eod. tit.* vel etiam sit calcitrosus *d. l. 43. pr.* vid. *Coler. de proc. execut. p. 2. c. 1. n. 81. Carpz. p. 2. c. 34. d. 17. n. 1. seq.*

2. Ast de jure Saxonico venditor equi non tenetur, nisi de tribus vitiis, puta: 1) quod non sit retrogradus, 2) nec cœcitate latente, vel invisibili laboret, daß es nicht staar-blind sey, & 3) quod non sit scabiosus, daß es nicht Haarschlechtig sey, Weich-Bild. *art. 97. Carpz. d. def. 17. n. 7.* vel potius astmaticus hartschlägigt, oder Hertzschlägigt, *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 37. lit. p. p. 137.* modo hæc vitia tempore contractus adfuerint, *Barth. d. c. 1. §. 45. lit. d. p. 246.*

3. In Thuringia etiam mucosi, seu pituitosi, rotzige, redhiberi possunt, teste *Richtero dec. 95. n. 33.*

4. Quamvis equus lunaticus jure Saxonico redhiberi nequit: potest tamen emtor, intra annum utilem a tempore scientiæ, quanti minoris agere, nisi vitium illud sciverit, aut cernere potuerit, *Barth. d. tr. c. 1. §. 45. lit. c. p. 244.*

5. De vitiis patentibus venditor equi non tenetur, licet tacuerit, imo equum laudaverit: nisi in

specie

ſpecie venditor, equum hoc vel illo vitio non laborare caverit, tunc enim ex promiſſo obligabitur, & quidem ſi ignoraverit vitium, ad id ſaltem, quanti minoris eſt, reſtituendum, ſciens vero ad omne intereſſe & detrimenta reſarcienda, *Richter. d. dec. 95. n. 17. Barth. c. l.*

6. Equi conductor de jure & natura contractus expenſas pro ſoleis ferreis, vel in ejus curationem factas repetere poteſt, *Molin. de J. & J. tr. 2. diſp. 496. n. 7. in fin.*

7. Conductor equi non tenetur, ſi is morbo naturali vel caſu fortuito in itinere deceſſerit, *Beſold. p. 3. conſil. 120.* ſecus ſi culpa ejus præceſſerit, vid. *Barth. d. c. 1. § 3. lit. d. p. 10.*

Erb-Bücher. Erb-Regiſter.

Vid. loc. *libri cenſuales.*

ERROR.

1. Error non præſumitur, *l. 4. C. de jur. & fact. ignor. Maſcard. de probat. concl. 636.* imo in actu geminato, triplicato, & ubi quis longo tempore deliberare potuit, plane excluditur, *Maſcard. c. l. concluſ. 637.*

2. Nec ille, qui in judicio confeſſus, audiendus, ſi dicat, ſe per errorem eſſe confeſſum, niſi ſtatim probet, rem aliter ſe habere, *Bartol. in l. non fatetur. de confeſſ. Mev. p. 8. dec. 8.*

3. Error potius, quam dolus præſumitur, præſertim in idiotis, & quando error eſt tolerabilis, *Gratian. diſcept. for. c. 289. n. 8.* & error potius præſumitur, quam donatio, *Carpz. p. 2. c. 28. d. 21. n. 5. Stryck. annotat. ad Lauterb. tit. de condict. indeb.*

4. Error qualitatis accidentalis vel nominis

actum non vitiat, quando de corpore & re ipsa constat, *l. 32. l. 35. de V. O. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 14. tit. 10. n. 21.*

5. Errorem corrigens non dicitur quicquam de novo facere, sed jam factum declarare, *l. 21. de testam.*

6. Error advocati nocet litigatori præsenti, non nocet absenti, nam, quæ advocatus, præsente parte, allegat, perinde habenda sunt, ac si ab ipso domino proferantur, *l. 1. C. de error. advocat. ibique Brunnem.*

7. Sed perperam allegatum emendari potest & *ante* & *post sententiam : ante :* contradicendo intra triduum, *l. ult. C. eod. Rivin. ad O. P. S. tit. 3. en. 35.* Quod non a momento commissi erroris, sed demum a termino, mox a judice ad ulterius in causa procedendum præfixo, computandum esse, præjudicio comprobat *Berger. E. D. F. tit. 16. obs. 1. not. 3. p. 462. post :* appellando vel leuterando, modo doceatur error, *Berger. c. l.*

8. Hæc intelligenda sunt 1) de errore facti: contra vero error juris, quem errat advocatus, non nocet clienti 2) de errore advocati : procurator, enim cum causam semper, absente persona principali, tractet, & speciali ad errandum destituatur mandato, suo errore, nullo discrimine, juris, an facti fuerit mandanti nunquam obest, *Berger. c. l. p. 463.*

9. Præscriptio tridui locum non habere, si non tam erretur in facto, quam in facti expressione, tradit *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 16. §. 1. p. 155.*

ERROR CALCULI.

1. Exceptio erroris calculi etiam contra paratam executionem admittitur, *Carpz. proc. tit. 22. art. 3. n. 38. Swendend. ad Fibig. p. 382.* add. *Rivin. ad O. S. tit. 39. en. 12.*

EVI-

EVICTIO.

1. Evictionis præstatio regulariter ex quolibet contractu, in quo aliquid datur ex causa onerosa, debetur, *l. 6. l. 29. C. de evict. l. 70. eod. l. 11. de act. emt. Carpz. p. 2. c. 34. d. 28. n. 1. Heig. p. 1. qu. 36. n. 1.* & locum etiam habet in transactionibus, *l. 33. C. de transact. Wernher. p. 3. obs. 135. n. 5. Mev. p. 5. dec. 341.* si scil. ex transactione aliquid datur, idque deinceps evincitur: secus igitur est, si nomine transactionis nihil datum, sed a lite tantummodó discessum, resque controversa possessori relicta fuerit, *Carpz. d. def. 28. n. 4. seq.*

2. Quivis venditor emtori suo ex ipsa natura contractus ad evictionem obligatus est, etiamsi venditionis tempore de hac nihil dictum fuerit, *l. 70. de evict. l. 6. C. eod. l. 11. de act. emt. Heig. c. l.*

3. Plures venditores rei unius pro indiviso & in solidum de evictione tenentur, *Gail. lib. 2. obs. 14. Carpz. d. c. d. 29.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 6. en. 21.*

4. Consensus & confirmatio magistratus venditorem a præstatione evictionis non liberat, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 281.*

5. Non præstatur periculum evictionis, 1) si conventum, ne de evictione teneatur venditor, *l. 11. §. 1. de act. emt.* quo tamen casu, re evicta ad pretii restitutionem tenetur, *d. l. 11. §. ult. Carpz. lib. 5. R. 43.* 2) si evictio contingat ex facto principis, *l. 11. de evict. Carpz. lib. 5. R. 46.* add. *Mev. p. 6. dec. 34.* nisi via juris princeps procedat, *Berlich. p. 1. dec. 130. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 184.* 3) in donatione, *l. 2. C. de evict.* nisi sit remuneratoria, sive reciproca, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 24. Franzk. ad ff. tit. de evict. n. 511. seq.* vel ita conventum, *Carpz. d. c. d. 23. Stryck.*

de cautel. contr. Sect.3. c.9. §. *6.* 4) si quis scienter rem alienam emit, quo casu nequidem pretium repeti potest, *l.27. C. de evict. Carpz. d.c. d.25. n.5. seq.* 5) si emtori per violentiam auferatur res emta, *l. fin. C. de act. emt. Carpz. d. def. n.1.seq.* 6) in proventibus annuis crescentibus & decrescentibus, *Carpz. d. c. d. fin. Franzk. tit. de evict. n.327.*

6. Ob novæ collectæ novique servitii onus fundo impositum venditor de evictione non est devinctus emtori, *Carpz. d. c. d.19.* nec de collectis usitatis & consuetis fundo inhærentibus venditor ad evictionis præstationem est obstrictus, etiamsi prædium absque omnibus oneribus liberum vendiderit, *Carpz. d. c.34. d.20 & lib.4. R.78.*

7. Hypothecarius ratione venditæ hypothecæ de evictione non tenetur: non enim suo, sed debitoris nomine vendit, & hinc debitoris est periculum evictionis. Unde necessaria est cautela pro emtore ut creditor speciatim se ad pignoris evictionem præstandam obliget, *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de evict. verb. hypothecarii.*

8. Venditor evictionis nomine repromittere tenetur, in tantum, ut licet in venditione nulla evictionis facta fuerit mentio, nihilominus emtor quocunque tempore, actione ex emto instituta, adire queat venditorem, ut de evictione repromittendo caveat, *d. l.11.* §. *18. l.13. §.3. de jurejur. Carpz. p.2. c.34. d.30. n.2.*

9. Evictionis nomine satisdatio peculiaris præstanda non est, sed repromissione & instrumento cavisse venditorem sufficit, *l.4. de evict. Hartm. Pistor. p.3. qu.5. n.4.* nisi 1) consuetudo alicujus loci aliud introduxerit, *l.6. eod. Carpz. p.2. c.34. d.30. n.5.* 2) si

2) si satisdatio promissa fuerit, *l. 4. l. 37. eod. Carpz. d. def. n. 8.*

10. Si evictio in limine contractus immineat, emtor pretium tamdiu retinere potest, donec venditor evictionis nomine satisdederit, *l. 24. C. de evict. l. 18. §. ult. de peric. & commod. rei vend. Carpz. d. c. d. 31. Horn. cl. 11. R. 26. p. 633. seq. & R. 29. p. 643. a. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 50. Mev. p. 8. dec. 352.* Evictio in limine contractus autem tum dicitur imminere, quando, priusquam totum pretium solutum fuerit, lis vel quæstio movetur, quantumvis hoc, contractu jam perfecto, ac longo post intervallo, contingat, *Heig. p. 1. qu. 36. n. 7. Carpz. d. def. n. 2.*

11. Nec jure actionis hoc casu cum venditore emtor contendit, sibi idonee satisdari, sed exceptive tantum postulare potest, ut sibi caveatur, & ad hoc retentione pretii nondum soluti uti. Ideoque pretio soluto, locus huic remedio amplius non est, quia tum nullam venditor agendi causam habet; ergo nec emtor facultatem excipiendi, *Heig. c. l. Carpz. d. def. n. 3. 4.*

12. Non autem refert, an super ipso rei venditæ dominio, an super obligatione saltem, veluti hypotheca, qua res vendita alii obnoxia, controversia moveatur, utroque namque casu emtor pretium retinere potest, donec venditor satisdederit, *Heig. d. qu. 36. n. 54. Carpz. p. 2. c. 34. d. 31. n. 5. Horn. cl. 11. R. 49. p. 679. a. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 443.*

13. Imo etsi creditor, cui ex pignore res obligata est, nondum agit: attamen, quia possessor perpetuo obnoxius est periculo actionis sibi certo imminentis, recte sibi prospicit retentione pretii, donec

res vendita nexu pignoris liberetur, aut eo nomine caveatur, cum ex tali nexu imminet evictionis periculum, idque ex ipsa rei obligatione notorium. Nec interest, utrum specialis, an generalis sit hypotheca. In eo vero differentia erit, quod ob specialem hypothecam semper & statim actio & exceptio erit. At vero propter generalem non aliter, quam si venditor non alia habeat bona, ex quibus creditori satisfieri queat, *Mev. p. 8. dec. 352.*

14. Idque verum est, etsi conventum fuerit, ne de evictione teneretur venditor: sicuti namque ejusmodi conventio non impedit, quo minus, re evicta, pretium repeti queat, *l. 11. §. ult. de act. emt.* ita nec obstaculo esse debet, quo minus imminente evictione, ratione pretii caveatur, *Hartm. Pistor. p. 3. qu. 6. n. 7. Carpz. d. def. n. 6. 7.*

15. Et hoc scitu dignum est, quod ob imminens periculum evictionis in limine contractus, satisdatio non tantum ratione litis, quæ tum mota fuit, sed generaliter de evictione, & adversus omnes ejus casus præstari debeat, *Hartm. Pistor. d. qu. 6. n. 5. Carpz. d. def. n. 8.* dissentit *Mudaus ad tit. de act. emt. tit. quo de evict. cav. n. 11.*

16. Præstita satisdatione, emtor, evictionis nomine, pretium ulterius retinere nequit, *Mev. p. 8. dec. 351. Horn. cl. 11. R. 26. p. 634. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 50.* si scil. jus evincentis nondum certum ac notorium sit, *Carpz. p. 2. c. 34. d. 37.* Secus igitur est, si jus evincentis vel controversiam super dominio aut hypotheca moventis evidens & notorium est, *Heig. p. 1. qu. 36. n. 56.* vel res emtori jam evicta, *l. 17. de evict. Carpz. d. def. 37. n. 3.* Pinguius enim

enim consultum est emtori retentione pretii, *l. 34. C. de evict. Mev. p. 7. dec. 115. n. 11.*

17. Emtor, propter imminentem evictionem pretium retinens, postea una cum sorte etiam usuras solvere tenetur, *Fachin. lib. 2. controv. 32. Carpz. p. 2. c. 34. d 38. & dec. 11. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de usur. ad verba: vel ex alia singulari aequitatis ratione. Mev. p. 7. dec. 368.* quamvis dissentiat *Afflict. dec. 20. n. 4. Mynsinger. cent. 4. obs. 158.* Cum emtor pretii non soluti usuras debet, etsi moræ reus non sit, *Mev. p. 6. dec. 33. Carpz. lib. 4. R 52. n. 2.* & non multos, imo nullos perceperit fructus, *Carpz. d. R. n. 11. 12.* Liberatur tamen emtor a præstatione usurarum, si pecuniam judicialiter deponit, *Carpz. d. dec. 11. n. 8. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 65. p. 214.*

18. Emtor non potest satisdationem exigere & solutionem pretii differre, 1) cum per calumniam, subornato forte ab emtore ipso aliquo contradictore, controversia moveatur, ad hoc, ut interim emtor majorem dilationem solvendi pretii habeat, *Heigius p. 1. qu. 36. n. 13. sequ. Carpz. p. 2. c. 34. def. 33.* quare, ut hæc calumnia detegatur, potest ab utroque, tam emtore, quam litigatore novo, juramentum exigi, quod non calumniose litem moverint, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. cas. 224. n. 5. Heig. c. l. n. 15. Carpz. c. l. n. 3.* vel præsumtionibus & conjecturis saltem hæc emtoris calumnia probari, *Menoch. c. l. Heig. c. l. n. 17. Carpz. c. l. n. 4.* 2) quando is, qui movit litem, tantum jus conditionale habeat, *Heig. c. l. n. 19. Carpz. d. c. d. 34.* nisi probabilis suspicionis metus subsit, veluti si venditor post venditionem absolutam ex loco jurisdictionis, distractis ibidem bonis suis, migrare in provinciam remotam & extraneam velit, *Heig. c. l. n. 20.*

n.20. 3) hoc solo obtentu, quod jus aliquod circa rem emtam in dubium vocatum sit, *VVernher. sel. obs. for. p.3. obs.156.* 4) lite nondum mota, etsi emtor comperiat, rem esse alienam, *Heig. c. l. n. 11. Carpz. d. c. d.32.* 5) si venditor idoneus facultatibus reperiatur, aut tot possideat bona, quæ credito, pro quo bona omnia obnoxia, sufficiunt, *Heig. c. l. n.23. Menoch. c. l. n.4. Carpz. d. c. d.35. Mev. p.8. dec.352. n.2.* dissentit cum aliis *Caballin. de evict. §.5. n.49.*

19. Sicuti vero regulariter de evictione actio non competit, priusquam res per sententiam judicis evicta fuerit, *l.3. C. de evict. Bartol. in l. ex emto. 11. pr. de act. emt. Hartm. Pistor. obs. 228. n.1.* ita exceptione evictionis emtor se tueri & ex beneficio *l.24. C. de evict.* pretium retinere potest, nisi lite jam cum effectu mota & judicio contra ipsum instituto, *d. l.24. §. ult. de pericul. & commod. rei vend. Natta consil. 267. n.2. Carpz. p.2. c.34. d.32. n.5.* Ideo enim non periclitabitur conditio emtoris, sed alio remedio sibi prospicere potest, agendo scilicet actione emti ad interesse, & liberandam rem emtam ab obligatione, *l. 11. de act. emt. Carpz. d. def.32. n.8. Horn. cl. 11. R.49. p.679. a.*

20. Quilibet debet suum immediatum autorem ad evictionem præstandam convenire, non mediatum, seu eum, a quo res primitus descendit, *Franzk. tit. de evict. n.550. seq. Brunnem. ad l. 22. & 59. de evict. Mev. p.5. dec.50.*

21. Cui incumbit præstatio evictionis, ille, re evicta, tenetur non solum ad restituendum pretium, sed & ad id, quanti interest, rem evictam non esse, *Mev. p.7. dec.115.* add. *Carpz. p.2. c.34. d.39.* & ad refundendos sumtus litis, *Habn. ad VVesenbec. tit. de evict.*

evict. n. 6. modo 1) lis legitime denunciata fuerit; ab eo, cui res evicta est, *Mev. p. 8. dec. 465.* vid. & infra, *loc. litis denunciatio.* & 2) ipsemet optima fide atque diligentia se & rem venditam contra evincentem defenderit, *Mev. p. 8. dec. 467.*

22. Ad hoc pertinet, ut exceptiones mature alleget, *l. 29. § 1. de evict.* litem serio & diligenter pro defensione sua agat, *l. 7. l. 8. C. de evict.* si sententia gravatus fuerit, ad superius vel aliud judicium provocet, *Caballin. de evict. §. 3. n. 41.*

23. Quod si talibus omissis, emtor, aut alius, cui res evincitur, vel negligens fuerit, vel contumax, vel condemnatus non appellaverit, seu appellationem deseruerit, actione de evictione caret, & talium oppositione repellitur, *Mev. d. dec. 467.* vid. & omnino *VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 252. & p. 4. obs. 232.*

24. Add. loc. *emtio venditio. th. 38.* loc. *hereditatis divisio. th. 30. 31.* loc. *licitatio. th. 17.*

EXAMEN TESTIUM.

Vid. loc. *Testium examen.*

EXCEPTIO.

1. Exceptiones omnes sua natura sunt perpetuæ, *l. 5. §. fin. de dol. mal. except. VVesenbec. in parat. de except. n. 12.* quæ enim temporalia sunt ad agendum, illa ad excipiendum sunt perpetua, *Hopp. ad §. 8. J. de except.* quod tamen fallit in illis exceptionibus, quæ per modum actionum proponi possunt, *Hopp. c. l. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 61 n. 4.*

2. Exceptio, nisi probetur, resolvitur in confessionem, *VVesenbec. vol. 2. consil. 72. n. 21.*

3. Sola exceptionis objectio nondum inducit con-

confessionem, sed semper subest tacita conditio; modo actor intentionem suam prius probaverit, *l. 9. C. de except. Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de except. Ludovic. Civil-Proc. c. 14. §. 1.* add. *Mev. p. 4. dec. 159.*

4. Plane reum, qui litem negative contra veritatem est contestatus, exceptiones peremtorias, utpote quæ affirmativam litis contestationem præstruunt, amittere, atque adeo ad eas probandas deinceps non admitti, sed protinus condemnari, tradit *Berger. E. D. F. tit. 16. obs. 2. p. 465.*

5. Quod tamen capiendum est de factis rei propriis, non similiter de alienis, nisi fuerint notoria atque indubitata; imo ne de propriis, siquidem fuerint antiqua, *Berger. d. obs. 2. not. 2. p. 466.* Deinde supponendum est, ut non solum reus mendacii fuerit convictus, sed & actor fundamentum actionis, probarit: nisi actor reo super factis negatis detulerit jusjurandum: tum enim reus, siquidem jusjurandum præstare deinceps renuat, & facta, antea negata, affirmet, cum exceptionibus non est audiendus, quamvis eas probatas dare velit, *Berger. d. obs. 2. not. 3. p. 466. seq. & p. 1. Supplem. tit. 16. §. 2. p. 156. & p. 2. Supplem. eod. tit. §. 2. p. 386. seq. & §. 3. p. 392. VVernbersel. obs. for. p. 1. obs. 107.*

6. Multo minus locus erit exceptionibus, cum actor relatum sibi super libello jusjurandum præstiterit, autore *Bergero in E. D. F. tit. 16. obs. 2. not. 3. p. 468.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 62.* Sed reum exceptionum antea litis contestationi subjunctarum probatione non excludi, si actori delatum super fundamento actionis juramentum referat, hicque illud præstet, tradit *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 47. lit. a. p. 250.*

7. Equi-

7. Equidem periculosam esse reo responsionem negativam ad ea, super quibus juramentum est delatum, si postea in termino ad jurandum præfinito ipsum negata fateri oportet, cum in supremo Provocationum judicio recepta hodie sit opinio, *(a)* ut per eam quoad membra negata exceptiones annexas perdat, monet *Rivin. ad O. P. S. tit. 16. en. 14. & tit. 18. en. 129.* de qua observantia abunde satis quoque testatur *Berger. cc. ll.* Ast in Scabinatu Lipsiensi, imo in foro Saxonico hanc inficiationis pœnam non esse receptam, testatur *idem Rivin. d. en. 129.* add. *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 59. lit. b. p. 285.* confer. & *ipse VVernher. in supplem. ad p. 1. obs. 107.* & ipse *Bergerus in supplem. ad E. D. F. tit. 16. obs. 2. p. 1789. & p. 2. supplem. eod. tit. §. 2. p. 391.* ita sententiam suam temperat, ut locum non habeat in exceptionibus illis privilegiariis solutionis & compensationis.

8. Exceptio, quæ est de jure tertii, reo non prodest, *l. 4. §. 7. si servit. vind. l. 9. de condict. caus. dat. l. 8. §. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 375.* nisi jus tertii probatum intentionem agentis excludat, & ejus jus enervet, *Hilliger. in Donell. lib. 24. c. 2. lit. a.* vel rei excipientis intersit, jure tertii uti, *Zanger. de except. p. 3. c. 26. n. 232. seq.*

9. Add. loc. *renunciatio. th. 3.*

EXCEPTIO COMPENSATIONIS.

Vid. loc. *compensatio.* loc. *fructus. th. 2.*

(a) Quæ quoque *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 16. § 3.* comprobata est, hac tamen limitatione: nisi reus jurato obtineat, se, cum litem negative contestatus esset, rem aliter non scivisse.

EXCEPTIO DILATORIA.

1. De jure civili litigatores non adſtringuntur, exceptiones omnes ſimul, uno eodemque tempore, & in una die juridica opponere: ſed illis quandocunque usque ad litem conteſtatam uti licet, *l. 19. C. de except. l. 13. l. 24. C. de procur. Weſenbec. in parat. de except. n. 10. ibique Habn.* add. *Ludovic. Civil-Proc. c. 13. §. 5.*

2. Aſt jure Saxonico omnes exceptiones dilatoriæ in primo ſtatim termino, ſive proceſſus ſit ordinarius, ſive ſummarius, ſub pœna præcluſionis ſimul ſunt opponendæ, annexa ſtatim litis conteſtatione, vel documentorum recognitione eventuali, quo omiſſo, reus in expenſas actori reſtituendas condemnabitur, *O. P. S. tit. 11. pr. ibique Philipp. conſid. 1. Rivin. de except. dilat. c. 1. §. 1. Ludov. c. l. §. 1. Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 1. p. 350.*

3. Admittuntur tamen & in ſecundo, aut ſequentibus terminis: 1) ſi a judice reſervatæ, aut verbis expreſſis, *Carpz. p. 1. c. 3. d. 7.* aut tacite, per verba: Einlaſſen und antworten, *dec. Elect. Sax. 14. ibique Philipp. obſ. 1.* licet reus in priori termino comparuerit, *Wernber ſel. obſ for. p. 2. obſ. 401.* vel comminatio confeſſi & convicti ſubjecta ſit, *Berger. E. D. F. tit. 10. obſ. 2. not. 2. p. 332.* ubi tamen monet, diſſentire Lipſienſes. Litis conteſtatio vero per ſententiam injuncta exceptiones dilatorias excludit, *Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 346. n. 7.* niſi illa ſententia per leuterationem (a) vel appellationem ſuſpendatur a viribus rei

(a) Plane indiſcriminatim in primo termino, non autem in leuteratione vel appellatione opponendæ ſunt exceptiones dilatoriæ, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 11. §. 1. ubi quoque: quod ſint incontinenti liquidæ.

rei judicatæ, *Carpz. d. c. d. 8.* 2) si in primo termino emanens reus condemnatus sit ad legitima impedimenta, & termino ad ea deducenda præfixo contumaciam purget, *Carpz. d. c. d. 9.* 3) si judicium retro nullum reddant, *Mev. p. 5. dec. 13. n. 3.* vel 4) gravamen successivum habeant, vel 5) noviter exortæ, aut 7) reus juramento probet, eas post priorem terminum elapsum ad ipsius notitiam demum pervenisse, *Zanger. de except. p. 4. c. 22. n. 8. 10. & 20.* Plures adhuc casus refert *Nicolai in processſ. p. 1. c. 3. n. 57.*

4. Licet hodie super eventuali litis contestatione statim feratur sententia, effectus tamen ejus, donec dilatoriis *(b)* exceptionibus ab actore satisfactum, manet in suspenso. Inde reus in subsequenti termino pro confesso & convicto haberi nequit, si actor, cui injuncta satisdatio, eam nondum præstitit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 22.*

5. Nec juramentum pro deserto habetur, si reus intra octiduum sese non obtulit, cum id ipsum currat demum post notificationem, dilatoriis ab actore satisfactum esse, vel etiam a die judicati, si desuper lata sententia, *Rivin. c. l. en. 23. & tit. 18. en. 101. Wernher.*

(b) Quæ hic & in sequentibus traduntur, fere mutata sunt per *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 2.* ubi cautum, ut ille, cui per sententiam, qua super dilatoriis & eventuali litis contestatione cognitum est, aliquid injungitur, illud ante futurum terminum, vel demum in eo, sub mulcta 5. vel plurium thalerorum, præstare teneatur; e contra fatalia injunctæ probationis & juramenti præstationis, ob id, quod dilatoriis nondum satisfactum, minus suspendantur, sed mox a tempore rei judicatæ currant; ita tamen, ut, si legitimatio ad causam sit injuncta, causa principalis tantisper sistatur, donec ille passus ad finem perductus fuerit.

nber. fel. obf. for. p. 1. obf. 340. add. Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 70. p. 319.

6. Probatio quoque pro exoneranda confcientia non fit deferta, fi quis intra octiduum fefe obtulit ad probationem, articulos autem intra fpacium Saxonicum non exhibuit, nondum remotis dilatoriis, *Rivin. c. l. en. 24.*

7. Quod fi actor fufcipiat probationem, nondum remotis dilatoriis, offerendo articulos probatoriales cum nominibus teftium, ac copiis documentorum, reus nec teftes admittere, nec documenta recognofcere tenetur, donec conditio fententiæ purificata, *Rivin. c. l. en. 25.*

8. Nec poffunt haberi documenta pro recognitis, cum in termino demum fatisdet actor, licet præcefferit comminatio, *Rivin. c. l. en. 26. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 70. lit. b. p. 321.* Imo, probatione ac reprobatione jamjam publicata, adhuc urgeri poteft fatisdatio, nec prius tenetur reus exhibere pofitiones difputatorias, quam fatisdatum, *Rivin. c. l. en. 27.*

9. Nec prius ipfi actori terminus probatorius currit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 28.* multo minus reo, ad actionem affirmative refpondenti, ratione demonftrandæ exceptionis, *Rivin. ibid.*

10. Juramentum quoque emanente actore, qui de calumnia jurare debet, pro præftito non habetur, licet ad jurandum fe offerat reus, atque in termino fit paratus, *Rivin. c. l. en. 29.*

11. Illegitimationis exceptio, cum in quacunque judicii parte opponi poffit, inter dilatorias, quæ fatalia fufpendunt, nequaquam refertur, *Rivin. c. l. en. 30.* diffentit *Wernher. fel. obf. for. p. 3. obf. 19.*

12. Quæ de exceptionibus dilatoriis, ab actore adim-

adimplendis, dicta sunt, nequaquam extendi possunt ad exceptionem refusionis expensarum, illegitimationis, &c. reo objectam, *Rivin. c. l. en. 31.*

13. Quando actor, in præstanda satisdatione aut guaranda, cunctatur, reo licet pro abbrevianda lite, ut actorem citari faciat, quo emanente, reus ab instantia absolvendus; actor econtra in expensas & cautionem de lite prosequenda condemnandus, *Rivin. c. l. en. 32.*

14. Add. loc. *instrumentorum recognitio. th. 22.*

EXCEPTIO EXCUSSIONIS SIVE ORDINIS.

1. Si reus exceptionem ordinis omiserit, judex eandem ex officio supplere nequit, *Gail. lib. 2. obs. 27. n. 2. & 4. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 130. n. 23. & p. 9. obs. 212.*

2. Add. loc. *beneficium excussionis.*

EXCEPTIO FORI DECLINATORIA.

1. Opponenda est hæc exceptio, priusquam alia dilatoria proponatur, ne reus videatur consentire in judicis incompetentis jurisdictionem, *Rivin. de except. dilator. c. 2. n. 3.* add. *Ludovic. Civil. Process. c. 12. §. 3.* Et haud consilii est, ut reus declinatoriæ exceptionem guarandæ & cautionis pro reconventione & expensis nondum præstitæ simpliciter annectat: verendum enim est, ne judex dilatorias illas pro tacita renunciatione habeat. Aliud autem dicendum, si conditionate & cum protestatione eas objecisset, *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 35. lit. c. p. 116. Ludovic. c. l.* aut, omissa etiam declinatoria, exceptionem non communicati libelli, *Barth. c. l. p. 115.* aut spolii opponat, *Ludovic. c. l.*

2. Ex-

2. Exceptio fori declinatoria a reo in judicio comparente & præsente est proponenda, nec sufficit, eam in scriptis proponi, *Carpz. lib. 2. R. 10. Barth. Hodeg. For. c. l. p. 117.* nisi sit notoria, *(a) Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 1. Barth. c. l.* quo casu, si non compareat, aut nequidem in scriptis excipiat, etiam ex officio attenditur, *Rivin. c. l. en. 2. Berger. dec. 270.*

3. Exceptio fori declinatoria non opponenda nec discutienda est apud judicem, qui in subsidium juris citationem partis intimat, sed coram Tribunali, citationem decernente, proferenda & dijudicanda, *Mev. p. 4. dec. 327.*

EXCEPTIO ILLEGITIMATIONIS.

1. Dispositio juris, quæ omnes exceptiones in termino opponi jubet, non pertinet ad exceptionem illegitimationis, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 374.* & quocunque processus tempore urgeri potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 109.* & adhuc locum habet, quamvis super eadem, quod sufficienter facta sit, res judicata adsit, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 24.* add. *Rivin. except. dilator. c. 7. n. 1. 2. 3.*

2. Add. loc. *exceptio dilatoria. th. 11. & 12.* loc. *legitimatio personæ.*

EXCEPTIO ILLEGITIMATIONIS AD CAUSAM.

1. Hæc exceptio etiam in termino executivo opponi potest, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 7. §. 1.*

(a) Vel incontinenti doceri possit; nec minus hæc exceptio, si in sententia præterita est, in leuteratione vel appellatione ulterius urgeri potest, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. 1.*

7. § 1. *p.* 267. modo non jam discussa & per judicatum rejecta, *Horn. cl. 11. R. 62. p. 704. & R. 91. p. 760. b.*

2. Add. loc. *legitimatio ad causam.*

EXCEPTIO INADMISSIBILITATIS.

1. Adhuc locum habet, etsi judex leuterationem vel appellationem admiserit, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 267.* & appellatio a superiore judice jam recepta fuerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 262.*

2. Add. loc. *appellationis materia a th. 3. usque 15.*

EXCEPTIO INCOMPETENTIÆ.

1. Frustra objicitur, si reus post motam litem forum mutaverit, *l. 7. de judic. l. fin. §. 1. C. de in jus voc. Brunnem. consil. 106. n. 9. sequ. Rivin. de except. dilator. c. 2. n. 17.*

EXCEPTIO INTENTIONIS ET FACTI.

1. In reprobatione est admittenda, quamvis litis contestationi annexa haud fuerit; nam licet in *O. P. S. tit. 21.* § da auch. expresse cautum est, quod in reprobatione non nisi illarum exceptionum ratio haberi debeat, quæ post factam litis contestationem oppositæ, eidemque adjectæ sunt: illa tamen juris dispositio merito restringitur ad exceptiones, juris seu actionis; eoque ad exceptiones facti, veluti sunt solutionis, compensationis, acceptilationis, minus producenda venit, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 106.* dissentit *Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 3. not. 1. p. 1078.*

EXCEPTIO MINORENNITATIS.

Vid. loc. *minor. th. 30.* loc. *minorennitas.*

EXCEPTIO NEGATIVA.

1. Exceptio negativa ab actore est probanda, si ve-

ſi veniat ex natura contractus *Carpzov.*
8. ſeq.

EXCEPTIO NON ADIMPLETI
TRACTUS.

1. In proceſſu executivo, vel ex
bilaterali inſtituto, allegari poteſt, *Rivin*
tit. 11. en. 53. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. ob
& obſ. 172. etiamſi incontinenti non ſit liq
nher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 149. & d. obſ.
diſſentit, & tum in reconventionem eſſ
dam, putat *Lyncker. 2. dec. 661.* quem refu
proc. exec. th. 30. ubi contrarias dicaſter
tentias adducit.

2. Itaque hæc exceptio non excluc
proceſſum executivum, ſed eum tantum
cum effectu, ut tantiſper cauſa princip
reum ſuſpendenda ſit, donec de implemer
te actoris ſubſecuto conſtet, *Wernher. d. o*
& ſupplem. nov. ad d. obſ. 149. Berger. c. l.

3. Generatim vero objecta exceptio
pleti contractus in proceſſu executivo nc
tur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 37.*

4. Nihil refert, exceptio non impl
ctus ante, an poſt factam recognitionem
quum non minus oppoſita poſt recognition
ciat ad ſuſpendendam ſententiam conden
quam antea objecta ad differendam recog
Berger. proc. exec. th. 32.

5. Si vero ea exceptio a reo initio ſt
cta, ſed per ſententiam rejecta eſt, tum v
eadem a reo factæ deinceps recognitio
queat, propterea, quod ea ſemel ut turb

derata, per ſententiamque rejecta fuerit, *Berger. c. l.* ſecus ac in proceſſu ordinario, itemque ſummario in ſpecie ſic dicto, *Berger. c. l.*

6. Eo vero in caſu, ubi in primo termino nulla exceptio a reo objecta, nec documentum ab eodem recognitum, per ſententiam autem deinceps recognitio ei injuncta fuerit, hanc exceptionem in proceſſu executivo adhuc admittendam eſſe, quamvis remedium ſuſpenſivum, hujus intuitu, adverſus illam interpoſitum, rejectum fuerit, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 198.*

7. Quodſi in contumaciam rei inſtrumentum bilaterale pro recognito habetur, idem ſtatim condemnandus eſt, ſepoſita ſcilicet exceptione non ſecuti implementi: cum contumaciæ pœna ſit exceptionum amiſſio, *Berger. proc. exec. th. 33.* ubi addit, quod judex extra caſum contumaciæ nihilominus ex officio hanc exceptionem ſupplere, & de ſolutione providere, h. e. mandare poſſit, ut emtor pretium ſolvat, *l. 8. in fin. C. de act. emt.*

8. Actori valide opponitur hæc exceptio, licet dicat, reum jurato promiſiſſe, *Zanger. de except. p. 3. c. 22. Horn. cl. 11. R. 80. p. 706. b.*

9. Hanc exceptionem inter mercatores locum non habere, cum *Marquard. de jur. mercat. lib. 3. c. 8. n. 15. ſeq.* tradit *Carpz. dec. 257.* diſſentit *Berger. El. Proc. Exec.* §. 34.

10. Add. loc. *cambium. ſub rubr. de forma literarum cambialium. th. 6. & 7.*

EXCEPTIO NON FUNDATÆ INTENTIONIS.

1. Alias exceptiones ſpeciales haud includit; ideoque reus, ſuſcepta reprobatione, ejus virtute ar-

ticulos ad exceptiones speciales, nominatim haud appositas, dirigere non potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 152.*

EXCEPTIO NON NUMERATÆ PECUNIÆ.

1. Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium est privilegiata, hoc est, onus probandi transfert in creditorem: post biennium vero est vulgaris h. e. opponi quidem potest post biennium a debitore, ita tamen, ut ipsi incumbat onus probandi, *A. Fab. in C. lib. 4. tit. 22. def. 1. Carpz. p. 1. c. 32. d. 66. Schilter. ex. 22. §. 31. Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de reb. credit. verb. privilegiaria.*

2. Post biennium tamen jusjurandum desuper deferri non potest creditori, *l. 14. §. 3. C. de non numer. pecun. Hopp. ad § un. J. de liter. obligat.* nec in Saxonia, contra Instrumentum guarentigionatum admittitur, nisi in continenti sit liquida, *Carpz. lib. 2. R. 91. Hopp. c. l. in us. hod.* Quamvis etiam contra illud intra biennium, invita *(a)* tamen processus executivi natura, locum habeat, & onus probandi in creditorem transferat, *Berger. E. D. F. tit. 11. obs. 4. p. 369.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 51.* Quod quoque exaudiendum de eo casu, ubi debitor minus, quam instrumento scriptum sit, se accepisse dicat, *Berger. c. l. not. 2. p. 373.*

3. Plane post biennium reum nullatenus esse audiendum, licet vel maxime probare velit, nullam se accepisse pecuniam, contendunt *Donell. lib. 14. c. 38. ibique Hilliger. lit. a. Zanger. de except. p. 3. c. 14. n. 66. Berger. d. p. 369. Wernher. p. 1. obs. 6.*

4. Ast

(*a*) Ast hodie exceptio non numeratæ pecuniæ in processu executivo locum non habet, nisi incontinenti sit liquida, *Ord. Proc. Sax. Rec. in additam. §. 8.*

4. Aſt nihilominus reo permiſſam eſſe oppoſitionem exceptionis falſi, doli, violentiæ, ſimulationis, & ſimilium, etiam poſt biennium, & quidem pro alia atque alia probationis ratione, modo in proceſſu executivo, puta ſi incontinenti fuerit liquida, modo demum in judicio reconventionis, veluti: ſi turbida fuerit, tradit *Berger. c. l. not. 4. p. 375.* add. *Wernher. d. obſ. 6. n. 6.* Plane exceptionem doli, tam generalis, quam ſpecialis, poſt biennium amplius locum non habere, dicit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 46.*

5. Exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet, etiamſi quis, ante longum tempus jamdum ſe accepiſſe pecuniam ſcripſerit, *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 17. lit. a. p. 62.* eique renunciatum ſit, *Hopp. ad verba: ultra biennii metas. §. un. J. de liter. obligat.* etiam jurato, *Setſer. de jurament. c. 26. n. 12. p. 187.* diſſentiunt *Hilliger. ad Donell. lib. 14. c. 37. lit. f. Carpz. p. 1. c. 32. d. 65. Richter. dec. 21. n. 21.* confer. *Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 2. lit. i. p. 485.*

6. Ceſſat vero hæc exceptio 1) ſi ei ex intervallo, aut in alia ſchedula renunciatum ſit, *Hopp. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 246.* 2) ſi geminata ex intervallo facta ſit confeſſio, *Barth. d. p. 62. Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 4. not. 1. p. 373.* vel 3) judicialiter facta ſit confeſſio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 14.* quod tamen de eo caſu intelligendum, ſi chirographum datum ex poſt facto judicialiter ad conſtituendam hypothecam denuo recognoſcatur, *Barth. d. p. 62.* 4) inter mercatores, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 69. & lib. 2. R. 92. Hopp. in uſ. hod. ad §. un. J. de liter. obligat.*

7. Cæterum renunciatio hujus exceptionis obligationi annexa ad hoc conducit, ut, omiſſa cauſa

debendi, literarum obligationem, sive p
mutuum ea præsupponat & inducat, ita ut
exinde agi possit, *Berger. p. 1. supplem. ad*
5. §. 11. p. 59.

8. In aliis contractibus, extra causam
dotis, exceptio non numeratæ pecuniæ hau
onus probandi in creditorem, *Zanger. de*
c. 14. n. 35. seq. Carpz. p. 1. c. 32. d. 68. Ba
4. §. 4. lit. r. p. 692.

9. Exceptio non numeratæ pecuni
cessu executivo, intra tres hebdomadas,
citationis, non exhibita, rejicitur in rec
nem, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 11.*

EXCEPTIO NON SECUTI IMPLEM
Vid. loc. *exceptio non adimpleti contractus.*

EXCEPTIO PEREMTORIA.

1. Exceptiones peremtoriæ in foro c
lariter post litem contestatam usque ad
opponi queunt, nullo inter judicia bonæ fi
cti juris discrimine servato, *Gail. lib. 1. ob*
Brunnem. ad l. 4. C. de except. n. 8. seq. Mart
S. tit. 11. §. 6. n. 1. Ludovic. Civil. Proc. c. 14.
Imperii vero omnes in primo termino sub
clusionis objicienda sunt, *R. J. de an. 1654. §*
Proc. Cam. d. 69. n. 67.

2. In foro Saxonico omnes peremt
non dilatoriæ, instar peremtoriarum adhi
contestationi sub pœna privationis annecte
O. P. S. tit. 11. §. 6. & 10. Quod non solu
contestatione negativa, sed maxime quoqu
mativa requiritur, ne pro pura & simpli
tur: alias enim in talem confessum part

non nisi essent condemnatoriæ, *l. 25. ad L. Aquil. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 48. p. 251.* Exceptio tamen, quæ noviter emersit, post litis contestationem etiam, & elapsum fatale reprobationis admittenda est, quamvis in altiori indagine consistat, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 247.* add. *Carpz. proc. tit. 9. art. 7. n. 14. seq. Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 58. Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 3. not. 5. p. 1085. Ludovic. c. l.*

3. In Saxonia Electorali cum executive agitur reus exceptiones intra tres hebdomadas edere (a) tenetur: alias præter exceptiones solutionis & compensationis nullæ admittuntur, licet ex natura contractus originem habeant, vel etiam ex ipsa Documenti inspectione appareant, *Resolut. Grav. tit.* Von *Justitien*-Sachen. *& dec. Elect. nov. 2. Rivin. ad O. P. S. tit. 39 en. 15.* Supponendum tamen est, reo in citatione, ut exceptiones suas dicto tempore edat, expresse injunctum fuisse, *Wernher. p. 1. obs. 249.* add. *Berger. El. Proc. Exec. th. 37.* & alias justas excusationes abesse, *Rivin. d. tit. 11. en. 64.* Imo judici non esse ademtam facultatem, ut, si exceptiones delictum involvunt, v. gr. falsum, usurariam pravitatem &c. eas attendat, etiamsi legitimo tempore a reo non oppositæ, & altioris sint indaginis, testatur *Rivin. d. tit. 39. en. 16.*

4. Nihil interest, num exceptiones, quæ contra documenta allegantur, ante, in, vel post recognitionem opponantur, dum ne eæ ita recognitioni admiscantur, ut ipsum instrumenti sensum evertant, *Berger. E. D. F. tit. 35. obs. 3. not. 10. p. 765. Barth. Hodeg.*

(a) Quod hodie mutatum: cum sufficiat, a reo in termino opponi exceptiones, modo sint incontinenti liquidæ, *Ord. Proc. Sax. Rec. in append. §. 8.*

deg. For. c. 1. §. 42. lit. f. p. 93. confer. Ludovic. Civil-Proc. c. 14. §. 4.

5. In foro Saxonico ex peditum est, nullis exceptionibus, nisi quarum ver tas in continenti doceri possit, ad impediendum lit ingressum, locum esse, Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 43. n. 1. Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 3. not. 1. p. 1079. Se in foro communi illæ tres exceptiones, quæ litis fin tæ dicuntur, scil. rei judicatæ, transactionis & jurisju randi ante litem contestatam admittendæ, quamvis altioris indaginis sint, & earum probatio per testes fit t, Stryck. introduct. ad prax. c. 16. §. 2. Wernher. d. obs. 43. dissentit Berger. c. l. Ludovic. c. l. §. 3. Mev. p. 3. dec. 225.

6. Quid si exceptio transactionis quidem sit liquida, actor vero replicet, eam rescindendam esse, num ante litem contestatam de eo agendum? Id quod affirmat Mev. p. 3. dec. 226.

7. Exceptiones, tam dilatoriæ, quam peremtoriæ, in prima instantia omissæ, nequeunt opponi in appellationis instantia, Carpz. p. 1 c. 21. d. 10. nisi dilatoria processum annullat, quo casu nec excluditur in executione, Mev. p. 7. dec. 13. n. 3.

8. Negativæ litis contestationi exceptiones peremtorias summariter tantum subjici sufficit, v. gr. annectiret dieser Einlassung exceptionem solutionis, compensationis &c. dilata earum in reprobationem ulteriori deductione, Barth. hodeg. for. c. 1. §. 49. p. 251. Nec actor reum cogere potest, ut eas fuse declaret, Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 61. Barth. c. l. p. 252.

9. Si affirmative lis contestata est, etiam summariter tantum subiici solent exceptiones peremtoriæ, reservata earum ulteriori probatione, si reus ad probandum exceptiones instructus sit instrumen-

tis

tis aut testibus, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 50. p. 252.* Imo nequidem ita specifice affirmativæ, uti negativæ litis contestationi exceptiones peremtorias necessario esse subnectendas, sed generaliores & generalissimas etiam, rei non sic sed aliter gestæ, & non competentis actionis, oblata & reservata earum probatione, sufficere, putat *Barth. c. l. p. 253.* Magis tamen expedire reo, si specialiter eas opponendo & deducendo, ab actore responsionem ad singulas exigat atque expectet, quo actoris replicas responsioni, non minus ac litis contestationi, subnectendas expiscari, eoque facilius deinde elisivis suis articulis probatorialibus eas infirmare & refutare possit, tradit *Barth. c. l.*

10. Si vero reus conscientiæ vel scientiæ etiam & notitiæ actoris exceptiones peremtorias committere cogitur, recensitione illarum speciali ori, cum potioribus circumstantiis, opus est, annexa simul responsionis actoris ad eas postulatione, subjunctaque in casum negationis jurisjurandi delatione, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 51. p. 254.* Quodsi vero reus non exegerit responsionem, nihilominus judex eam ex officio actori injungere potest, imo solet, *Barth. c. l. lit. a.* Nam actor statim ad exceptiones respondere tenetur, nisi in expensas condemnari malit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 60.*

11. Exceptionum peremtoriarum generalium, cujusmodi sunt: non competentis actionis, carentia juris, deficientis interesse, male agis, non secuti implementi, quamvis litis contestationi adjiciantur, nulla habenda est ratio, & tales generaliores exceptiones in reprobatione deinde per speciales deduci haud possunt, *Berger. E. D. F. tit. 11. obs. 3. p. 365. & part. 2. sup-*

2 *supplem. ad eund. loc. p.329. Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 49. p. 252.*

12. Quodsi vero actor reo connivere velit, ante lapsum termini probatorii sui petere potest, ut reo injungatur, quo exceptiones generaliores speciatim indicet, ut, ad easdem elidendas, replica deinceps inseri articulis, probataque dari queat, *Berger. d. obs. 3. p.366. Barth. c. l.*

13. Non tamen necesse (*b*) est, ut reus circumstantias exceptionum singulares indicet: sed satis est, si reus opponendo exceptionem, v. gr. solutionis, dicat: Es sey eines und das andere darauf bezahlt, *Berger. d. obs. 3. not. 2. p.367. Barth. c. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 61.*

14. Usu tamen fori comprobatum est, ut sub exceptionibus generalibus intelligantur speciales omissæ, siquidem generales specialibus quibusdam sint subjectæ, *Berger. d. obs. 3. not. 3. p.367. & part. 2. Supplem. ad eund. loc. p.327.* Imo in actione negatoria sufficit, exceptiones generales subjicere litis contestationi, *Berger. d. part. 2. supplem. p. 328.*

15. Si, in processu ordinario aut summario, una alterave exceptio peremtoria litis contestationi, responsionive ad libellum, neque speciatim, neque generatim, post oppositas speciales, subjungatur, eadem adhuc

(*b*) Imo necesse est, ut earum fundamentum clare & specifice allegetur, dum in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. 4.* disponitur: Jedoch soll auf die exceptiones generales, zum Exempel: non competentis actionis, rei non sic, sed aliter gestæ, solutionis, compensationis und dergleichen, anderer Gestalt nicht, als wenn zugleich das fundament derselben, kürtzlich und deutlich angezeiget, reflectiret werden.

adhuc pro casuum diversitate in judicium ordinarium, modo reconventionis, modo separatum, deduci possunt, *Berger. E. D. F. tit.39. obs.3. p.1075. Barth. Hodeg. For. c.1. §.88. lit.a. p.398.* imo ad impediendam executionem adhuc allegari possunt, modo in continenti sint liquidæ, *Berger. c. l. not.1. p.1077. & not.3. p.1082. Carpz. proc. tit.25. art.6. n.53. seq.*

16. Ast exceptiones, litis contestationi, responsionive annexæ, a judice tamen nihilosecius rejectæ, aut saltem silentio præteritæ, vel in reprobatione desertæ, postea neque per modum reconventionis, neque separato processu in judicium reduci queunt, *Berger. c.l. & not.2. p.1079. seq.* add. *Carpz. lib.2. R.4. Horn. cl.12. sent.48. p.851. Barth. c.l. & §.69. lit.a. p.318.* Secus in exceptionibus generalibus, oppositis quidem, sed pronunciando neglectis: illæ enim deinceps adhuc per modum actionis proponi possunt, *Berger. E. D. F. tit.11. obs.3. not.4. p.368.* imo prosunt ad impediendam executionem, si in continenti liquidæ fieri queant, *Berger. E. D. F. tit.39. obs.3. not.3. p.1082.*

17. In processu executivo exceptiones, sive pro indole ejusdem processus minus probatæ, sive desertæ sint, adhuc pro casuum diversitate in judicium ordinarium, modo reconventionis, modo separatum deduci possunt, *Berger. d. tit.39. obs.3. not.2.3. p.1079. seq.* add. *Berlich. p.2. dec.271.*

18. Exceptio, in processu ordinario rejecta, vel in reprobatione deserta, contra sententiæ executionem denuo opponi non potest, *Carpz. lib.2. R.4. & proc. tit.25. art.6. n.93. seq. Mev. p.7 dec. 214. Rivin. ad O. P. S. tit.39. en.7.8.* nisi haud plene di-

ſcuſſa fuerit, *Carpz. lib. 2. R. 5. n. 7. Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 3. p. 638.*

19. Exceptiones, in vim litis ingreſſum impedientium, oppoſitæ, ſi ſententia rejectæ, vel neglectæ fuerint, nihilominus in reprobatione uſum præſtant, *Horn. cl. 12. R. 60. p. 874. a.* modo poſt litem conteſtatam adhuc tanquam peremtoriæ oppoſitæ fuerint, *Berger. E. D. F. tit. 11. obſ. 1. not. 6. p. 363.* add. *Ludovic. Civil Proc. c. 14. §. 4.*

20. Add. loc. *exceptio intentionis & facti. th. 1.* loc. *exceptio ſolutionis. th. 1.* loc. *executio. th. 42. 43. 44. 45. & 46.* loc. *inſtrumentorum recognitio. th. 29.*

EXCEPTIO PLURIUM COHEREDUM.

1. Qui hanc exceptionem opponit, non tenetur probare, quod illi ſe hereditati immiſcuerint, aut eandem adierint, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 115.*

2. Exceptionem: non ſum ſolus heres, opponens nec pro ſua parte condemnari, ſed abſolvi debet, ſi plures ſint coheredes: in quo differt ab exceptione diviſionis, *Mev. p. 6. dec. 93.*

EXCEPTIO PRÆSCRIPTIONIS.

1. Hanc exceptionem, etiam a parte non oppoſitam, judex ex officio attendere poteſt, *Carpz. p. 1. c. 25. d. 1.* imo & debet, *Carpz. d. c. d. 2.* non modo jure Saxonico, ſed civili quoque, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 294. & p. 3. obſ. 136. n. 2. & in ſupplem. ad d. p. 1. obſ. 294.* non minus in cauſa criminali, quam civili, *Carpz. d. c. d. 3.*

2. Sed vero ſupponitur, eandem ex actis liquido apparere, ut nulla ejusdem probatione opus ſit; Unde ſi reus eandem per teſtes aut jurisjurandi delationem probare velit, non aliter audiendus, quam ſi ean-

eandem, facta litis conteſtatione, oppoſuerit, eidemque adjecerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 5.*

3. Exceptio præſcriptionis, quæ ex actis incontinenti liquida, & a judice ex officio non fuit ſuppleta, rem judicatam perpetuo poteſt retractare, *Berger. dec. 327.*

EXCEPTIO REI JUDICATÆ.

1. Exceptio rei judicatæ fruſtra opponitur actioni, ex nova cauſa petendi remota inſtitutæ, ſive actio realis ſive perſonalis fuerit, *l. 14. §. 2. de edend. l. 11. §. 2. de except. rei judic.* modo in priori actione reali ſcil. cauſa petendi remota ſeu titulus ſpecialis adjectus fuerit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 443. n. 3. 4. & p. 6. obſ. 481. n. 4.*

2. Add. loc. *act. æſtimatoria. th. 2.* loc. *res judicata.*

EXCEPTIO SOLUTIONIS.

1. Hæc exceptio, ſi nequidem in termino executionis oppoſita fuerit, deinceps fruſtra urgetur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 409. n. 2.*

EXCEPTIO TUA NON INTEREST.

1. Hæc exceptio omnem agentem repellit, *Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de heredit. pet. verb. præſtitit, Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 203. n. 6.* & non minus contra fiſcum opponi poteſt, *Mev. p. 1. dec. 106. n. 5.*

EXCEPTIO VERITATIS.

1. Veritas objecti criminis, aliusve rei non ſimpliciter injuriam excludit: Sed hoc tantum operari creditur, ne animus injuriandi præſumatur, ſed probandus ſit, *Titius in obſerv. ad Lauterb. tit. de injur.*

2. Ve-

2. Veritas ejus, quod objectum est, a pœna non liberat, *Mynsinger centur 4. obs. 4. Mev. p. 3. dec. 357.* mitigat tamen pœnam, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 304. n. 1.* & removet recantationem, *Stryk. annot. ad Lauterb. tit. de injur. verb. veritas.*

3. Super hac exceptione, etiam in actione injuriarum criminali jusjurandum deferri potest, *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 18. § 10. p. 184.* ita tamen, ut circumstantiæ simul exprimantur, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 14. p. 431.*

EXCESSUS.

1. Excessus, in actu licito admissus, arbitrarie punitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 117.*

EXCUBIÆ SUBDITORUM.

1. Regulariter Nobiles, alii ve subditos suos ad custodiam nocturnam vel diurnam, suis castris faciendam, cogere haud possunt *l. un. C. ne oper. a collat. exig. l. 1. & seq. C ne rustic. ad ullum obseq. Constit. Elect. Sax. 51. p. 2. ibique Carpz. d. 1. n. 1.* nisi 1) legitima consuetudine hoc fuerit introductum; 2) ita conventum, 3) bella publica sæviant, 4) incendiarii grassentur, 5) si domini habeant inimicos capitales, & a diffidatoribus periculum aliquod metuant, *d. c. 51. ibique Carpz. d. 1. Berlich. p. 2. conclus. 64.*

2. Excubiæ strictissime sunt interpretandæ, *Berger. dec. 16. n. 1.* Itaque omnia dominorum castra subditi custodire non debent, sed tantum ea, in quibus antea quoque excubiæ solitæ sunt fieri, *Nicol. Boer. dec. 212. n. 18.* nec cogi possunt, ut excubias certo castro præstitas, in alio agant & præstent, *Berlich. p. 2. concl. 64. n. 18.* exceptis iis casibus, quibus citra consuetudinem & conventionem subditi ad excubias sunt obstricti, *Moller. ad d. c. 51. n. 3.* Imo iis casibus

subdi-

subditi cogi possunt, ut pro defensione sui quoque pagi sint in excubiis, *Carpz. d. c. d. 2.*

3. Custodire debent subditi castra solummodo Domini sui, qui jurisdictionem habet, licet bassam saltem ac inferiorem, *Carpz. d. c. d. 6.* & defuncto Domino, multiplicatis licet possessoribus & castris, excubiæ consuetudinariæ tamen haud multiplicari debent, *Carpz. d. c. d. 7.*

4. Sufficiunt excubiæ foris præstitæ, nec cogi possunt subditi, ut intra & in area castrorum agant excubias, *Carpz. d. c. d. 8. Berlich. d. conclus. n. 23.*

5. Excubiæ, quas subditi Domino jurisdictionali præstare tenentur, wenn des Gerichts-Herrn Ehe-Weib in Wochen lieget, non sunt producendæ ad filii s. uxorem; nec eæ, quæ præstandæ sunt bey Krancken, indefinite ad puerperam pertinet, so in Wochen lieget, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 8. not. 8. p. 53.* De ejusmodi alio casu vid. *Berger. dec. 16. n. 3.*

6. Excubiæ, quæ a Domino Territoriali communis necessitatis ergo indictæ sunt, a subditis sunt præstandæ, licet Dominus Jurisdictionalis eos ab excubiis liberasse demonstretur, *Berger. d. dec. 16. n. 4.*

7. Subditis excubias agentibus debetur victus usitatus, qui est panis & caseus, nisi aliud consuetudine fuerit introductum, *d. c. 51. ibique Carpz. d. 5.*

8. Omnes indifferenter subditi, auch die Gärtner und Hintersassen, ad excubias agendas sunt obstricti: non tamen advenæ, qui solum conductitias ædes possident, *Berlich. d. concl. 64. n. 9. Carpz. d. c. 51. d. 3.* nec rustici, qui dicuntur dotales, *Berger. dec. 5.*

EXCUS-

EXCUSSIONIS BENEFICIUM.

Vid. loc. *Beneficium Excussionis.*

EXECUTIO.

1. Jure civili executio statim & incontinenti fieri debet in actione reali, *§. 2. J. de offic. jud. l. 9. de R. V.* nisi forte absque calumnia dilatio petatur, *d. § 2. Brunnem. ad l. ult. C. de execut. rei judic.* Quod & pertinet ad casum, ubi certa species, seu res, quæ adhuc in natura apud reum existit, petitur, v. gr. in actione commodati, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 11. n. 5.* Quod si autem ad quantitatem præstandam condemnatus sit reus, quatuor mensium dilationem habet, *l. 2. & 3. C. de usur. rei judic. l. ult. C. de execut. rei judic. ibique Brunnem.*

2. Ast jure Saxonico ex actione reali condemnato ad paritionem & restitutionem quatuordecim dies a tempore præcepti executivi conceduntur, intra quod spatium, si reus non pareat, res ipsi aufertur, & victori traditur, *O. P. S. tit. 39. §. 2. ibique Philipp. consid. 2. Carpz. p. 1. c. 32. d. 3.* Quod spatium etiam ad executionem sufficit, *(a)* si species, quam reus possidet, actione personali petitur, *VVernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 11. Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 2. p. 1073.* Ex actione vero personali ad quantitatem *(b)* condemnato terminus Saxonicus ad solvendum, vel executionem subeundam præfigitur, *O. P. S. d. tit. §.* Wenn aber. *Carpz. d. c. d. 4. Berger. c. l. VVernher. c. l.*

3. Executioni terminus præfigendus est, non in

(a) Quod quoque comprobat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 4.*

(b) Imo hodie etiam spatium 14. tantummodo dierum præfigitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l. §. 5.*

in ipsa sententia, sed, post rem judicatam, per præceptum executivum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 3.*

4. Si in bona uxoris executio facienda, præceptum executivum ad ipsam, non ad maritum, dirigendum: si tamen in termino cum curatore pro peracta agnoscit executionem, nullitas purgatur, *Rivin. c. l. en. 30.*

5. Executio contra condemnati heredes institui potest, per *l. 6. §. 3. de re judic. Carpz. p. 1. c. 32. d. 24. n. 1. Rotber. pract. nov. for. part. spec. c. 23. §. 3.* Sed executio contra defunctum dudum decreta, etsi hic de solvendo admonitus, contra heredem non peragitur, antequam hic sit certioratus, *Mev. p. 8. dec. 136. n. 2. 3.* add. *Berlich. p. 1. concl. 80. n. 27.* ubi, quod etiam in bona heredum debitoris executio fieri possit, modo prius citentur, & summaria cognitione liquidetur, an sint heredes: nisi inventarium fecerint.

6. Contra heredes facienda est executio pro rata, nimirum ut quilibet pro sua quota & portione tantummodo sit conveniendus, nisi pignus vel hypotheca intercesserit, quæ facit, ut possessor teneatur in solidum, *l. 1. & 2. C. de heredit. act. Berlich. c. l. n. 28. Carpz. c. l. n. 2. & 3.* confer. vero omnino *Mev. p. 5. dec. 68.* ubi: haud tamen aliter condemnandus est heres ratione eorum bonorum, quæ tenet, quam si conventus sit actione hypothecaria; non hac sed personali conventus haud juxta illam, sed hanc tantum judicandus est, nec actioni institutæ postea incongrue petens audiendus est.

7. Non potest fieri executio 1) adversus pupillos indefensos, sed bona, per executionem occupata, sunt restituenda, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 13.* 2) adversus tutores pro debito pupillorum, *Coler. proc.*

execut.

execut. p. 2. c. 3. n. 256. nisi proprio nomine se obligaverit, *l. 15. & 26. C. de administr. tut.* aut ex dolo vel culpa tutoris ageretur, *l. 15. §. 7. de act. emt. Coler. d. c. 3. n. 258. Mev. p. 1. dec. 227.* veluti: si versio in utilitatem pupilli non probetur, *Carpz. d. c. d. 14.* 3) adversus mulierem (c) in bona dotalia & paraphernalia pro debito mariti, *l. 2. C. ne ux. pr. marit. Coler. d. c. 3. n. 262. Mev. p. 1. dec. 53.* bene tamen in fructus (d) *Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 1. not. 2. p. 1072.* quod ad perceptos tantum restringit *Carpz. d. c. d. 20. n. 7.* ast adversus alium usufructuarium recte fit executio, ratione scilic. commoditatis fructuum, quamdiu usufructuarius vivit, *l. 60. §. 1. de usufr. Berlich. p. 1. concl. 80. n. 26. Carpz. p. 1. c. 32. d. 21.* 4) in res litigiosas, *Carpz. d. c. d. 22.* confer. omnino locus: *res litigiosa ib.* 5) contra singularem debitoris successorem, vel tertium possessorem, qui in instrumento nominatus non est *l. 4. C. de rer. permut. Carpz. d. c. d. 24. Horn. cl. 5. R. 18. Mev. p. 4. dec. 28. & p. 1. dec. 16.* etsi alienatio pendente lite facta ab eo, qui conventus actione, per quam res non fit litigiosa, nisi prohibitio judicis accesserit, *Mev. p. 8. dec. 380.* vel nisi alienatio facta sit in fraudem creditoris, *Carpz. d. def. 24. n. 7. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 439.*

8. Potest fieri executio contra emtorem praedii, utut tertium, super pretio, ex quo creditori debetur solutio: ubi hoc tantum observandum est, ut non statim ad executionem deveniatur, sed prius

man-

(c) Neque in bona liberorum, pro debito patris, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 21.*

(d) Quos maritus vel pater, jure ususfructus, ex iis percipit, ita tamen ut uxori & liberis ante omnia de alimentis prospiciatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

mandetur, sub comminatione immissionis, solutio, ipsique, si quam habet, defensio sua permittatur, *Mev. p.6. dec. 417.*

9. Quando debitor principalis excussus est, non statim executio contra fidejussorem fieri potest, sed peculiaris actio contra ipsum instituenda est. *Franzk. lib. 1. resol. 12. n.89. Mev. p. 8. dec. 388. n.1. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 462.* exceptio est in fidejussore judicatum solvi, vid. *loc. cautio judicatum solvi. th. 1.*

10. Diebus feriatis *(e)* executio fieri nequit; Inde cum peracta esset intra septem dies præcedentes festum Paschatos, pro nulla habita erat a Supremo Appellationum judicio, teste *Rivino ad O. P. S. tit. 39. en. 4.*

11. Executio fieri nequit deficiente liquido *(f) Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. cent. 2. consil. 97. p. 1329.* & executioni, nisi de quanto constat, locus non est; ideoque, utut dicta fuerit sententia, tamen ut quantitas appareat, partes prius ad liquidandum remitti debent, *Mev. p. 7. dec. 196.* Semel autem ob liquidum debitum immissus ad liquidandum ultra non tenetur, donec ab adversa parte docebitur causa, ob quam liquidatio iterari debeat, *Mev. p. 1. dec. 206.*

12. Pluribus causis in judicium deductis, licet omnes

(e) Confer. tamen *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. 5.*

(f) Liquidum ante omnia est constituendum: quod si vero aliquid tantum adhuc est illiquidum vel dubium, illud separandum, & ratione liquidi peragenda executio est; quæ etiam, intuitu illiquidi, postquam ad liquidum perductum est, pro peracta habetur, adeo ut effectus juris realis ab ipsa jam facta executione incipiat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 5.*

omnes decisæ nondum sint, ob eas tamen, quæ ad finem perductæ, executio recte decernitur, *Horn. cl. 12. R.53. p.858. b.*

13. Contra plures pro rata est facienda executio: quod si tamen contra unum in solidum facta sit, non in totum retractatur, *Swendend. ad Fibig. p.950.*

14. Etiam super executionis expensis executionem faciendam esse, præjudicio comprobat *Barth. Hodeg. For. c.3. § 7. lit. a. p.524.*

15. Executio alibi expedienda a judice requisito fit, non secundum stylum judicis requirentis, sed juxta statuta loci, ubi executio expedienda est, *Swendend. ad Fibig. p.948.* confer. *Berger. E. D. F. tit.39. obs.1. not.2. p.1065.*

16. Judex requisitus super exceptionibus quidem modum & ordinem exequendi respicientibus cognoscere potest: non autem super iis, quæ causæ merita concernunt, *Barth. Hodeg. For. c.1. §.87. lit. a. p.392.* add. *Martin. ad O. P. S. tit. 39. §. 1. n.28. p.1151.*

17. Judex requisitus mandatam vel petitam executionem sub pœna 100. florenorum protrahere vel denegare prohibetur, insuperque actori ad interesse tenetur, *O. P. S. tit.39. §.1. ibique Philipp. consid. 1. Carpz. p.1. c. 32. d.1. Barth. c.l. p.391.* Contra extraneum vero magistratum repressaliis utendum est, *Barth. c.l.*

18. Termini *(g)* executionis & immissionis in præjudicium debitoris coarctari & contrahi, unoque actu expediri nequeunt, *Carpz. d.c. d.5. Rivin. ad O. P. S.*

(g) Hodie executio & immissio uno actu fieri debent, secundum, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.39. §.10.*

P. S. tit. 39. en. 18. nisi debitor consenserit, *Carpz, d. c. d. 6. & lib. 4. R. 5.* Quo in casu, si scil. debitor in uno termino executionem, immissionem & taxationem fieri patiatur, non nisi pro unico termino expensas executionis, das Hülff-Geld, solvere tenetur, *Carpz. d. c. d. 7.*

19. Citra nullitatem tamen primus executionis actus peragi potest, licet ad utrumque simul terminus sit præfixus, *Rivin. d. en. 18.* Plane executio, immissio, taxatio & adjudicatio rerum mobilium uno actu fieri potest, *Rivin. c. l. en. 22.*

20. Declaratio debitoris, nudis verbis facta, quod pro realiter peracta executionem habere velit, id quidem operatur, ut ad alterum executionis actum, h. e. immissionem, deinde, eaque etiam facta, ad subhastationem procedi possit, *Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 7. lit. e. p. 528.* ast ad constituendum pignus haud sufficit *(b)* nisi expresse etiam judex, in transferendum hoc ipso in creditorem jus reale se consensisse, testetur, *Barth. c. l. Berger. dec. 486. Rivin. ad O. P. S. tit. 47. en. 3.* vel cessio possessionis & traditio a debitore, & apprehensio a creditore fiat, *Barth. c. l. Rivin, c. l. en. 4.* add. *Martin. ad O. P. S. tit. 47. §. 1. n. 5. p. 1567. Carpz. p. 1. c. 28. d. 140.*

21. Habetur pro realiter peracta executio, si vel facto & resistentia vel etiam appellatione debitoris, aut etiam culpa judicis dilationem forte debitori indulgentis, fieri impediatur; modo utroque posteriori casu creditor contumaciam debitoris in non ex-

(b) Imo hodie ad constituendum pignus sufficit, si debitor judicialiter, vel oretenus, vel in scriptis se declaraverit, quod executionem & immissionem pro facta habere velit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 47. §. un.*

ſoluto debito accuſet, & executionis peractionem petat, deque diſſenſu ſuo proteſtetur, *Barth. c. l. p. 529.* add. *Carpz. p. 1. c. 28. d. 141. Berger. dec. 486.*

22. Similiter contra prolongationem termini executionis a judice vel motu proprio, vel ad inſtantiam debitoris factam proteſtando jus reale ſuum creditor conſervare poteſt, *Barth. c. l. p 530.* In dilationem enim conſentiens, quod ex intermiſſa proteſtatione colligitur, juri ſuo renunciat, nec ſufficit ſalvo jure conſentire, *Barth. c. l. p. 532.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 47. en. 2. Carpz. c. l. d. 142.*

23. Tenetur judex ad intereſſe, ad cujus perſuaſionem creditor in prorogationem executionis conſentiens damnum incurrit, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 2.*

24. Executio, ſi in termino præfixo ſuſpenditur, notificanda eſt debitori, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 2.*

25. In executione ſequens *(i)* ordo ſecundum *l. 15. §. 2. de re judic. & O. P. S. tit. 39.* obſervari debet; & quidem incipiendum eſt 1) de rebus mobilibus, & quidem non indiſtincte, ſed de iis, quæ commodius diſtrahi poſſunt, vid. *Carpz. p. 1. c. 32. d. 10.* quibus deficientibus vel non ſufficientibus, capiuntur 2) immobilia, pro ratione & quantitate debiti, *Carpz. d. c. d. 11. Berger. E. D. F. tit. 39 obſ. 7. p. 1106.* deinde 3) pervenitur ad nomina, jura & actiones, *Carpz. d. c. d 12.* denique 4) ad inſtrumenta & jumenta agrorum culturæ inſervientia, *Carpz. d. def. 10. n. 6. 7.* ad

(*i*) Aſt hodie arbitrio creditoris relinquitur, executionem fieri velit in bona mobilia, immobilia aut nomina atque actiones, utpote quo caſu juratam ſpecificationem a reo exigere poteſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 7.*

ad libros ſtudioſorum, *Carpz. p. 1. c. 29. d. 31.* & ad ſalaria atque ſtipendia, *l. 4. C. de execut. rei judic. l. 40. de re judic. Carpz. d. c. 29. d. 32.*

26. Avertere poteſt debitor executionem per ceſſionem bonorum univerſorum, non vero unius vel alterius ſaltem rei: dummodo ante terminum executionis bona realiter creditori tradantur, *l. 1. §. 5. de conſtit. pecun. l. 6. §. qui paratus. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. O. P. S. tit. 39. §. 18. ibique Philipp. conſid. 12. Carpz. p. 1. c. 32. d 9. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 223.*

27. Hinc debitor, rem immobilem offerendo, non poteſt avertere executionem in bona mobilia, niſi creditor conſentiat, vel ab initio ita conventum fuerit, *Carpz. lib. 4. R 3. Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. centur. 2. conſil. 92. p. 1314. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 20;.* confer. vero *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 7. lit. c. p. 526. & O. P. S. c. l. §. 19.* ex quo colligitur, non præciſe ceſſionem omnium bonorum requiri, ſed ſufficere, ſi debitor quædam bona offerat, ex quibus commode creditori ſatisfieri poſſit. At oblatione hac ſemel facta, ſtatim ſubhaſtatio, non antegreſſis actibus executorialibus, inchoatur, *Berger. c. l.*

28. Ordo executionis ſtricte obſervari debet, *Carpz. lib. 4. R 3. n. 23.* Hinc appellationi locus eſt, ſi executio ſtatim in immobilia fiat, etſi mobilia ad ſatisfactionem creditoris non ſuffectura videantur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 247.*

29. Si tamen debitor malit, executionem prius fieri in nominibus, actionibus & juribus, quam in bonis immobilibus, audiendus omnino erit: modo nomina ſint liquida & idonea, & facile ſine expenſis & judiciali ſtrepitu exigi poſſint, *O. P. S. tit. 39. §. 17.*

Carpz. p.1. c.32. d.12. Berlich. p.1. conclus. 81. n.36. Sicut & speciale est in pupillis & minoribus, ut, si contra eos intentetur executio, ea prius in nomina, jura & actiones fiat, *O. P. S. tit.39. d. §. l.5. §.9. de reb. eor. qui sub. tut. Carpz. d.c. d.13. n.1.*

30. Neutro tamen casu creditor accipere tenetur obligationem potentioris debitoris, vel difficilioris exactionis. *O. P. S. c.l. dec. Elect. Sax. 64. ibique Philipp. Carpz. lib.4. R.3. & lib.5. R.107.*

31. Si executio in nomina debitoris fit, requiritur, ut ei, ejusdemque debitori id rite significetur, imo posteriori interdicatur, *(l)* ne quid creditori suo solvat; nihilque interest, chirographum extet, an deficiat, *Berger. E. D. F. tit.39. obs.13. ibique not.1. p.1225. seq.* add. *Mev. p.8. dec.206.*

32. Plurimis simul bonis oppignoratis, liberum est creditori, in quæ executionem fieri velit, *l.8. de distract. pignor. O. P. S. tit.39. §.21.* idemque obtinet, etiamsi conventionalis tantum sit constituta hypotheca omnium mobilium vel immobilium, nisi forsan certa res in sententia fuerit expressa, *O. P. S. c.l. Carpz. p.1. c.32. d.8.*

33. Si res certa creditori oppignorata, vel in judicato expressa fuerit, præcise in eam facienda est executio, nec audiendus debitor, si vel mobilia vel nomina quantumvis certa & liquida offerat, *O. P. S. c.l. §.20. Carpz. d.c. d.12.* Imo, si chirographo immobilia speciali conventione extrajudicialiter saltem sint oppignorata, statim petere in ea executionem licet, *Barth. hodeg. for. c.3. §.7. lit. d. p.526.*

34. Si judicialis hypotheca super debito constitu-

(*l*) Add. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.39. §.20.*

ſtituta ſit, etiamſi creditor perſonaliter tantum egerit, non prohibetur tamen poſtea in prædium illud executionem petere, quam debitor, alia offerendo immobilia, æque commoda, declinare nequit, *Barth. Hodeg. For. c.3. §.7. lit. d. p.526.*

35. Creditor in fundum ad inſtantiam alius creditoris jamdum ſubhaſtatum executionem petere poteſt, ad effectum conſequendi jus in re, ſiquidem nondum motus ſit concurſus, *Berger. p.2. Supplem. ad E. D. F. tit.39. §.13. n.4. p.667. 673. 683. 703.*

36. In ipſam feudi ſubſtantiam & utile dominium a judice loci ordinario, qui ſimul dominus feudi non eſt, executio fieri non poteſt, ſed ſaltem in fructus & commoditates feudi: Dominus autem, ſi pro executione requiſitus, velit creditoribus in ipſum feudum facere executionem, eisque facultatem alienandi permittere, jure id facere poterit. Imo in dubio executio a domino feudi, non ſolum in fructus & commoditates, ſed quoque in feudum ipſum cenſetur facta, *O. P. S. tit. 40. §.1. ibique Philipp. conſid. 1. Carpz. p.1. c.32. d.25.*

37. Si debita cum conſenſu domini ſint contracta, isque in hypothecationem feudi conſenſerit, Dominus cogi omnino poteſt, ut executionem in ipſam feudi ſubſtantiam faciat, ſi creditores in fructibus & commoditatibus acquieſcere nolint, *O. P. S. d. tit.* §. **Was aber die Schulden.** *Carpz. d. def. 25. n. 7.* ubi hoc ad alia debita feudalia, quæ onera feudi concernunt, & in ejus utilitatem verſa fuere, extendit, add. *Weſenbec. p. 1. conſid. 50. n.14.*

38. Per executionem in feudum agnatis ſimultanee inveſtitis non præjudicatur: ſed, mortuo vaſallo debitore, feudum ad eos revertitur, ſive in ipſum

feudum, sive in fructus saltem facta fuerit executio: nisi in hypothecam vel executionem consenserint, *O. P. S. d. tit. 40.* §. Es sollen auch, *ibique Philipp. consid. 2. Carpz. d. c. d. 26.*

39. Debitor jurato manifestare tenetur bona sua, si non apparet, ubi executio fieri possit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 17.* sed Ordinem Wittebergensem existimasse, post executionem demum indicanda esse a debitore bona, testatur *id. c. l.*

40. Debitor, contra quem fit executio, non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare, si immobilia possideat, *Carpz. p. 1. c. 32. d 30.* Quod si vero bona immobilia non possideat, debitor juratam bonorum, seu facultatum suarum specificationem edere tenetur, *Carpz. d. def. 30. n. 4.* quo casu tamen vestimenta ad amictum necessaria ei relinquenda *Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 7. lit. d. p. 527.*

41. Quod exsolvendæ quantitati deest, ex futuris acquirendis præstare jurato nonnunquam, ad vitandum carcerem publicum, promitere tenetur debitor, &, cessante eo in exsolutione debitorum, si ad meliorem fortunam pervenit, ad redditionem rationum condemnari solet. *Barth. c. l.*

42. Præter solutionis exceptionem, etiam in provinciis Electoralibus Saxonicis, aliæ *(m)* exceptiones in continenti liquidabiles ac probabiles executionem paratam impediunt, *Zanger. de except. p. 3. c. 26. n. 61.*

(*m*) Ast hodie secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 6.* nullæ aliæ exceptiones contra executionem præfixam admittuntur, quam exceptiones solutionis, compensationis, transactionis & rei judicatæ, in continenti liquidabiles.

n.61.seq. Carpz. d. c.32. d. 64. Philipp. ad dec.2. obs. 8. confer. omnino loc. *exceptio peremtoria, th.15.16. & 18.*

43. Omnes exceptiones, quæ post rem judicatam demum ortæ sunt, non impediunt executionem aliter, quam si in continenti liquidæ sunt, *Berger. dec.323.*

44. Quid si reus testes, ad probandum exceptiones, statim intra terminum executioni præfixum producat, & summariter, absque articulis ordinariis & interrogatoriis, aliisque solennitatibus, ad processum ordinarium pertinentibus, jurato examinari faciat? Admittendam esse hanc per testes probationem summariam contra instrumentum etiam liquidum & confessatum, ad impediendam executionem, tradit *Carpz. p.1. c. 8. d.29.*

45. Impediri quoque executionem, si reus contra instrumentum liquidum & confessatum excipiens, coram notario testes super causæ exceptiones examinari fecerit, ac instrumentum solenne desuper confectum, intra terminum executioni præfixum, exhibuerit, docet *Carpz. d. c. 8. d. 30.* confer. *Wernher. sel. obs. for. p.1. obs. 321.*

46. Exceptio, etsi altioris indaginis, tamen, si in instrumento, cujus executio petitur, fundata fuerit, executionem sistit, & appellationem facit justam, *Mev. p. 6. dec. 377.*

47. Executio per interventionem impediri non potest, nisi in continenti sit liquida, *Wernher. sel. obs. for. p.3. obs. 179.* add. *Mev. p.5. dec.333.* Prospiciendum tamen est intervenienti, si præsumtiones pro se habeat, interventionis reservatione ad alium proces-

ſum, deinde in eventum, ſi lite vicerit, idonea cautione, *Mev. p. 5. dec. 334. & p. 7. dec. 396.*

48. Executione reali jam facta, debitor, opponendo exceptionem, quantumvis in continenti liquidabilem, ulterius non auditur, *Carpz. dec. 53.*

49. De executione nulliter, vel inſolito modo facta debitor conqueri non poteſt, ſi ſe debere non neget, nec audiendus eſt, niſi debitum offerat, *A. Fab. in C. lib. 7. tit. 1. def. 26 & def. fin. n. 3. Mev. p. 2. dec. 144.* Quatenus tamen cum incommodo gravi debitoris, eoque injuſto, conjuncta, revocanda eſt, *Mev. p. 8. dec. 291. n. 2 3. & p. 7. dec. 349. & 350.*

EXECUTIONIS PECUNIA.

1. Ad executionis impenſas referenda quoque eſt pecunia executionis, vulgo das Hülff-Geld, quæ, a creditoribus executionem impetrantibus, in præmium laboris, pro quantitate crediti, quinque aut etiam nonnullibi decem de centum, judici ſolvenda, imo quibusdam in locis prænumeranda eſt, vid. *Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 7. lit. a. p. 524. Horn. cl. 12. R. 105. Carpz. p. 1. c. 32. d. 32. n. 1. 2.*

2. Hæc vero pecunia ex bonis debitoris vi executionis, creditoribus eſt reſtituenda, ſi ſufficiant, *Barth. c. l.* Imo non ſufficientibus, exiſtente concurſu, ad exſolutionem æris alieni bonis debitoris, reddendam creditoribus talem pecuniam eſſe, docet *Berlich. p. 1. concl. 81. n. 252.* add. *Carpz. d. def. n. 3.* de quo tamen dubitare videtur *Barth. c. l.*

3. In Saxonia pecunia executionis non ante executionem ſolvitur, verum poſt abſolutos demum omnes illius actus, h. e. finita taxatione ſeu ſubhaſtatione bonorum, in quæ executio peracta eſt; nec ratione quantitatis crediti, ad quam executio facta eſt, ſed

ſed pretii, quo ſub haſta executatum prædium venit, computatio numerandæ hujus pecuniæ fieri debet, *Reſcr. Elect. de an. 1643. Barth. c. l. & p. ſeq.* add. *Carpz. dec. 276. n. 12. ſeq. Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 39. §. 2. p. 364.*

4. Pecunia executionis non poteſt exigi, ſi executio revera atque actu non fiat, ſed a debitore vel pro facto habeatur, vel alio modo avertatur, *Horn. cl. 12. R. 105.* tametſi poſtea ad taxationem & ſubhaſtationem res deveniat, *Carpz. d. dec. 276. n. 5. ſeq. Barth. c. l. p. 525.* nec debetur, ſi quidem primus executionis actus, qui fit per reſectionem fruſtuli ligni e janua, peractus, non vero immiſſio & ſubhaſtatio ſubſecuta fuerit; imo immiſſione etiam facta, deficiente vero ſola ſubhaſtatione, *Barth. c. l. Carpz. c. l.* licet *hic* ſecus ſenſerit, *p. 1. c. 32. d. 32.*

5. Add. loc. *executio. th. 14. & 18.*

EXECUTIVUM PACTUM.

Vid. loc. *Pactum executivum.*

EXECUTIVUS PROCESSUS.

Vid. loc. *proceſſus executivus.*

EXHEREDATIO LIBERORUM.

1. Teſtator liberos aut heredes inſtituere, aut exheredare debet: alioquin, ſi eos præterierit, ipſo jure nullum eſt teſtamentum, *pr. J. de exhered. Stryck. de caut. teſtam. c. 19. §. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 14. not. 2.*

2. Et quidem fieri debet exheredatio, primo: verbis expreſſis: alioquin inde oritur præteritio, quæ teſtamentum vitiat, licet vel maxime in tali teſtamento liberis legatum relictum ſit, *Stryck. c. l. §. 4.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 210.* Nec ſufficit, patrem dixiſſe: filium prætereo, niſi ſit miles, cujus præteritio

teritio ſcienter facta habetur pro exheredatione, *l. 12. pr. l. 47. §. 4. de bon. libert. Treutler. lib. 2. diſp. 11. th. 12. lit. c. Stryk. c. l. § 5.*

3. Deinde exheredatio fieri debet verbis diſpoſitivis, ita, ut teſtator jam in præſenti diſponat, & directo aſſerat, filium ſuum debere eſſe exheredem, *Stryck. c. l. §. 7.* Quare, ſi vel maxime pater expreſſerit inter vivos voluntatem, quod velit adhuc exheredare filium, illud tamen poſtea non fecerit, nulla inde oritur exheredatio *Mev. p. 4. dec. 183. Stryck. c. l.* quamvis juſta & ſufficiens cauſa adfuerit, *Mev. p. 5. dec. 151. n. 5.*

4. Pure quoque fieri debet exheredatio, *l. 3. §. 1. de liber. & poſth.* nam ſub conditione exheredatus pro præterito eſt habendus, *Harprecht. ad J. §. fin. de exhered. liber n. 12. Brunnem. ad d. l 3. n. 6.* Quodſi tamen pater exheredare ſub conditione velit, cautelam adhibeat, ut ſub contraria conditione eosdem heredes inſtituat: tunc enim exiſtente conditione eſt inſtitutus, deficiente eſt exheredatus, *Struv. ex. 33. th. 46. Stryck. c. l. §. 8.*

5. Exheredatio fieri debet a tota hereditate: nam exheredatio a re certa eſt vitioſa. *l. 19. de liber. & poſth. Manz. de teſtam. tit. 10. qu. 1. n. 16.* nec valet exheredatio, ſi aliquid filio exheredato legatum, *d. l. 19.* niſi filius legatum agnoverit, *Huber. prælect. ad J. tit. de liber. exhered. Stryck. de cautel. teſtam. c. 19. §. 14.* Quod tamen reſtringendum videtur ad caſum, ubi legatum ſe ad exheredationem expreſſe refert: ut contra valeat legatum filio exheredato ſeorſim, velut extraneo, relictum, *Huber. c l. Stryck. c. l. §. 14. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 210.*

6. Si forte teſtator plures heredum gradus in teſta-

testamento fecerit, sive varios heredes sibi substituerit, ab omnibus gradibus filius exheres scribendus est: alioquin si in medio substitutorum id factum esset, ratione subsequentium exheredatus non esset filius, *Stryck. de cautel. testam. c. 19. §. 15.*

7. Exheredatio fieri debet ex causa, *Stryck. c. l. §. 17.* quæ 1) sigillatim in testamento est exprimenda, *nov. 115. c. 3. Brunnem. cent. 5. dec. 44.* adeo si testator eam reticuerit, potius injuriam remisisse videatur; nec audiendus sit heres, licet vel maxime causam exheredationis a testatore omissam probare velit, *Stryck. c. l. §. 19.* 2) ab herede scripto probanda, *nov. 115. c. 3. Stryck. c. l. §. 20. & us. mod. ff. tit. de inoffic. testam. §. 13.*

8. Non vero quælibet causa ingratitudinis ad exheredationem sufficit, sed talis esse debet, quæ *nov 115. c. 3.* est expressa, *Stryck. d. c. 19. §. 22. 25. seq.* ubi singulas exheredationis causas fuse explicat, add. *dec. Elect. Sax. 52.* nam exheredatio ob alias causas similes sive æque graves, vel graviores iis, quæ in *d. nov.* expressæ sunt, fieri non potest, *Hilliger. ad Donell. lib. 6. c. 12. lit. m. Philipp. ad d. dec. 52. obs. 1.* dissentit *Berlich. dec. 36. n. 4. Carpz. p. 3. c. 14. d. 10. Huber. vol. 1 prælect. ad tit. J. de liber. exhered. §. 10. Struv. ex. 32. th. 33.*

9. Sed distinguendum esse inter causas exheredationis generales & speciales, adeo, ut hæ respuant extensionem: illæ vero explicationem per species admittant, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 14. not. 4.* add. *Stryck. c. l. §. 24. Wernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 141. & p. 2. obs. 413.* ubi: exheredationis justam causam esse, si filia matrem formalis cujusdam doli arguat.

10. Fi-

10. Filia, ob stuprum vel adulterium commissum, exheredari nequit, nisi quoque, quod *nov. 115.* expresse desiderat, meretricio more vivat, *Carpz. pr. crim. qu. 69. n. 19. Philipp. ad d. dec. 52. obs. 1. n. 45. Stryck. de cautel. testam. c. 2. c. 19. §. 35.* nec *d. nov.* ad filios luxuriose viventes applicari potest, *Stryck. c. l.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 141.*

11. Jure Saxonico Electorali liberi exheredari possunt, & quidem in solidum, si sponsalia, invitis parentibus contracta, per carnalem copulam consumant; sin per sacerdotalem benedictionem, usque ad dimidiam legitimæ partem, *Ord. matrim. tit.* **Von Ehe-Gelöbnissen, §. und da sie,** *item* **Würden auch.** add. *Carpz. jurispr. eccles. lib. 2. def. 54. n. 7. seq.* quod quidem tum demum locum habet, cum accesserit 1) dehortatio parentum, 2) pertinacia liberorum, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 14. not. 5.*

12. Etiam jure civili filiam minorennem invito patre nuptias contrahentem exheredari posse, statuit *Fachin. lib. 2. controvers. 44. Carpz. c. l. n. 1. seq.* dissentit *Stryck. c. l. §. 35.*

13. Exheredatio non debet fieri temere, aut calore iracundiæ, sed consulto, *l. 19. C. de inoffic. testam.* nam, si testator exheredationem scribat ex nimia animi commotione, aut ei addat varias increpationes, exacerbationes, aut talia verba, ex quibus iracundia aut nimium vindictæ studium apparet, exheredatio valere nequit, licet vel maxime legitima concurrat causa, *Costa de facti scientia dist. 45. cert. 1. n. 11. Stryck. de cautel. testam. c. 19. §. 10.*

14. Exheredationem liberorum, bona mente factam, indistincte & causa etiam non expressa valere, volunt *Sichard. ad auth. non licet. n. 26. C. de lib. prat.* *Sand.*

Sand. lib. 4. tit. 2. def. 3. confer. *Stryck. d. tr. c. 17. membr. 3. §. 3. seq.* Sed ejusmodi exheredationem, his duobus saltem casibus: 1) si pater filio furioso aut prodigo, addita causa & necessitate judicii, alimenta leget, & nepotes ex eo heredes scribat, *l. 16. §. 2. de curat. furios.* 2) si filio pater per fideicommissum consulat, heredemque institutum roget, ut hereditatem ipsi restituat, *l. 12. §. 2. de bon. libert. l. 18. de liber. & posth.* valere, atque extra hos duos casus, nisi exheredatio secundum formam in *nov. 115.* præscriptam fiat, nullum effectum sortiri, nisi in exheredationem filius fortasse consenserit, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 312.*

15. Exheredationem liberorum in testamento minus solenni, veluti; parentum inter liberos, fieri posse negant *Zoes. ad ff. tit. qui testam. fac. Schilter. ex. 38. §. 129. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 211.* dissentit *Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 1. in fin. Stryck. de cautel. testam. c. 19. §. 12.*

EXHEREDATIO PARENTUM.

1. Sicuti liberi, sic quoque parentes, absque distinctione, vel heredes sunt instituendi, vel exheredandi, *nov. 115. c. 4.* excepto unico casu, si jure militari condiderit testamentum filius, modo sciverit se parentes habere, *l. 9. C. de testam. milit. Stryck. de cautel. testam. c. 19. §. 39.* Cæterum eadem desiderantur requisita ac in exheredatione liberorum, *Stryck. c. l. §. 40.* nisi quod hic pauciores admittuntur causæ, vid. *nov. 115. c. 4. Stryck. c. l.*

EXHEREDATIO FRATRUM.

1. Collaterales heredes præteriri possunt, exceptis fratribus & sororibus in casu, quo ipsis turpis perso-

persona præfertur, §. 1. *J. de inoffic. testam. l. 27. C. eod.* tunc vero ex tribus saltem causis exheredari possunt, vid. *nov. 22. c. 47. Stryck. de cautel. testam. c. 19. §. 41. seq.*

2. Singulare quoque hic est 1) quod non sit necessarium, exprimere causam exheredationis, *Struv. ex. 10. th. 18. Stryck. c. l. §. 42.* 2) quod heres probatione ingratitudinis haud gravetur, sed fratri exheredato incumbere probationem, se fuisse gratum, *Struv. c. l. Stryck. c. l.*

EXPEDITORIÆ RES.

Vid. loc. *heergewetta.*

EXPENSÆ.

1. Qui in rem alienam majores expensas fecit, quam dominus voluit, earum repetitionem non habet, *Wernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 330.*

EXPENSÆ FUNERIS.

Vid. loc. *sumtus funeris.*

EXPENSÆ INQUISITIONIS.

1. In expensas non est condemnandus, qui in causa criminali juramentum purgatorium præstitit, *Carpz. pract. crim. qu. 116. n. 77. & p. 1. c. 22. d. 17. Thænniker. advoc. in for. crim. c. 16. n. 22. seq.* Sed distinguit *Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 197.* aut reus facto suo illicito & culpabili causam dedit inquisitioni, aut non; ita, ut illo casu in expensas condemnetur: hoc vero non, exceptis iis, quæ ad sui defensionem fecit, add. *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crimin. obs. 167. & 168. Brunnem. proc. inquisit. c. 9. n. 6. Wernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 118. p. 340. & in supplem. nov. ad p. 1. obs. 197.* Imo in Saxonia Electorali, *Regio*

Man-

Mandato de an. 1717. constitutum est, ut absque discrimine casuum expensas refundere reus teneatur, præstito juramento purgatorio, *Wernher. p. 4. in supplem. ad p. 1. obs. 197.* adeoque id obtinet, etsi illud, non causam principalem, sed tantum indicium concernat, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 331.*

2. Num vero prædictum mandatum etiam ad causas injuriarum, ubi ad solam juratam denunciationis confirmationem decernitur jusjurandum purgatorium, sit proferendum, adhuc dubium est, vid. *Mencken. observat. circ. proc. Saxon. quo caus. injur. ex mand. reg. de an. 1712. peraguntur.* §. 28. ubi testatur, sæpius in hoc casu eos, qui juramentum purgatorium præstiterunt, in expensas condemnatos esse, add. *Wernher. in supplem. nov. ad p. 1. obs. 197. n. 6. seq.* ubi testatur, aliter respondisse Scabinos Lipsienses an. 1718.

3. Non restituit expensas inquisitionis, qui torturam sustinuit, exceptis alimentis, & sumtibus in sui defensionem factis, *VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 267. & p. 5. obs. 192. Berger. jurisprud. crimin. p. 350. Thænniker. advoc. in for. crimin. c. 16. n. 22. seq.* quamvis causam inquisitioni dederit culpabilem, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 149.* dissentit *Brunnem. proc. inquisit. c. 9. n. 6.* Quod usus fori quoque profert ad territionem realem: non vero etiam ad verbalem; in qua distinctio servatur, quæ in jurejurando purgatorio, *Berger. jurispr. crimin. p. 350. & œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 4. not. 14. p. 1205.*

4. In expensas non condemnatur, qui ultimo supplicio afficitur, *Carpz. pract. crim. qu. 138. n. 7. seq. Thænniker. advoc. in for. crim. c. 16. n. 2.* tametsi aliter sentiat *Brunnem. in proc. inquisit. c. 9. n. 3.* nec

in Saxonia ad restitutionem expensarum inquisitionis tenetur, qui pœnam corporis afflictivam sustinuit, *Constit. Elect. Sax. 12. p. 4.* imo nec extra Saxoniam, *Berger. œcon. jur. c. l. 1206.* ubi tamen non negat, aliter ad interrogationem Senatus Hannoverani an. 1708. respondisse Facultatem Wittebergensem.

5. Quod quidem capiendum est, si sequatur pœnæ corporalis executio. Quodsi itaque princeps dispenset, & pœnam corporalem reo remittat, eamve in aliam convertat, reus ab expensis non liberatur, *VVernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 52.* add. *Berger. jurispr. crimin. p. 45. & Resolut. Lauterb. tit. de condict. furt. ad verb. punitus sit. p. 201.* dissentit *Berlich. p. 4. concl. 19. n. 19. Svendend. ad Fibig. p. 933.* Nec dispositio Saxonica pertinet, ad castigationem, quæ virgis fit in carcere, *Berger. c. l. p. 46.* Imo hodie in Saxonia Elect. ex bonis furis, etsi pœnam corporis afflictivam sustineat, restitutio sumtuum inquisitionis fieri debet, *VVernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 16.*

6. Judex absentis rei prædium subhastare, & ex pretio inde redacto expensarum, in inquisitionem ejus factarum, nomine sibi satisfacere potest, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crimin. obs. 12.* ubi vero hæsitat, movens quæstionem, an judex ad easdem restituendas teneatur, siquidem deinceps reus sive torturam, sive pœnam, eamque sensu Saxonico criminalem, sustinuerit.

7. Quid, si judex sententiam ex aliquo collegio repetierit, qua reo jusjurandum purgatorium injungitur, sed ab eodem, opinione nimiæ benignitatis JCtorum in reum abrepto, alia ex alio collegio, eaque durior, v. c. qua tortura dictitatur, requiratur, postmodum autem, adhibita rei defensione, prior illa alibi re-

bi rejecta intermedia, confirmetur? Reum, qui, præstito quantumvis jurejurando purgatorio, damnatus est, expensis, earum quoque nomine, quæ in sententiam illam intermediam & duriorem factæ sunt, teneri, respondet *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crimin. obs. 37.*

8. Quæritur, an reo ad pœnam carceris vel relegationis condemnato, qui tamen ex inopia expensas solvere non potest, pœna augeri, & ad relegationem vel fustigationem extendi queat? Id quod affirmat *Carpz. pract. crim. qu. 138. n. 23. 24.* negat vero *Thœnniker. c. l. n. 9. seq.*

9. Qui pure absolvitur, in expensas condemnari non potest, *Carpz. c. l. n. 3. Thœnniker. c. l. n. 18.* dissentit *Brunnem. cent. 2. dec. 38.* ubi inquisitum, non obstante absolutione, ad expensas obligari, asserit, si vitæ improbitate, perversisque moribus ac gestibus, adeoque indiciis sufficientem causam inquisitioni dederit.

10. Quamvis in delictis exceptio divisionis, seu beneficium juris, cesset, hoc tamen intelligendum de damno, per delictum, a pluribus commissum, illato, adeoque ad sumtus, in inquisitionem factos, accommodari nequit. Unde, si inter plures complices unus forte tam paupertinæ sortis sit, ut sumtibus sufficere nequeat, reliquos haud onerari, sed judicem tale damnum, ceu onus jurisdictionis, ferre convenit, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 456.*

11. Heredes defuncti occisi ex opulenta hereditate sumtus inquisitionis suppeditare non tenentur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 156. & in supplem. nov. ad d. obs. 156.* Aliter sentit *Carpz. pract. crim. qu. 34. n. 91.*

 12. Reo

12. Reo ante condemnationem mortuo, heres sumtus, in inquisitionem factos, restituere non tenetur, *Carpz. pract. crim. qu. 138. n. 34. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 101. & in supplem. nov. ad eand. obs.*

13. Ob homicidium fortuitum litis expensæ non præstantur, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 109.*

14. Quando ab inquisito, ejusve heredibus expensæ inquisitionis non repetuntur, magistratus, ob commodum jurisdictionis eas ferre debet, *Ord. Crim. art. 61. Carpz. pract. crim. qu. 138. n. 39. seq. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de cond. furt. ad verb. punitus sit. p. 202.* nisi alicubi vel ex conventione, vel per præscriptionem, subditi ad præstandas ejusmodi impensas tenentur, *Carpz. c. l. n. 69. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 33. th. 4. not. 12. p. 1204.*

15. Quæ tamen conventio sive præscriptio minus proroganda est ad casum propricidii, *Berger. c. l.* vel si reus ante executionem vitam finierit, *Carpz. c. l. n. 80.* vel si carceres sint reficiendi, *Berger. c. l. not. 13. p. 1205.* ubi tamen monet, aliam esse rationem sumtuum, qui fiunt in conquirendis delinquentibus, itemque solvuntur judici deprehensionis, qui requisitus eosdem remisit; nec ad eum casum, si reus nec ultimo supplicio, nec pœna corporis afflictiva, sed alia mitiori pœna, puta, relegatione, carcere, aut multa pecuniaria coerceatur, *Carpz. c. l. n. 74.* multo minus ad eum casum, quando reus vel mediante juramento, vel in tortura innocentiam obtinuerit, vel jure absolutus fuerit, *Carpz. c. l. n. 76. Thœnniker. advoc. in for. crim. c. 16. n. 35.* add. *Berger. dec. 177.* vel condemnatus indulgentia principis, aut alio quocunque modo a pœna liberetur, *Berger. Resolut. Lauterb. c. l.*

Carpz.

Carpz. c. l. nec denique ad eum casum, si reus fugitivus & ad bannum adversus eum proceditur, *Carpz. c. l. n. 78.* vel reus in expensas condemnatus est, easdem tamen ob inopiam præstare nequit, *Berger. œcon. jur. c. l. not. 13. p. 1205.*

16. Sed hæc omnia vera sunt, nisi contrarium in uno vel alio casu, adversus subditos in specie probatum sit, *Carpz. c. l. n. 82.*

17. Quid autem, si olim tres & plures fuerint vici, qui erogarunt sumtus inquisitionales, deinceps autem invicem separati, & ad alios dominos jurisdictionales traducti? utrum illorum unus tenetur pro rata, an in solidum? eum de rato tantummodo teneri, respondet *Berger. dec. 178.*

EXPENSÆ LITIS.

1. Expensæ compensantur, (a) si quidem victus probabilem habuerit litigandi causam, *nov. 82. c. 10. Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 13. n. 2.* veluti si jam fuerit admissus ad beneficium restitutionis in integrum, *Carpz. p. 1. c. 31. d. 36.* vel informationem collegii juridici pro se adducat, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 3. not. 6. p. 1037. Rivin. c. l. en. 11.* vel sententiam favorabilem pro se obtinuerit, licet postea correctoria subsequatur, *Rivin. c. l. en. 5.*

2. Compensantur expensæ, si diversa institutæ actionis sint capita, & in unico saltem obtinuit actor, *Rivin. c. l. en. 6.* nec non eo casu, quo plus petiit actor, quam ipsi debebatur, etiam in processu executivo, *Ber-*

(a) Non facile expensæ sunt compensandæ, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 36. §. 5.*

Berger. c. l. etsi (*b*) reus totum debitum negaverit, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 141.*

3. Nec minus expensæ compensantur in casu præstiti juramenti, sive suppletorii, (*c*) *Carpz. p. 1. c. 31. d. 27. Wernher. in supplem. nov. ad p. 6. obs. 467.* confer. tamen *A. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. def. 1. Berger. E. D. F. tit. 36. obs. 2. p. 1015. Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 7.* sive purgatorii, (*d*) *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 212. Heig. p. 1. qu. 49. n. 38.* sive delati, (*e*) propter præstitum juramentum calumniæ, *Carpz. d. c. d. 30* (confer. tamen *Lauterb. disp. de expens. victor. th. 46. Berger. c. l. p. 1014. & El. Proc. Exec. in subj. disquis. quousque act. reove in for. Sax. Elect. lic. deferr. jusjur. corall. 2. p. 373. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 228.* ubi: quod jusjurandum calumniæ non semper a refusione expensarum liberet) nec praxis distinguit (*f*) utrum super toto libello, an vero super uno alterove illius capite tantum jurisjurandi delatio facta sit, *Wernher. p. 6. obs. 467.* sive relati, (*g*) *Carpz. d. c. d. 31.* confer. tamen *Rivin. c. l. en. 8. Berger. cc. ll. & p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 36. §. 5. p. 346.*

4. Æquitas exigit, ut mercatori, qui ex libro agit mercatorio, eumque deinceps jurejurando corrobo-

(*b*) Plane reus, si non statim id minus, quod revera debet, ab initio confessus fuerit, in expensas condemnatur juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 10. §. 8.

(*c*) Quod comprobatur *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 36. §. 5.

(*d*) Quod etiam convenit *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*e*) Et hoc consentaneum est *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*f*) Imo distinguit *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*g*) Plane si ille, cui delatum est juramentum, hoc referat, illudque uno cum juramento calumniæ præstet deferens, in expensas referens condemnatur, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

roborat, expensæ litis adjudicentur, *Berger. E.D.F. tit 36. obs. 2. not. 3. p. 1015.* Similiter expensæ sunt adjudicandæ actori, qui in supplementum juravit, in actione, quæ tendit ad damna & expensas, cujusmodi est L. A. actio, *Berger. c. l. p. 1016.*

5. Ob venerationem consanguinitatis vel affinitatis compensantur expensæ, *A. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 18. def. 63. n. 1. 2. Carpz. p. 1. c. 31. d. 29. n. 1. & 2.* maxime inter parentes & liberos, *Berger. lib. 2. R. 82. n. 5.* Imo nec victum, quando est persona valde honesta, magnæ & spectatæ fidei & vitæ, in expensas condemnandum esse, putat *Carpz. c. l. n. 3. 4.* Sed hæc ita nisi manifesta calumnia, dolusque malus ejus, qui succumbit, arguatur, *A. Fab. d. def. 63. n. 4. Carpz. c. l. n. 5. 6.*

6. Verum consanguinitatem aut affinitatem non liberare ab expensis, tradit *Berger. E. D. F. tit. 36. obs. 2. p. 1019. & p. 1. supplem. tit. eod.* §. 6. *nec non œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 3. not. 6. p. 1037.* add. *Wernher. p. 3. obs. 179. n. 5. p. 508.* Id quod probat *O. P. S. R. tit. 36. §. 5.* ubi id ipsum extenditur ad Parochum & Parochianos, nec non ad Dominum Jurisdictionalem & subditos.

7. Inter conjuges expensas esse compensandas an. 1714. respondit Ordo Wittebergensis, apud *Wernher. p. 3 obs. 158. n. 7. p. 471.*

8. Possessor, ad restitutionem rei litigiosæ condemnatus, non tenetur ad expensas, nisi dolo possedisse probetur, *Carpz. d. c. d. 35.*

9. Qui in probatione pro exoneranda conscientia succumbit, non condemnatur in expensas, si semiplene probaverit, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 50.*

10. In possessorio summariissimo regulariter victori sumtus erogati non adjudicantur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 9.* nec etiam in processu ex L. diffamari, si diffamanti perpetuum injungitur silentium, *Rivin. t. l. en. 10.* Sed contrarium ipse allegat *Rivin. tit. 1. en. 27.* & statuunt *Suendendærffer. ad Fibig. p. 1560. Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 16. lit. e. p. 54.* Ast, in provocatione *ex L. si contendat*, provocatum contumaciæ pœnam regulariter non incurrere, nec in expensas condemnari. putat *Barth. c. l.*

11. Inhibitio sive confirmetur, sive relaxetur, refusione expensarum litigantes gravandi haud sunt, per tradita *Carpzovii in proc. tit. 23. art. 4. n. 40. seq. & differt. de inhibit. c. 5. §. 49. n. 87.* Verum inhibitum semper propemodum in expensas condemnandum esse, tradit *Berger. E. D. F. p. 145. seq. Barth. Hodeg. For. c. 5. §. 18. p. 829.* nisi probabiles rationes justificandæ inhibitionis adducat, & probet, vel in uno puncto inhibitioni paruerit, in altero vero ita justificaverit, ut vel cassatoriam, vel resolutivam in vim simplicis citationis obtinuerit, *Berger. dec. 458. n. 2. 3.*

12. Inhibitione pro parte tantum confirmata, pro parte autem cassata, expensæ in tantum, in quantum inhibitio confirmata est, ab inhibito restituendæ sunt, *Berger. dec. 461. n. 1.* Imo inhibitione, propter paritionem, per sententiam cassata, inhibitum in expensas condemnari, refert *Berger. dec. 460.*

13. Qui in integrum restituitur, adversario expensas refundere tenetur, *VVernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 113.*

14. Actor, quando libellum mutat, illorum quoque terminorum, in quibus ipse vicit, ac sententiam

tiam pro se impetravit, expensas reo refundere tenetur, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 15.*

15. Si plures litis consortes, ex quibus unus saltem rite citatus est, in termino omnes emaneant, ille solus adversario expensas termini in solidum restituere tenetur, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 331.*

16. Reum, ob contumaciam condemnandum, in expensarum litis restitutionem quoque condemnandum esse, contra *Berlichium p. 1. concl. 17. n. 98. & Nicolai in proc. jur. p. 1. c. 35. n. 5.* notat *Barth. in Hodeg. For. c. 1. §. 66. lit. d. p. 329.*

17. Reo ante condemnationem defuncto, heres non tenetur ad solvendas contumaciæ expensas, *arg. l. un. §. ult. si quis jus dic. non obtemp. Carpzov. proc. tit. 24. n. 8. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 3. not. 4. p. 1037.*

18. Nec principalis procuratori expensas, ob hujus contumaciam præstitas, refundere debet, *arg. l. 46. §. 5. de procur. Berger. c. l.* Et tutor nomine pupilli vexandi saltem animo actionem instituens, expensas postea litis, in quas condemnatus, de propriis solvere tenetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 31.*

19. Quicunque in aliorum creditorum concursu relatum sibi jusjurandum præstare recusat, tenetur ad expensas, etsi intelligat, præstito licet jurejurando, nihil se ex concursu consecuturum esse, per tradita *VVernberi sel. obs. for. p. 6. obs. 350.*

20. Quando ex pluribus litis consortibus unus litem deserit, tenetur ad expensas reliquis pro rata restituendas, quamvis hi, se ipsum indemnem servaturos esse, promiserint, *VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 408.*

21. Quando consors litis pro se, &, cum cau-

 tione

tione rati, pro absentibus, jusjurandum super articulis probatorialibus in termino defert, atque adversarius ad hos respondet, absentes expensas termini refundere haud tenetur, *VVernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 426.*

22. Quicunque liti renunciat, probato licet agendi fundamento, & contra demonstratione ab adversario deserta, expensas tamen ab hoc non recuperat, *VVernher. p. 9. obs. 16.*

23. Interdum victor victo expensas restituere debet, puta termini, non processus, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 3. not. 3. p. 1037.* Plane interdum victor expensas processus victo ex justa causa restituere tenetur, veluti in causis matrimonialibus, si reus forte propterea, quod parentes ipsius haud consenserint absolvatur, simul vero appareat, ipsum sub spe impetrandi consensus actricem ad fidem sibi clanculum datam induxisse, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 2. VVernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 13.*

24. Judex, omissa expensarum, in libello aut ad minimum in conclusione causæ, ante definitivam adhuc petitione, potest quidem, si velit, reum simul in restitutionem earum condemnare, non autem tenetur, *l. 79. §. 1. de judic. O. P. S. tit. 36. §.* So wollen wir. *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 4. lit. f. p. 27. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 34. not. 9. p. 293. & lib. 4. tit. 22. th. 3. not 5. p. 1037.* adeo ut, si præterierit expensas, contra talem sententiam eapropter appellare non liceat, *Barth. c. l.*

25. Petitis vero expensis, vel annexa ad minimum libello officii judicis imploratione, judex, eas præteriens, litem suam facit, actorique illas de suo præstare obligatur, *l. 11. l. 13. §. 6. C. de judic.* Quod tamen

men hodie cessare tradit *Carpz. p. 1. c. 31. d. 21. n. fin.* si victor sententiæ judicis acquieverit, nec leuterando vel appellando a viribus judicati eam suspenderit, multoque magis, si appellationem interpositam deseruerit. In quo tamen dissentiunt *Menoch. in cas. arbitr. lib. 2. cent. 4. cas. 339. n. 10. fol. 463. Brunnem. in exercit. justin. 25. ad lib. 4. tit. 5. pr. p. 217.* Nec intermissionem vel desertionem appellationis judici, sed parti saltem prodesse, imo si interposita appellatione sequatur reformatoria, ad damna & sumtus quoque judicem teneri statuunt, & ut *Barthio c. l.* videtur, non immerito.

26. Lite principali per sententiam finita, litis expensæ in ea præteritæ, quæ non nisi judicis officio debentur, amplius peti nequeunt, *Carpz. p. 1. c. 31. d. 21. Svendend. ad Fibig. p. 935. Wernher. p. 1. obs. 337. n. 4. Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 15.* Excipitur ille casus, cum altera parte appellante eædem denuo petantur, quamvis petens appellationi expresse non adhæserit, *Carpz. proc. tit. 17. art. 2. n. 24. Berger. dec. 165.*

27. Expensas vero, quæ jure obligationis, puta ex conventione, nec non quæ ex contumacia vel delicto debentur, etiam post litem finitam victor petere potest, *Carpz. d. c. d. 22. & 23. Svendend. c. l.* add. *Wernher. c. l. n. 1. 2. Rivin. c. l.*

28. Reus ab actione absolutus expensarum refusionem, nisi hæc in sententia expresse actori dictitata, petere nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 3.*

29. Condemnatus in expensas termini, si post interpositam, justificatamque appellationem, sine mentione expensarum correctoriam obtinet sententiam in secunda instantia, nihilominus pro ratione cir-

circumstantiarum ad earum restitutionem manet obligatus, *Rivin. c. l. en. 12.*

30. Quid, si per sententiam definitivam alterutri litigantium restitutio expensarum totius processus injuncta, eademque remedio suspensivo contra eam interposito, confirmata quidem, sed expensæ retardati processus præteritæ fuerint, num hæ nihilosecius vi præcedentis sententiæ definitivæ restituendæ sunt? id quod negat (*b*) *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 337. Rivin. c. l. en. 13.*

31. Expensæ litis, in sententia, qua libellus tanquam ineptus rejicitur, omissæ, denuo peti non possunt, *Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 36. §. 2. p. 631.*

32. Judici nulliter procedenti sportulæ a litigantibus recte denegantur, *Rivin. c. l. en. 17.*

33. Quilibet litigantium sportulas sibi in sententia adscriptas solvere quidem judici debet, salvo tamen repetendi jure ab adversario suo, *Rivin. c. l. en. 18.*

34. Expensas nemo consequitur, priusquam eas liquidaverit, (*i*) *Svendend. ad Fibig. p. 924.* Liquidatio vero est vel jurata, *l. 13. §. 6. C. de judic. nov 82. c. 10.* quæ raro fit, vel injurata *O. P. S. tit. 36. §.* Erstl. *Constit. Elect. Sax. 31. p. 1. ibique Carpz. d. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 3. not. 7. p. 1038.*

35. Ex-

(*b*) Quod probatur quoque *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 36. §. 4.*

(*i*) Judices & advocati ante actorum transmissionem expensas ad acta consignare tenentur, ut in sententia simul attendi possint. Id si neglexerint, expensæ ad sequentem usque terminum seponuntur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 36. §. 3.*

35. Expensæ extrajudiciales necessariæ tantum, non vero delicatæ adjudicari debent, *Berlich. p. 1. concl. 78. n. 47. seq. Svendend. ad Fibig. p. 923.*

36. Quamvis quis jussus restituere sumtus totius litis adversario suo, in moderatione tamen resecantur, quos quis ob inutiles frustraneosque conatus impendit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36.*

37. Moderandæ quoque sunt expensæ immodicæ, quamvis debitor nuda creditoris assertione super iisdem stare promiserit, *Carpz. d. c. 31. d. 32.*

38. Moderatio expensarum extrajudicialium judicis arbitrio committitur pro varia victoris conditione, *Carpz. d. c. d. 6.*

39. Expensæ judiciales a victore probatæ taxandæ non sunt, sed usque ad teruncium adjudicandæ, *O. P. S. tit. 36.* §. Erstlichen sollen, *Carpz. d. c. d. 8. Svendend. ad Fibig. p. 920.*

40. Si ex ipsa Actorum inspectione apparet, errorem circa moderationem expensarum esse commissum, is corrigi potest, etiamsi sententia a viribus rei judicatæ haud fuerit suspensa, *Rivin. c. l. en. 19.*

41. Non citata nec audita parte adversâ, expensæ taxandæ non sunt, *O. P. S. tit. 36.* §. Wenn nun. *Carpz. d. c. d. 4. 5.* quod verum est in expensis totius (k) processus, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 22. th. 3. not. 7. p. 1038. Rivin. c. l. en. 27.*

42. Debitor, moderationem expensarum e dica-

(*k*) Si unius alteriusve termini expensæ restituendæ sunt, earum intuitu nec peculiaris terminus præfigendus est, nec sententia a Collegio juridico petenda, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 36.* §. 3. Secus autem est, si expensæ totius litis sint restituendæ, *O. P. S. R. c. l.* §. 4.

dicasterio petendam urgens, sumtus ferre tenetur, *Barth. Hodeg. For. c.3. §.7. lit. b. p.525.*

43. Ei, qui in expensas condemnatus est, omnis judicialis aditus clauditur, donec expensas restituerit, *l.15.* (*l*) *C. de judic. Berger. c.l. Rivin. ad O. P. S. tit.16. en.4.* quod obtinet, (*m*) quamvis expensæ ex diversis causis debeantur, *Carpz. lib.3. R.30. n.22.seq. Berger. dec.423.* imo extenditur (*n*) ad causas cum aliis personis ventilatas, *Carpz. proc. tit.24. art.4. n.49.*

44. Non tamen ipso jure condemnatus in expensas a limine judicii repellitur, sed requiritur contradictio & protestatio adversæ partis, aut judicis exactio, *Berger. dec. 421.*

45. Qui in termino comparet, sed ob non solutas expensas ad procedendum non admittitur, pro confesso & convicto habetur, quamvis citatio integrum terminum non complectatur, *Berger. in supplem. ad E. D. F. tit.10. p.1782.*

46 Sed hoc ita, si modo res adhuc sit integra. Ceteroqui, si alter alterum præveniat, atque in termino id præstet, quod ipsi peragendum erat, contumax censeri nequit; ut itaque, quando is, cui recognitio documentorum sub comminatione injuncta, eadem in termino, etsi nondum producta, recognoscit, pro contumace haberi nequeat, utut adversarius postea pro-

(*l*) Ast per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.36. §.2.* dispositio *legis 15. C. de judic.* ita restringitur, ut non obtineat, nisi expensæ ex eadem causa, atque vi rei judicatæ debeantur, adversaque pars ad earum solutionem legitime citata fuerit.

(*m*) Hodie in foro Saxonico non, *Ord. Proc. Sax. Rec. c.l.*

(*n*) Multo minus hæc extensio hodie locum habet, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

productionem originalium faciat, eundemque non aliter, quam refusis expensis, admitti petat *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 421.*

47. Pro confesso & convicto haberi nequit, qui ad respondendum paratus a judice, propter non factam sumtuum prænumerationem, admissus haud fuit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 235.*

48. Una cum expensis earum quoque usuras ex mora peti posse, præjudicio comprobat, *Berger. dec. 422.*

49. Quietandi potestas in mandato expressa esse debet, si quis expensas principali adjudicatas accipere velit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 30.*

50. Add. loc. *possessorium summarissimum. th. 14.*

EXPILATÆ HEREDITATIS CRIMEN.

Vid. loc. *Hereditatis expilatæ crimen.*

EXPOSITIO INFANTIS.

Vid. loc. *Infantis expositio.*

EXPROMISSIO.

1. Expromissio fit animo novandi, atque adeo ita, ut principalis debitor ab obligatione liberetur, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 7. p. 612.*

2. Add. loc. *beneficium excussionis. th. 4.*

F.

FACTOR. FATTURA.

1. Mercatorum institores, maxime qui in peregrinis locis illorum negotia gerunt, hodie vocantur Factores, *Besold. in Thesaur. Pract. voc. Factor. Mev. ad jus Lub. lib. 3. tit. 6. art. 5. n. 11.*

2. Fattura est specificatio mercium, æstimatione,

ne, venditionis in tertium a Factore faciendæ gratia, adjecta, *Barth. Hodeg. For. c.3. §.21. lit. n. p. 620.*

3. In vendendis mercibus Factores summam diligentiam adhibere tenentur, *arg. l.9. §.5. l.13. §.5. l.25. §.7. locat. conduct. Barth. c.l. lit. o. p. 624.*

4. Quæritur, an Factoris sit electio, ipse merces, pro æstimatione præscripta, sibi retinere, an nondum venditas committenti restituere velit? Id quod affirmat *Lauterb. in compend. ff. lib. 19. tit. 3. lit. d. p. 394.* Sed negandum potius esse, putat *Barth. c.l. lit. n. p. 620.* quia res, non simpliciter, sed vendenda, ei est tradita, quo nondum facto, tradens minime est obligatus, sed, re adhuc integra, condictione causa data, causa non secuta, quandocunque voluerit, repetere eam potest, *l.5. §.1. de P. U. l.3. §.2. l.5. pr. de condict. caus. dat.*

5. An majori pretio res vendens sibi, quod determinatum pretium excedit, tribuere potest? Id quod iterum affirmat *Lauterb. c. l.* negat autem *Barth. c. l.* ex ea ratione, quia æstimatio non eum in finem adjecta, ut præcise pro ea, & non majori pretio vendere deberet, sed tantum ne minori vendat, adeoque bonæ fidei minus conveniret, si, quod plus accepit, sibi retinere vellet.

6. Factores dominium in accipientes transferunt, tametsi committentes ab iis pecuniam, ex distractione redactam, haud acceperint, *Barth. c. l. lit. o. p. 621.*

7. Factores, licet in præpositionis formula expresse contineatur, ut non nisi pro parata pecunia merces vendere debeant, nihilominus in solutum dare, vel permutare possunt, neque contra illos, qui res aliquas ab illis acceperunt, committentibus actio conceditur, *Barth. c. l.*

8. Fa-

8. Factores, contra prohibitionem committentis, fidem de pretio habere nequeunt emtoribus, alias ipsorum periculo id erit, si illi bonis postea labantur, *Barth. c. l. p. 623. seq.*

9. Quodsi committentes Factoribus simpliciter merces vendendas dederint, credere emtoribus quoque permittitur, auf Zeit zu verkauffen, debitoresque postea lapsi ipsi committenti assignari possunt, ceu præjudicio testatur *Barth. c. l. p. 624.*

10. Factores simplicem tantum provisionem accipientes, wenn sie nur einfache Provision, nim. 1½. pro Centum bekommen, solvendo esse desinentibus debitoribus, resarcire damnum hoc committentibus haud tenentur: secus, si duplici provisione fruiti sint, wenn sie doppelte Provision genossen, nimirum tribus pro Centum thaleris, aut, pro qualitate mercium, vel negotii, pluribus, tunc suo periculo credidisse censentur, & ipsi de suo tum solvere debita illa coguntur, *Lauterb. de jure in curia mercat. §. 189. p. 36. Barth. c. l. p. 625.*

11. Factores cum potestatem vendendi merces saltem habeant, illas oppignorare non possunt. Unde dominus illas a quocunque vindicare potest, *Marquard. de jur. mercat. lib. 2. c. 9. n. 14. Barth. c. l. p. 625. seq.*

12. Quod si mandatarius fallat, mandans vi dominii, quod tantisper, donec vendantur merces, retinet, easdem persequitur, ita ut earum nomine omnibus aliis creditoribus anteferatur, *Berger. E. D. F. tit. 42. obs. 3. p. 1381.* Imo nec ipsas tantum in massa concursus adhuc extantes merces vindicare committens potest, sed & ab emtore pretium pro merci-

 bus

bus nondum solutum exigere, *Barth. c. l. p. 626. & c. 2. §. 7. lit. c. p. 466.*

13. Cum Factoribus convenientiam habent Scrutarii & Scrutariæ, Trödel-Männer und Trödel-Weiber, quibus res, certo pretio æstimatæ, vendendæ traduntur: si enim hi illas oppignoraverint, vindicari eas a possessoribus sine restitutione crediti posse, respondit Fac. jurid. Lips. apud *Barth. c. l. p. 626. seq.*

FACTUM.

1. Facti alieni probabilis est ignorantia, *l. 42. de R. J. Mev. p. 1. dec. 161. n. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 204. n. 1.*

2. Factorum propriorum ignorantia regulariter non excusat, nec præsumitur, *l. 7. ad SCt. Vellej. l. fin. C. de hered. instit. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 204. n. 3. & 4.*

3. De propriis factis quisque scientiam, eamque non ex meris præsumtionibus, sed sensibus ipsis corporeis acquisitam habere censetur, *l. 2. §. 8. de aqu. pluv. arc.* ibi: *sciat factum, Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 6.*

4. Qui factum alterius promittit, liberatur, si omnem ad hoc procurandum diligentiam adhibuerit, *§. 3. J. de inut. stipul. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 311.*

5. In causis, circa factum occultum versantibus, quicunque testes, etiam alias inhabiles, audiri & examinari debent, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 56.*

6. Quæstio facti tamdiu suspendenda est, donec existentia statuti, ex quo actio instituta, probata sit, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 419.*

FAL-

FALCIDIA.

Vid. loc. *Quarta Falcidia.*

FALSARIUS. FALSUM.

1. Ad crimen falsi tria conjunctim requiruntur α) dolus, *l. 2. de leg. Corn. de fals. l.20. C. eod.* β) veritatis immutatio, *l.23. eod.* γ) ut damnum alicui inferatur, *Natta lib. 3. consil. 588. Carpz. pract. crim. qu. 93. n. 6. seq. Berger. jurispr. crim. p. 70 seq.*

2. Verum damni illationem essentiale falsi requisitum non esse, quum sufficiat, ex parte delinquentis dolum & immutationem veri, atque adeo delictum ipsius intuitu perfectum esse, & falsitatem sæpissime sine præjudicio alterius committi, ut vel solum exemplum de falsificatione scripturæ testatur, tradit *Socin. 1. consil. 63. n. 1. 3. Farinac. qu. 150. n. 2. & 273* Satis enim est ad incurrendam pœnam falsi, falsitatem præjudicare potuisse, licet actu non præjudicaverit, *Bertazz. consil. 8. n. 20.* Quod quidem, quoad pœnam mitiorem, verum esse, concedunt *Thoming. dec. 34. n. 14. Carpz. c. l. n. 13.* add. *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 53.*

3. Crimen falsi committitur, partum falsum supponendo, *l. 19. §. 1. de leg. Corn. de fals.* alienam personam substituendo, nomen in præjudicium tertii mutando, *l. 13. pr. eod.* simulando se Baronem, Nobilem, Doctorem, *l. 27. § ult. eod.* modo etiam tale quid admittat, *Berger. jurispr. crim. p. 71.* infantem suum lucri causa iterum iterumque sacra baptismatis lavacro submittendo, *Berger. c. l.* legatum propria manu sibi adscribendo, *l. 1. §. 8. eod.* quamvis testator jusserit, immo ipsemet dictarit, *l. 2. C de his qui adscrib.* aut aliis modis testamentum vitiando, rationes falsando, *l. 1. §. 4. de leg. Corn. de fals.* contra-

ctum mutando, *l. 32. eod. Ord. Carol. art. 112.* falsas merces conficiendo & vendendo, *Mev. p. 5. dec. 256. n. 2.* merces corrumpendo, pondera, mensuras adulterando, *art. 113.* monetam depravando, cudendo, radendo, alienas literas resignando, *l. 1. §. 5. eod.* in causis judicialibus largitionibus utendo, aut pecunias accipiendo *d. l. 1. § 2.* prævaricando, *art. 115.* patiendo se adduci pretio ad dicendum dolo malo falsum testimonium, *d. l. 1. §. 2. art. 64.* imo etiam ad verum dicendum, *d. l. 1. § 1. d. art. 64.* vid. omnino *Carpz. pract. crim. qu. 93. n. 27. seq. Berger. c. l.*

4. Pœna criminis falsi est arbitraria, & sic quandoque major, quandoque minor, juxta diversitatem casuum, & damni illati, *Carpz. c. l. n. 20. sequ. Berger. c. l. p. 71.* ubi quoque, falsum sine damno commissum, vix aliquam animadversionem mereri.

5. Dubitandum non est, quin pœna usque ad mortem extendi possit, *l. 22. C. de leg. Corn. de fals. Carpz. c. l. n. 95. seq. Berger. c. l. p. 73. & p. 2. Supplem. obs. 58. & 59.* Plerumque tamen crimen falsi, in personam patratum, veluti suppositio partus, fustigatione coercetur, *Berger. c. l. p. 72.* add. *Carpz. c. l. n. 27. seq.*

6. Falsarius, tanquam infamis, a dignitatibus removetur, ergo multo minus admittitur ad easdem, *Berger. p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 54. th. 9.*

7. Collegium opificum falsificatorum mercium reum coram judice quidem accusare, non vero ædes opificis vi intrare, falsasque merces auferre possunt, nec opifex, antequam convictus, opificio excludendus est, *Mev. p. 5. dec. 256.*

8. Medicantibus, qui homines ad eleemosynas falsis literis inducunt, indeque lucrum, etsi exiguum, perce-

perceperunt, pœna fustigationis dictitatur: quamvis eadem, si lex deficiat, mitigari possit; præsertim si circumstantiæ, mitigationem suadentes, concurrant, *Wernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 281. Carpz. pract. crim. qu. 93. n. 72. seq.*

9. Quin, etiamsi medicantes literis & sigillis non abutantur, si tamen morbos, vulnera, aut defectus naturæ simulent, iisque prætextibus pecuniam colligant, cum membra habeant sana, pœnam fustigationis locum habere, cum *Heigio p. 2. qu. 27. n. 26.* tradit *Carpz. c. l. n. 75. seq.*

10. Falsum non est, cum ab uno alterove senatus membro, reliquis insciis, in re innoxia publicum sigillum adhibetur, *Wernber. sel. obs for. p. 4. obs. 278.*

11. Omissio eorum, quæ ad formam jure vel consuetudine requiruntur, inducit suspicionem aut falsitatis aut perversitatis, *l. 8. §. 17. de transact. Mev. p. 7. dec. 50. n. 7.*

12. Quoties ex registratura nullum ad quenquam damnum redundare potest, toties falsum in ea committi haud intelligitur, *Wernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 363.*

13. Falsi instrumenti exceptio etiam contra rem judicatam opponi potest, *l. 11. de except. & præscript. tot. tit. C. si ex fals. instrum. Brunnem. cent. 1. dec. 89.*

FALSÆ MONETÆ CRIMEN.

Vid. loc. *Moneta.*

FAMA. EXISTIMATIO.

1. Fama inducit justam credulitatem, *Bartol. in l. 2. C. si serv. vel libert. ad decur. adspir.* Hinc fit, ut qui, publica fama seductus, falsum denunciat, debeat excusari, *l. fin. ibique Bartol. de hered. instit.*

2. Fama sola nec in civilibus, nec criminalibus, plenam facit probationem *l.3. §.2. de testib. Mascard. vol 2. concl. 753. n. 1.* nisi res sit difficilioris probationis, quam per famam sufficienter probari, statuunt *Mascard. c. l. concl. 754. n. 22. Carpz. lib. 3. R. 65. n. 11.* veluti mors absentis *Mascard. c. l. concl. 1075. n. 1. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4 n. 672.* & antiqua, *Craveu. de antiq. temp. p. 1. membr. ult. n. 22. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. c. 111. n. 3.*

3. Reservatio famæ in condemnatione ob injurias hodie in tantum necessaria dicitur, ut, omissa ea, justa detur causa appellandi, *Mev. p. 5. dec. 168.* Verum hodie semper tacite reservata videtur, *Schilt. ex. 10. th. 32. in fin. Stryck. annotat. ad Lauterb. tit. de his, qui not. infam.*

FAMOSUS LIBELLUS.

Vid. loc. *Libellus Famosus.*

FAMILIA.

1. Familiæ appellatione non continentur cognati, i. e. per fœminas juncti vel affines, *l. 8. C. de religios. & sumtib. funer.*

2. Hinc sub dispositione ad familiam alicujus restricta filii tantum & agnati, non etiam filia & cognati comprehenduntur, *Carpz. lib. 6. R 83.*

3. Et si de conservanda familia agitur, nulla fœminarum ratio habetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 406.*

4. Sed sub voce familiæ & agnationis uxoris etiam cognatos intelligi, putavit Ordo Wittenbergensis apud *Horn. cl. 12. sent. 51. p. 855 a.*

5. Ob familiæ conservationem pacta perpetuæ societatis aut communionis sustinentur, *Mev. p. 9. 157. n. 4. Mencken. ad ff. tit. de comm. divid.*

6. Fa-

6. Familia privilegiati eodem, quo paterfamilias, jure & immunitate utitur, *Mev. p. 8. dec. 243. n. 3.*

FAMILIARITAS.

1. Actus, familiaritatis jure, gesti nullum jus tribuunt, *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cas. 160. n. 13.*

2. Jure familiaritatis utens nunquam præscribit, quia non possidet, *l. 41. de acquir. vel amitt. possess. Carpz. p. 2. c. 4. d. 14. Stryck. disp. de jure familiaritatis. c. 4. n. 2. seq.*

FAMULITIUM.

1. Famuli ad forum domini referuntur *l. 10. C. ubi caus. fisc.* Unde famuli clericorum, mercede conducti, idem forum sortiuntur, quo clerici gaudent, *Horn. addit. ad Schilt. Instit. jur. canon. lib. 1. tit. 10. §. 8. p. 179. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 12.* de quo tamen dubitat *Bœhmer. jur. eccles. protest. lib. 2. tit. 2. §. 43. p. 1013.*

2. Defuncto domino, heredes famulitio mercedem ad id solum tempus, quo herus mortuus, alimenta vero usque ad tricesimum debent, *Carpz. p. 2. c. 51. d. 11.* Anticipatam vero mercedem heredibus non restitui, tradit *Coler. p. 1. dec. 201. n. 9.*

3. Mortuo famulo, ante tempus finiti servitii, heredibus ejus salarium debetur non nisi pro rata temporis, *arg. l. 15. §. 6. locat. conduct.* **Landr.** *lib. 1. art. 22. Carpz. d. c. d. 12.*

4. Famulo, justa ex causa ante tempus ex servitio discedenti, solvendum est salarium pro rata temporis, quo servivit, *Carpz. d. c. d. 13. n. 1.* imo etiam futuri temporis secundum *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 10. th. 6. not. 3. p. 810.*

5. Aſt famulo, absque cauſa ante tempus diſcedenti, dominus nequidem pro rata temporis, quo ſervivit, ſolvere ſalarium tenetur, ſed id plenum retinet, *Carpz. c. l. n. 2. Moller. lib. 2. ſemeſter. 17. Berger. c. l.*

6. Eodem modo dominus, absque juſta cauſa famulum dimittens ante tempus, plenum ei Salarium ſolvere tenetur, Landr. *lib. 1. art. 32. Coler. d. dec. 201. n. 11. Carpz. d. def. 13. n. 6.*

7. Dominus non tenetur famulo, ratione damni in corpore ſuo, licet in ſervitio accepti: bene vero ratione rerum in ſervitio amiſſarum, *Carpz. d. c. 51. d. 14.*

8. Famulo ægrotanti ſtricto jure non debetur merces, utpote quæ promiſſa ſub conditione operarum: exigit tamen commiſerationis ratio, ne ſtatim domo expellatur, *l. 4. §. 5. de ſtat. liber. Struv. ex. 24. th. 22. Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de fugit.* ſed potius ipſi ſumtus curationis a domino ſubminiſtrentur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 107.*

9. Reſignatio ſervitii opus non eſt, ubi illud certum tempus ex pacto vel conſuetudine habet, *Mev. p. 2. dec. 381.* ſed famulus, inſcio domino, adhuc eo tempore, quo ſervit, alteri operas locare poteſt, ita ut priori licitum non ſit, illum, ſub prætextu relocationis & poſſeſſionis, finito ſervitii tempore, retinere, *Mev. d. dec. 381. & dec. 379. nec non p. 4. dec. 385. n. 3. 4.*

10. Secus autem eſt, ſi per ſtatutum vel conſuetudinem iis, qui ex miniſterio abire volunt, injuncta eſt reſignatio, *Mev. d. p. 4. dec 385. n. 5.* vel operæ indefinite ſint locatæ, *Mev. p. 2. dec. 381. n. 1.*

11. Manendo in ſervitio ultra tempus, ad quod ſervi-

ſervitia ſuſcepit famulus, intelligitur facta relocatio, *Mev. p. 4. dec. 385. n. 2. & p. 2. dec. 381. n. 5.*

12. Iniquæ abalienationis exceptio juſtam reddit retentionem famulantis, qui non reſignavit; imo iniqua abalienatio actionem ad intereſſe præbet, *Mev. p. 4. dec. 385.*

13. Famuli & ancillæ in domo domini jure quaſi retentionis tamdiu manere poſſunt, donec ipſis merces reſidua ſolvatur, perinde ac creditoribus aliisve bona debitoris usque ad exſolutionem detinere licet, *Bald. in l. fin. C. commod. Carpz. p. 2. c. 25. d. 22. Lauterb. diſp. de retent. th. 21.*

14. Non peccat famulus vel miniſter, ſi dominum, quem alius aggreditur, defendit, *Horn. cl. 15. R. 14. p. 1047. b.*

15. Add. loc. *caſtigatio domeſtica.*

FATALIA.

1. Fatalia non ſunt extendenda, *Horn. cl. 12. ſent. 59.* & amplianda, ſed potius tanquam odioſa coarctanda & reſtringenda, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 102.*

2. Fatalia, quamvis lege definita, judex ex juſta cauſa regulariter prorogare valet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 216. & ſupplem. nov. ad d. obſ. 216.* vid. omnino *Mev. p. 3. dec. 167. & p. 6. dec. 89.*

3. Prorogari poſſunt fatalia ob conſortum in diverſis locis exiſtentiam, *Mev. p. 2. dec. 347.* ob non habitam advocati copiam. *Mev. p. 2. dec. 108. & p. 4. dec. 339* & conſenſu partium, *Mev. p. 4. dec. 330. n. 6.* nec non ob mortem litigantis, *Mev. p. 3. dec. 182.*

4. Fatalia non currunt copiam judicis non habentibus, *Mev. p. 2. dec. 9.* & impedito, ſine ſuo facto,

Gail. lib. 1. obs. 143. n. 1. seq. Mev. p. 2. dec. 369. p. 3. dec. 250. p. 6. dec. 40. p. 8. dec. 202.

5. Fatalia remediorum non sunt proroganda ex impedimentis partis, cum ista nulla ipsius, sed advocati opera egeant, *Mev. p. 5 dec. 194.*

6. Cursus fatalium non sistitur eo, quod causa in terminis transactionis & amicabilis compositionis versetur, si deficiat ea de re compromissum. *Horn cl. 12. sent. 55.* Quod si tamen eo in casu fatalia lapsa sunt, facile restitutionem concedendam esse, tradit *Mev. p. 4. dec. 330.*

7. In dubio præsumendum, fatale, quod vocant, in judicio observatum potius quam neglectum esse, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 422.*

FAVOR. FAVORABILIA.

1. In favorabilibus personæ ita juvandæ sunt, ne justitia lædatur, *l. 4. C. de emancip. liber. c. 6. X. de donat. inter vir. & uxor.*

FELONIA.

1. Felonia committi potest, etsi nondum quis actu de feudo investitus fuerit, nec jusjurandum fidelitatis præstiterit, *Struv. synt. jur. feud. c. 15. aph. 10. n. 6. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 13.*

2. Ob feloniam Vasallus non privatur feudo, nisi facta prius per sententiam declaratione, *Mev. p. 6. dec. 11.* add. *Wernher. p. 7. obs. 138.*

3. A pœna feloniæ propter non petitam investituræ renovationem ætas pupillaris excusat, *2. F. 22. 55. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 415.*

4. Non solum expresse, sed etiam tacite remitti potest felonia, puta, si dominus, non conquestus de felonia, moriatur, *Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 35.*

5. Fe-

5. Felonia remissa censetur, si dominus vasallo ex curia scribat, eumque appellet: Lieber Getreuer, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 11. th. 18. p. 803.*

6. Dominus a vasallo servitia feudalia accipiendo, censetur feloniam tacite remisisse, *Struv. synt. jur. feud. c. 10. aph. 10. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 263.*

7. Quod quoque dicendum de eo casu, si quidem dominus ignoraverit, feudum esse commissum, sed tamen servitiorum præstationem per tempus diuturnum atque ad præscribendum sufficiens, acceptet, *Wernher. d. obs. 263. n. 3.*

8. Remissio feloniæ soli domino directo præjudicat, non item agnatis, aut cuivis tertio, qui jus quæsitum habet, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 208.* add. *Struv. Synt. jur. feud. c. 15. th. 12. n. 11.* confer. vero *Berger. p. 1. Supplem. ad E.D.F. tit. 40. §. 10. p. 442.*

FEMINA.

Vid. loc. *Mulier.*

FENESTRA.

1. In pariete proprio fenestras aperire licet pro lubitu, ex quibus in vicini fundum respici potest, *l. 8. §. 5. si servit. vind. & arg. l. 9. d. S. U. P. Carpz. p. 2. c. 41. d. 12. Hopp. ad verb. luminibus §. 1. J. de Servit.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 14. not. 1. p. 311.* modo non fiat ad æmulationem & despectum vicini, *Schneidew. in §. prædiorum. 1. n. 21. de servit.* & ejusmodi apertura non impediat ventum in aream vicini tendentem, atque ad triturationem frumenti necessarium, *Berger. c. l.*

2. Licet tamen vicino contraædificare, atque adeo fenestras obscurare, *l. 9. de S. P. U. Donell. lib. 11. c. 5. lit. d. Hopp. c. l.* Exceptio est in legato ædium; nam legatario ab herede relinquendum est modicum lumen,

lumen, quod videlicet ipfimet habitanti fufficiat, *Berger. c. l. not. 2. p 312.*

3. Alicubi ftatuto aut confuetudine cautum eft, ne in proprio pariete liceat habere apertam feneftram imo ne claufam quidem, nifi præterea ferro fuerit communita nempe, ut evitetur occafio partim defcendendi, partim ejiciendi fordities in aream vicini, *Berger. c. l. not. 1. p. 311. Hopp. c. l. in uf. bod.*

4. Erigi ducique poteft a vicino per feneftram hypocaufti, etiam in communi pariete exftructi, infumibulum, ein Wind-Ofen: modo idem illud ita comparatum fit, ne vicinus, per fe & vi ipfiusmet operis, moleftiam fumi fentiat, ejusve ædibus fuligo afpergatur, *Berger. c. l. not. 4. p. 312.*

FERA.

Vid. loc. *venatio.*

FERIÆ.

1. Indictio feriarum foli principi competit, *l. 4. C. de fer.* & apud Evangelicos fuperioritatis territorialis confequens eft, *Ziegler. de jur. maj lib. 1 c. 17. § 1. Stryck. uf. mod. tit. de fer. §. 1. & 3.* & communiter ex confiftoriis fefta indici folent, *Stryck. c. l. § 1.* Aft pontificii omnem feftorum ordinationem poteftati civili ademerunt, & folis epifcopis adfcripferunt, ita ut univerfales ferias folus pontifex indicere poffit; particulares vero feu diœcefales epifcopi, *Stryck. c. l. §. 2.*

2. Inter ferias referuntur hebdomades paffionis & refurrectionis Chrifti, nec non dies feptem, qui præcedunt, & confequuntur in fefto Nativitatis & Epiphaniæ, *l. 2. C de feriis* vid. omnino *Barth. hod. g. for. c. 1. § 28 lit. g. p. 96 Berger. E. D. F. tit. 4. obf. 7. not. 2. p. 91. & Refolut. Lauterb. tit. de fer. ad verba: l. 2.*

C. de

C. de feriis. nec non œcon. jur. lib. 4. tit. 14. th. 2. not. 3. p. 990. Ad festum Pentecostes autem hoc privilegium septem dierum, quod tamen jure canonico obtinet, *cap. 1. de consecrat. dist. 3. c. 4. X. de fer.* quo adhuc plures aliæ constitutæ sunt feriæ, v. gr. dies apostolorum, *d. c. 1. de consecrat. dist. 3. c. ult. X. de fer.* hodie non extenditur, *Berger. œcon. jur. c. l. & E. D. F. c. l. p. 92. Barth. c. l. p. 97.*

3. In feriis divinis nullus actus judicialis contentiosæ jurisdictionis, nec voluntariæ, qui causæ cognitionem requirit, exerceri potest, nisi periculum in mora sit; hinc appellationes die feriato interponi, arresta impetrari & renovari, citationes insinuari, ac articuli probatoriales offerri possunt, *Barth. c. l.* add. *Berger. œcon. jur. c. l. not. 4.*

4. Non solum Christiani diebus sacris inquietari non debent, sed nec judæi die sabbathi, aliisque festivitatibus conveniri possunt, *l. 13. C. de judæis Barth. hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. g. p. 97. Stryck. 115. mod. tit. de fer. §. 11.*

5. Feriis divinis renunciari nequit, qui actus eo die in judicio peractus, ipso jure nullus est, *Barth. c. l. p. 96.* In præparatoriis (a) tamen, quales sunt septem

(a) De quibus, ut & de feriis messium, aliisque humanis *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 11. §. 5.* disponit: Die Erndten= und andere, insonderheit auch die, vor und nach denen hohen Festen, in denen Rechten sonst geordnete feriæ humanæ sind wegen derer Termine und übriger actuum judicialium, ausser, was wegen derer ordentlichen Gerichts=Tage auf dem Lande der Saat= und Erndte=Zeit halber ad tit. 2. §. 3. versehen, weiter nicht zu attendiren, noch deßhalber, fürnehmlich bey subhastationen, die exceptio nullitatis zu verstatten, jedoch ist solches zu Leipzig

ptem dies, qui præcedunt, & ſeptem, qui ſequuntur natalem domini & epiphaniæ, feſtumque paſchatos, ex hodierna fori obſervantia volentibus litigantibus a judice jus dici poſſe, teſtatur *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 52.*

6. Feriis humanis, ut nundinarum, meſſium & vindemiarum renunciare, cuivis permiſſum eſt; idque fit vel expreſſe vel tacite, utpote, ſi in termino citati compareant, *Barth. c. l. p. 98.* Licet enim exceptio feriarum etiam iis competat, qui occupati non ſunt, v. gr. in meſſibus, & in qualibet judicii parte recte opponatur, *Carpz. p. 1. c. 3. d. 22. Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de fer. qu. 1. Stryck. uſ. mod. tit. de fer. § 13.* Sponte tamen venientes exceptione feriarum ſe a neceſſitate reſpondendi liberare minimè poſſunt, *Barth. c. l.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 56.*

7. In inferioribus judiciis feriæ meſſium ſunt obſervandæ, *Rivin. c. l. en. 55.* aſt coram Supremo Appellationum judicio Dresdenſi objici nequeunt, *Rivin. c. l. en 54.* Nec coram judicio mercatorio Lipſienſi aliæ feriæ attenduntur, quam quæ cultui divino ſunt deſtinatæ, *Rivin. c. l. en. 57.* & nundinales, *Rivin. c. l. en. 58.*

8. Add. loc. *arreſti impoſitio. th. 15. loc. citatio. th. 47. 48. 49. 50. 51.*

FEUDUM.

1. Feudum ſine inveſtitura nullo modo conſtitui poteſt, *1. F. 25. pr. Carpzov. p. 3. c. 30. d. 2.* Nec enim

Leipzig und Naumburg auf die daſelbſt gewöhnliche Meß-Ferien nicht zu erſtrecken, ſondern es ſind dieſelben, auch in Wechſel-Sachen, wenn nicht der Marckt-Freyheit ausdrücklich renunciiret, noch ferner zu obſerviren.

enim ſola conventione partium bona allodialia effi-ciuntur feudalia, ſi non a domino ſuperiore expreſſe in feudum concedantur, *Carpz. d. c. d. 11.*

2. Allodialia bona non fiunt feudalia ex eo, quod per vaſallum feudo fuerint incorporata, ſi non inveſtitura ſpecialis vel præſcriptio acceſſerit, *1. F. 25. Coler. p. 1. dec. 219. Carpz. d. c. d. 12.*

3. Poſſidens rem, tanquam allodialem, quam dominus feudalem aſſerit, non tenetur titulum poſſeſſionis indicare, *Carpz. p. 1. c. 27. d. 9.*

4. Quando inter filiam defuncti, ejusque agnatos de prædio quæſtio incidit, agnatis feudum, filia vero allodium ſeu libellarium eſſe aſſerentibus, filiæ interim poſſeſſionem adjudicandam eſſe, clare definitum eſt *2. F. 26. §. 1. Dec. Elect. Sax. nov. 37. ibique Philipp. Carpz. d. c. d. 8.* Quod etiam ad ſorores aliasque feminas in proximo ſuccedendi gradu lineæ transverſalis conſiſtentes vulgo extendunt, *Carpz. lib. 1. R. 72. & 82. Philipp. c. l.*

5. Add. loc. *bona allodialia.*

FEUDUM ANTIQUUM.

1. Feudum in dubio præſumitur antiquum potius, quam novum, *2. F. 11. Mev. p. 1. dec. 33. n. 1.*

2. Feudum antiquum non poteſt concedi, ut novum, niſi accedente agnatorum conſenſu, *1. F. 14. Gail. lib. 2. obſ. 49. Struv. Synt. jur. feud. c. 3. aph. 3. n. 3.*

3. Poteſt vero dominus feudum novum concedere jure feudi antiqui, *Ludwell. de diviſ. feud. c. 3. p. 51.*

4. Feudum, ea lege alicui conceſſum, ut, ipſo ſine heredibus mortuo, ad ejus fratrem devolvi debeat,

beat, in hujus persona vetus, non novum, esse intelligitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 414.*

5. Aliud dicendum de eo casu, ubi duo fratres conjunctim ea lege, ut, uno sine herede defuncto, alter succedere debeat, feudum adepti sunt: tunc enim sine dubio in fratris persona novum est, quia jure proprii contractus ad ipsum pervenit, *1. F. 20. Struv. d. c. 3. aph. 2. n. 3.*

6. In feudis antiquis, non tam proxime defuncto, quam primo acquirenti, succedi intelligitur, *Bald. in c. un. 3. si vasall. feud. priv. Mev. p. 3. dec. 136. n. 3.*

FEUDUM APERTUM.

1. Dominus feudi, uti feudum sibi apertum occupare, ita etiam alium immittere potest: nisi quoddam jus, quod occupationi obsistere valet, allegetur, vel ei juri quod alius quisquam circa feudum habet ex alio non injusto titulo, præjudicium inferretur, *Mev. p. 9. dec. 46.*

2. Cum feudum domino aperitur, creditores vasalli immissi nec ejici, nec bona feudalia sequestrari debent, nisi aperte constet, feudum creditis illorum nullatenus obnoxium esse, *Mev. p. 5. dec. 234.*

FEUDUM ECCLESIASTICUM.

1. In præscribendo feudo ecclesiastico quadraginta anni requiruntur, *Horn. jurispr. feud. c. 11. n. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 253.*

FEUDUM HEREDITARIUM.

1. Feudum hereditarium infertur per verba investituræ: zu rechtem Erbe, Erb-Guth, oder Erb-Lehn, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 220. p. 2. obs. 490. & p. 4. in supplem. ad p. 1. obs. 220. Carpz. p. 2. c. 47. d. 1.*

FEU-

FEUDUM MASCULINUM.

1. Feudum in dubio præsumitur masculinum, idque, deficientibus masculis, ad dominum recidit, nisi pro more etiam fœminæ succedant, *Rosenth. cap. 2. concl. 8.*

FEUDUM NOBILE.

1. Prædium propterea, quod collectis & contributionibus obnoxium sit, qualitatem feudi nobilis haud amittit, *Struv. Synt. jur. feud. c. 3. aph. 8. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 169.*

2. Possessor feudi nobilis non est immunis a metatis, von Einquartirungen, quæ juxta modum sexagenarum, nach denen Steuer-Schocken, quibus illud subjectum est, indicuntur, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 170.* dissentit *Beyer. in specim. jur. Germ. lib. 1. c. 2. §. 10. in fin.*

FEUDUM NOVUM.

1. Petitio investituræ in feudo novo, quale etiam illud censetur esse, quod quis ab alio vasallo emit, ad certum tempus non est adstricta, *Ludw. de renovat. invest. c. 1. p. 327. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 89.*

FEUDALIA ONERA. (a)

1. Feudi onus non est aliud, quam quod ex lege

(a) De oneribus feudi *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 45. § 6. ita disponit, daß weder denen Töchtern wegen ihrer Ausstattung, noch denen Mitbelehnten wegen eines Lehn-Quanti ein Jus reale an Lehn-Güthern zustehen, noch ausser denen Ritter-Pferds-Præstationen, als welche, in so weit solche, nach Anleitung der 32sten neuen Decision, aus dem Lehn zu bezahlen, mit in die erste Classe gehören, einige andere onera feudalia das Jus

hypo-

ge vel consuetudine tale redditum est, *Mev. p. 2. dec. 124. n. 1.* add. *Thoming. dec. 27. n. 14. Carpz. p. 2. c. 46. d. 8. n. 5.*

2. Feuda regulariter ab ære alieno libera sunt, ideo qui debitum aliquod feudi onus dicit, probare debet, *Carpz. lib. 4. R. 64. n. 3. & 10.* In dubio enim debitum magis vasalli quam feudi onus creditur, *Mev. d. dec. 124. n. 2.*

3. Successores feudi æs alienum a defuncto vasallo contractum regulariter haud solvere tenentur, *Carpz. p. 2. c. 46. d. 1.* & si solverint, solutum, actione negotiorum gestorum, ab heredibus allodialibus repetere possunt, *Carpz. d. c. d. 2.*

4. Ast nonne saltem ex feudo hæreditario æs alienum vasalli defuncti erit solvendum? Ita sentit *Berlich. p. 2. conclus. 55. n. 20. Struv. synt. jur. feud. c. 14. aph. 2.* Quod quidem de jure communi concedit, sed jure Saxonico ab agnatis, quia proprio facto & vi simultaneæ investituræ, in feudo etiam hereditario jus acquisitum tenent, debita vasalli exigi non posse, tradit *Carpz. d. c. d. 3.*

5. Num vero feudi novi successores ob æs alienum vasalli defuncti conveniri possint? Id quod iterum affirmat *Berlich. d. concl. 55. n. 85.* negat vero quoad forum Saxonicum *Carpz. d. c. d. 4.*

6. Filii autem omnia defuncti patris debita agnoscere, & ex feudo in subsidium solvere tenentur, nec in feudo succedere possunt, nisi hereditatem quoque paternam adierint, atque ita susceperint onera he-

hypothecæ in feudis haben sollen, wenn nicht darüber ein ausdrücklicher Consens gebührend ausgebracht worden.

ra hereditaria, *Carpz. d. c. d. 5. Struv. synt. jur. feud. c. 14. aph. 30.*

7. Onera feudi sunt vel sua natura talia, vel ex consensu. Quæ sua natura talia sunt ex dispositione juris feudum afficiunt, vel simpliciter, vel in subsidium, *Ritter. jus feud. c. 8.* §. *17.* add. *Carpz. p. 2. c. 48. d. 7.*

8. Ad onera, quæ feudum simpliciter concernunt, & a successoribus feudi, imo & a domino, ad quem feudum fuit reversum, sunt solvendæ, etsi vasallus defunctus bona reliquerit hereditaria, vid. *Carpz. d. def. 7.* referuntur debita in feudi utilitatem contracta, *Carpz. d. c. d. 26.* ubi versionis probatio incumbit illi, qui ex feudo solutionem petit, *Richter. dec. 78. n. 30.*

9. Expeditur vero hæc probatio vel directe per ocularem demonstrationem, vel præsumtive: ad quod requiritur α) indigentia pecuniæ & causa, β) acceptio pecuniæ in eam causam, γ) defectus aliorum mediorum ad procurandum illum effectum, *Schutz. synops. jur. feud. c. 8. n. 178.*

10. Porro huc spectat æs alienum, ad feudum comparandum, contractum, *Constit. Elect. Sax. 46. p. 2. ibique Carpz. p. d. 27.* ubi addit: quamvis de jure communi aliud dicendum videatur; nec non residuum pretii, quo feudum est emtum, *Carpz. lib. 4. R. 66. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 16.* de quo tamen multi adhuc dubitant, *Struv. synt. jur. feud. c. 14. aph. 8. in fin.*

11. Deinde ad hanc classem spectant salaria advocatorum, qui causam feudi utiliter gesserunt, *Carpz. d. c. d. 30.* & expensæ litis a vasallo utiliter factæ, *Carpz. d. c. d. 31.* nec non pecunia ad liberationem feudi a pignoris nexu mutuo sumta, *Carpz. d. c.*

 d. 29.

d. 29. item dotalitium & debitum ratione dotalitii contractum, *Carpz. d. c. d. 25.* ubi monet, quod jure communi res aliter se habeat.

12. Denique huc pertinet debitum ad elocationem filiarum aut sororum contractum, *Berlich. p. 2. concl. 55. n. 37. Carpz. d. c. d. 13. & 14. Wernher. p. 5. obs. 91.* sub quo etiam comprehenditur dos saltem promissa, *Carpz. d. c. d. 15.* Quamvis alias de jure communi hoc onere successores feudi non nisi in subsidium graventur, monente *eod. d. def. 13. n. 3.*

13. Hæc onera feudalia heredes vasalli allodiales de bonis hereditariis solvere non tenentur, nisi 1) in subsidium, vel 2) vasallus ita disposuerit, *Carpz. lib. 3. R. 69. Struv. d. c. 14. aph. 27.*

14. Onera feudalia, quæ in subsidium demum, deficiente scil. allodio, ex bonis feudalibus, ab agnatis vel domino feudi præstanda sunt, *primo* educatio, dotatio & elocatio *(b)* filiarum, *O. P. S. tit. 45. §. Es trägt sich auch*, *Gail. lib. 1. obs. 112. n. 7. Struv. Synt. jur. feud. c. 14. aph. 17. Wernher. in supplem. nov. ad p. 5. obs. 91. p. 600.*

15. Quin &, si postea fratres feudalia bona cum consensu domini & agnatorum aliis hypothecaverint, nihilominus hisce filiæ ratione elocationis præferendæ erunt, *O. P. S. c. l. Carpz. p. 2. c. 46. def. 16. n. ult. & c. 25. d. 4. n. 7. 8.*

16. Ex feudo non sunt dotandæ filiæ in concursu creditorum, ante exsolutionem æris alieni, nisi consuetudine aliud sit introductum, *Rauchb. p. 1. qu. 38. n. 48. Carpz. d. c. d. 17.*

17. Quantitas dotis, si de ea inter partes non con-

(*b*) Quo nomine jus reale in feudis non habent filiæ, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 6.*

convenerit, arbitrio domini directi debet determinari, *Struv. c. l. Ziegl. ad O. P. S. tit. 45. verb.* **gebührender massen.** *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs 92.*

18 Filia dotem, ex feudo debitam, ad heredes non transmittit, si nondum maritata decesserit, *Carpz. d. c. d. 20.* nisi pater dotem invicem legitimæ in testamento filiæ reliquerit, vel de illa usuræ filiæ sint præstitæ, *Carpz. d. c. d. 22.*

19. Filia, cui dos & alimentario ex feudo debetur, defuncta, antequam nupserit, successores feudi in subsidium impensas, ad funus necessarias, solvere teneri, tradit *Carpz. d. c. d. 23.*

20. Deinde inter onera, in subsidium ex feudo præstanda, referuntur alimenta filiis, ob animi corporisve vitium ad succedendum in feudo inhabilibus, eroganda, *1. F. 6. §. mutus. Carpz. d. c. d. 28. Ritter. jus. feud. c. 8. §. 25.*

21. Porro legitima ex feudo novo emtitio, cujus pretium omne patris allodium, vel maximam ejus partem absumpsit, filiabus imo & matri debetur, *Carpz. d. c. d. 24. & p. 3. c. 9. d. 28. 29. & 30.* ubi limitationes, *nec non 31.* nisi filia dotem & elocationem petierit, *Carpzov. d. c. 9. d. 31. Brunnem. cent. 2. dec. 60.*

22. Denique in subsidium ex feudo solvendæ sunt impensæ in funus defuncti vasalli, *Mev. p. 2. dec. 174. Ritter. jus feud. c. 8. §. 25.* dissentit *Carpz. p. 2. c. 46. d. 36.*

23. Onera vel debita feudi ex consensu sunt, quæ per oppignorationem ex consensu domini & agnatorum feudo imponuntur, *Ritter. c. l. §. 26.*

24 Jure autem communi Dominus & agnati, ob ejusmodi debitum, non nisi in subsidium, deficientibus

tibus scil. bonis allodialibus, conveniri possunt, *Schrader. p. 7. c. 7. n. 42.* Jure vero Electorali Saxonico ex feudo ipso principaliter, licet vasallus defunctus bona reliquerit hereditaria, exsolvenda sunt, *Carpz. d. c. d. 7. 8.* & licet dominus confirmationi addiderit clausulam: salvo suo jure, *Carpz. d. c. d. 11.*

25. Ast nonne agnatus saltem ex suo assensu creditori, licet domini consensus deficiat, obstrictus erit, ita ut, feudo jure successionis ad se devoluto, debiti solutionem ex feudo præstandam teneatur? Ita quidem sentit *Rauchb. p. 1. qu. 45.* Sed eo casu agnatos non obligari, nisi ad solutionem se adstrinxerint, tradit *Carpz. d. c. d. 9. & 10.* Verum tamen opinio Rauchbarii confirmata est *dec. Elect. Sax. 67. ibique Philipp.*

26. Si duo fratres ad certam summam, sorori præstandam, se obligaverint, eoque intuitu feudum commune citra domini directi consensum hypothecæ subjecerint, devoluto post mortem alterius fratris ad alterum integro feudo, hunc defuncti ratam debiti solvere non teneri, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 495.*

27. Agnatus, qui feudum sibi oppignoratum habet, consentiens, ut alteri oppignoretur, jus pignoris haud remisisse censetur, *Hartm. Pistor. p. 3. qu. 17. Carpz. d. c. d. 12.* add. *Mev. p. 7. dec. 251.*

28. Si consensus solius accesserit domini, agnati non tenentur, sed ex facto suo dominus aperto feudo, *Philipp. ad dec. 67. obs. 1. n. 27. Ritter. jus feud. c. 8. §. 26. Carpz. lib. 4. R. 67.*

29. Debitum ratione servitii militaris, wegen Aufbringung des Lehn-Pferds, contractum a feudi successoribus exigi non posse, tradit *Carpz. d. c. d. 34.*

Con.

Contrarium tamen in Marchia obtinere, teſtatur *Stryck. exam. jur. feud. c. 21. qu. 28.*

30. Quæritur; an etiam contributio pecuniarum, quam in comitiis provincialibus nobiles promittunt, das Præſent-Geld, a feudi ſucceſſoribus exſolvenda ſit? Id quod negat *Carpz. d. c. d. pen.* affirmat vero *Finckelib. obſ. 3.* Opinio *Carpzovii*, cum limitatione tamen, probata eſt *Dec. Elect. Sax. 32. ibique Philipp.*

31. Succeſſores feudales, viduæ dotem ex feudo reſtituentes, ad intereſſe & repetitionem exſoluti adverſus heredes allodiales experiri non valent, *Carpz. lib. 4. R. 64.*

32. Debita feudalia una cum intereſſe ex feudo ſolvuntur, cum acceſſorium ſequatur ſuum principale, *Carpzov. p. 2. c. 46. d. 32. Berlich. p. 2. concl. 55. n. 52.*

33. Onera & debita feudalia a domino & tertio feudi poſſeſſore, etiam extra caſum hypothecæ conſtitutæ, exigi poſſunt, *Carpz. lib. 4. R. 68.*

34. Verum emtorem feudi, debitorem ſeu onerum feudalium nomine, quorum intuitu hypotheca conſtituta non eſt, haud teneri, probat *VVernber. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 152.*

35. Onera feudalia pari jure gaudent, excepto debito, pro quo feudum conſenſu domini & agnatorum eſt oppignoratum: quod licet poſterius aliis tamen præfertur propter jus hypothecæ reale, *Carpz. p. 2. c. 46. d. 33.*

FEUDALIS PECUNIA.

1. Pecunia, ex feudo vendito redacta, feudalis non eſt, nec ſucceſſoribus feudi debetur, *2. F. 26. §. ſi vaſallus. Carpz. p. 3. c. 30. d. 1.* etſi convenerit, ut

pretium feudi pro feudo habere velint, *Rosenth. de feud. c. 4 concl. 8. Carpz. d. c. 30. d. 2.* idque juramento confirmatum fuerit, *Rosenth. c. l. n. 7. Carpzov. d. c. d. 3.*

2. Valet tamen conventio, ut pecunia, ex feudo redacta, ad solos feudi successores pertineat, heredibus allodialibus exclusis, per tradita *Carpzov. d. c. d. 3.*

3. Licet expresse inter agnatos conventum, ut pecunia ex feudo redacta in emtionem feudi collocetur, & hocce pactum valeat, atque contrahentes obstringat, *l. 1. de pact. Cothmann. vol. 1. consil. 8. n. 43.* Attamen, defuncto venditore, antequam promissio in effectum deducatur, pecunia ad feudi successores neutiquam pertinet, sed heredibus allodialibus cedit, *Constit. Elect. Sax. 30. p. 3. ibique Carpz. d. 5.*

4. Defuncti vero heredes feudi successoribus ad interesse tenentur, *d. Constit. 30.* non quidem omnibus indifferenter, sed solum iis, quibus promissio facta est, de recipiendo eos in simultaneam investituram, *Berlich. p. 3. concl. 41. n. 36. seq. Carpz. d. c. d. 6. 7.*

5. Interesse hoc præstatur, exsolvendo eam ipsam pecuniam, quæ in feudi emtionem collocanda erat, quæ tota agnatis cedit & acquiritur: vix enim aliud interesse petere iis licebit, *Carpz. d. c. d. 8.*

6. Ad præstationem interesse, sive exsolutionem pecuniæ heredes cogi nequeunt, si illam in feudum convertere, deque eo agnatos investiri facere velint, *Carpz. d. c. d. 9.*

7. Quod si ejusmodi pecunia ex feudo redacta, per dominum mutata est in feudum, ea utique pro feudo habetur, & ad successores feudales pertinet, *d. c. 30. ibique Carpz. d. 10.* Feudum enim etiam in pe-

cunia

cunia constitui posse, testatur *VVesenbec. vol. 2. consil. 79. n. 8. Stryck. exam. jur. feud. c. 4. qu. 23. Horn. jurispr. feud. c. 4. §. 21.*

8. Pecunia in feudum commutatur, si ad curiam domini deponatur pro feudali, ipsique dominium directum offeratur, & investitura desuper imploretur, *Carpz. d. c. d. 10. n. 6.* Quamvis existimet *Moller. ad d. c. 30. n. 6.* non præcise oblationem pecuniæ requiri, sed satis esse, eam in feudum commutari.

9. Tripliciter autem feudum in pecunia constitui, & quidem 1) si ipsi vasallo pecunia sub conditione fidelitatis detur, cum cautione, de tantæ pecuniæ quantitate in casum finiti feudi restituenda, 2) si pecunia tertio alicui sub usuris credatur, ut vasallo inde reditus solvantur, 3) si ipse dominus pecuniam retineat, & inde reditus certos vasallo præstet, tradit *Stryck. c. l. qu. 24.* add. *Berger. dec. 527.*

FEUDI ACQUISITIO.

1. Præscriptione sola, sine præcedente investitura, feudum acquiritur: nam si quis rem, ut feudalem, per 30. annos possederit & servitia alteri, cujus res erat, tanquam domino exhibuerit, feudum præscriptione acquiritur, *2. F. 26. §. si quis per 30. Ritter. jus feud. c. 7. §. 22.*

FEUDI ALIENATIO.

1. Feudum sine domini consensu alienari nequit, *1. F. 13. 2 F. 39.* & si contra fiat, alienatio est invalida, *Horn. jurispr. feud. c. 19. §. 2.* modo consensus domini ex post facto non accedat; Unde consequitur, tantisper alterum contrahentium, altero invito, a contractu recedere haud posse, *Rosenth. de feud. c. 9. m. 2. concl. 70. VVernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 151.*

2. In Lusatia superiori feudum inter vivos, etiam sine domini directi consensu, alienari potest, *Horn. cl. 16. R. 6. p. 1224. 4.*

3. Emtor potest adversus venditorem agere, ut feudum venditum a simultanea investitura liberum præstet, aut consensum simultaneæ investitorum extrahat, *Berger. dec. 520.*

4. In feudis dispositio testamentaria regulariter nullum sibi vendicat locum, *1. F. 8. Struv. synt. jur. feud. c. 9. aph. 1. in fin.* nisi Domini & agnatorum consensus vel ratihabitio accesserit, *Rosenth. de feud. c. 7. concl. 4. n. 6. Anton. disp. 5. th. 8. lit. e.* vel feudum sit hereditarium, *Struv. d. c. 9. aph. 12.* vel feudum hoc expresso pacto datum, ut illud pro lubitu alienari liceat, *Ludwell. p 181.* vel consuetudo aut statutum loci id permittat, *Ludwell. c. l.* vel vasallus in testamento feudum filio vel agnato, ad quem in omnem eventum erat perventurum, reliquerit, *Schrader. de feud. p. 7. c. 2. n. 18.*

5. Si dominus in testamentum vasalli consentiat, vel illud ratihabeat, validum quidem est testamentum, quoad feudum novum: in feudo vero antiquo tantum valet quoad præjudicium domini, non agnatorum, ob jus ex investitura quæsitum, *Rosenth. de feud. c. 7. concl. 4. n. 6.*

6. Poteritne vasallus inter filios suos de feudo disponere? Affirmatur, *Struv. synt. jur. feud. c. 9. th. 12. n. 2. 7.* Quod in feudo hereditario mixto procedit: si vero ex pacto & providentia est, liberis præjudicari non posse, statuit *Vultej. de feud. c. 9. n. 78.* add. *Stryck. exam. jur. feud. c. 14. qu. 5.*

7. Verum patrem, in præjudicium filiorum, de feudo tam antiquo, quam novo, testari, & illud uni

ex

ex filiis assignare posse, modo reliquis salva sit legitima, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 451.* add. *Carpz. p. 2. c. 48. d. 9. Horn. jurispr. feud. c. 14.* §. *9. seq.*

FEUDI AMISSIO.

1. Vasallus feudo privatur ob alienationem sine domini consensu factam, *2. F. 24.* etiam in foro Saxonico, *Carpz. p. 2. d. 49. d. 13.* Requiritur vero, ut accesserit realis traditio, *Struv. Synt. jur. feud. c. 13. th. 9. n. 5.*

2. Sed hoc accipiendum est de extraneo, qui non simul in investitura comprehensus: nam si alienatio in agnatum, alias proxime successurum, imo etiam in remotiorem facta est, consensus domini opus haud est, adeoque feudum non amittitur, *2. F. 1. §. 1. 2. F. 14. & 31. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 368. Mev. p. 7. dec. 247.*

3. Vasallus feudum amittit, si hoc, inscio domino, alii in emphyteusin concesserit, quia emphyteusis est species alienationis, *Carpz. d. c. d. ult.* Sed hodie vasallum partem feudi, sine domini consensu in emphyteusin dare, non prohiberi, tradit *Franzk. de laudem. c. 10. n. 65. 80. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 141.*

4. Jus emphyteuticarium autem, a vasallo sine domini consensu concessum, feudo ad hunc devoluto, expirat, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 142.*

5. Amittit quoque feudum vasallus ob sævitias in subditos, *2. F. 27. §. 5.* & ob deteriorationem feudi dolo vel culpa ejus lata factam, *Struv. synt. jur. feud. c. 15. aph. 5.* imo & agnatis ad interesse tenetur, *Carpz. p. 3. c. 31. d. 8.*

6. Vasallum propter incestum feudo privari, ajunt

ajunt *Schrader. de feud. p. 9. c. 3 Struv. c. l. aph. 10.* negant *Horn. jurispr. feud. c. 25. §. 17. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 4.*

FEUDI INVESTITURA.

Vid. loc. *Investitura.*

FEUDI MELIORATIONES ET ÆDIFICIA.

1. In foro Saxonico ad successores feudi pertinent ædificia feudi a vasallo extructa, **Landr.** *lib. 2. art. 21 Constit Elect. Sax. 31. p 3 ibique Carpz. d. 1.* omnia, sive utilitatis, sive voluptatis causa, *Carpz. d. c. d. 2.* cum omnibus iis, quæ in ædibus terræ & parietibus sunt affixa, & injecta, *Carpz. d. c. d. 5.* adeoque etiam cum ahenis & caldariis muro affixis, eingemauerten Wasch-Kessel, und Brau-Pfannen, *Carpz. d. c. d. 6.* alioque feudi augmento, quod feudo, ut feudo, accessit, *Carpz. d. c. d. 7.*

2. Ast jure communi feudali ædificia a vasallo exstructa, aliæque meliorationes, una cum feudo, ad dominum vel agnatum, feudi successorem, non transeunt, sed vasalli heredibus cedunt, *2. F. 8. §. e contrario. 2. F. 28. §. si vasallus in feudo. Schrader. de feud. p. 10. c. 18. n. 127.* Quo tamen casu domino vel feudi successori optio datur, an pretium ædificiorum, ac meliorationum solvere, an vero pati velit, ut ædificia & meliorationes auferantur, *2. F. 28. d. §. Hartm. Pistor. p. 2. qu 42. n. 4. seq. Carpz. d. c. 31. d. 1.*

3. Sicuti autem dispositio Saxonica non de omnibus ædificiis accipienda est, sed de iis duntaxat, quæ solo sunt fixa, nec loco moveri, atque alio transferri possunt: Sic mola alata sive pneumatica ad dominum vel successorem feudi haud pertinet, sed heredibus vasalli allodialibus cedit: quia solo fixa non est, sed

loco

loco moveri, atque alio transferri potest, *Carpz. d. c. d. 4.* dissentit *Finckelthaus. obs. 26.* cujus quoque opinio probata est *dec. Elect. Sax. 53. ubi Philipp.*

4. Quemadmodum quoque reliquæ meliorationes a vasallo factæ ad ejusdem heredes pertinent, etiam in foro Saxonico: cum jus Saxonicum saltem quoad ædificia a jure communi recedit, *Berlich. p. 3. concl. 42. n. 27. Carpz. d. c. d. 3.*

FEUDI OPPIGNORATIO.

Vid. loc. *feudalia onera ib. 23. seq.*

FEUDI PRIVATIO.

Vid. loc. *feudi amissio.*

FEUDI REVOCATIO.

1. Jure Saxonico agnati simultanee investiti feudum alienatum, qualecunque etiam illud fuerit, sive hereditarium, sive ex pacto & providentia, sive novum, sive antiquum, vi simultaneæ investituræ, semel impetratæ, revocare possunt, *Constit. Elect. Sax. 48. p. 2.* add. Torg. Ausschr. *de an. 1583. tit.* Welchergestalt die *Agnaten. Carpz. ad d. c. 48. d. 1.*

2. Quod etiam fieri potest in alienatione, per ultimam voluntatem, facta Torg. Ausschr. *d. tit.* §. So viel erstlich. *Carpz. d. c. d. 2.* & quamvis agnatus simultanee investitus heres alienatoris existat, Torg. Ausschreib. *d. t.* §. Es sollen. *Carpz. d. c. d. 3.*

3. Vasallus non solum agnato remotiori in præjudicium proximiorum feudum alienare prohibetur; sed nec pluribus agnatis simultanee investitis in eodem gradu proximiori existentibus, unum ex illis eligere potest, in quem feudum transferat, quo minus reliqui id revocare queant, *Carpz. d. c. d. 4.* Quo tamen casu agnatis non nisi pro rata ipsorum portione jus revocandi competit, *Carpz. d. c. d. 5.*

4. Agna-

4. Agnati vero propter consensum, quem alienationi adhibuerunt, ad quod tamen regulariter cogi nequeunt, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 232. n. 1.* a revocandi jure excluduntur, *2. F. 26. §. Titius. Hartm. Pistor. p. 2. qu. 6. n. 71.* cum liberis, nepotibus, omnibusque posteris, Torg. Ausschr. *d. an. 1583. tit.* Welchergestalt die *Agnaten* §. Setzen, ordnen, und wollen demnach *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 7. n. 42. seq. Struv. synt. jur. feud. c. 13. aph. 19. n. 2.* Modo omnes, qui simultaneam investituram, & spem succedendi in feudo habent, etiamsi in diversis & remotioribus gradibus inter se distent, consenserint, Torg. Ausschr. *c. l. Berlich. p. 2. concl. 58. n. 12. & 14.* Ob solam tamen præsentiam & taciturnitatem a feudi revocatione non excluduntur, *Carpz. p. 2. c. 48. d. 6.*

5. Ast jure communi feudali agnatos a jure revocandi quoque excludi, si vasallo alienanti simul succedant in allodio, vel feudum sit hereditarium, tradit *Anthon. disput. feud. 10. th. 4. lit. b. & th. 5. lit. d.*

6. Quid autem, si aliqui ex simultanee investitis, quorum consensus requiritur, sint minorennes? Sane, tutorem jus revocandi feudum, quod minori competit, consensu suo remittere non posse, multis probat *Hartm. Pistor. obs. 62.* Ne vero alienatio feudi ea de causa impediatur, placuit illustrissimo Saxoniæ Electori firmam ac validam haberi alienationem, si duo agnati majorennes in gradu proximiori constituti, una cum tutoribus & curatoribus minorum agnatorum, in remotiori gradu constitutorum, consenserint, Torg. Ausschr. *tit.* Welchergestalt die *Agnaten*. aut, minoribus in æquali & pari gradu cum majoribus agnatis existentibus, si præter consensum

qua-

quatuor agnatorum majorum, nec non tutorum & curatorum, adhuc alii duo minorum proximi agnati, vel consanguinei, qui tamen simultanee investiti non sunt, alienationem approbaverint, aut in eam consenserint, Torg. Ausschr. c. l. modo tamen utroque in casu consensus quoque domini feudalis & decretum judicis accesserit, Torg. Ausschr. c. l. *Berlich. p.2. concl.58. n.19. seq.*

7. Plane licet in casu, quo minores una cum majorennibus agnatis in pari gradu existunt, aliorum agnatorum vel consanguineorum haud simultanee investitorum consensus non accesserit: subsistit tamen alienatio, si minor, postquam majorennis factus est, ultra quinquennium tacuerit, *Carpz. p.2. c.48. d.7. n.10.*

8. Ut agnati feudum jure Saxonico revocare possint, requiritur, ut simultaneam investituram, vel manum conjunctam, præstito homagio acceptaverint, & realiter apprehenderint, Torg. Ausschr. *d. 1.* §. Jedoch. *Carpz. d. c. d.8.*

9. Jure feudali communi filium etiam feudum, quod ex pacto & providentia vocant, a patre alienatum revocare posse, unanimis fere est Dd. opinio, vid. *Schrader. de feud. p.8. c.8. n.11. Rosenthal. de feud. c.9. m.2. concl.71. n.1. seq Mynsinger. cent.4. obs.85. n.3. seq. Anton. disp. feud.10. th.4. lit.b.*

10. A qua sententia teste *Carpz. p.2. c.48. d.9. n.3.* divortium fecit unicus *Hartm. Pistor. p.2. qu.13. n.34. seq.* filiis adimens potestatem revocandi feudum, a patre alienatum, add. *Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.311. n.2.* Quæ sententia quoque in Saxonia Electorali invaluit, adeo, ut filius feudum a patre alienatum revocare non possit, sive fuerit novum, sive antiquum,

tiquum, sive cum, sive sine inventario heres patris factus fuerit, Torg. Ausschr. *de an. 1583. tit.* Welchergestalt die *Agnaten.* *Carpz. d. c. d. 9. & 12.* nisi feudum una cum patre ipsis filiis quoque in specie, vel patri, contemplatione filiorum, fuerit concessum, *Constit. Elect. inedita, tit.* ob der Sohn das neue Lehn. *Carpz. d. c. d. 10.*

11. Num vero jure communi Saxonico filii a revocatione feudi a patre alienati arcentur? Id quod affirmat *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 2. n. 49. Wernher. d. obs. 311.* negat *Carpz. p. 2. c. 47. d. 4. & c. 48. d. 11.*

12. Agnati jus revocationis in feudo, consensu domini alienato, non nisi defuncto alienatore, mortuisque ejusdem liberis, exercere possunt, *Constit. Elect. Sax. 48. p. 2. ibique Carpz. d. 13. & 14. n. 1. Struv. synt. jur. feud. c. 13. th. 16. n. 1.*

13. Quod si vero etiam, absque consensu domini, alienatum sit feudum, id quoque, vivo adhuc alienatore, exclusis filiis alienantis, revocare queunt agnati, Torg. Ausschr. *d. t.* §. dieweil aber. *Constit. Elect. Sax. 48. p. 2. ibique Carpz. d. 14.* secus ac de jure communi, *Pistor. p. 2. qu. 17. Vultej. de feud. lib. 1. c. 11.*

14. Quando feudum sine domini directi consensu in dotem datum est, hoc in dubio non de ipsa feudi substantia, sed de commoditate percipiendi fructus accipiendum est; adeoque si absque determinatione certi temporis hoc factum est, revocari non potest, quamdiu concedens ejusque descendentes sunt in vivis, per tradita *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 431.*

15. Agnatus etiam feudum, absque suo consensu alienatum, licet dominus in alienationem consenserit, vivo adhuc alienatore, redimere potest, etiam post

post factam traditionem, non quidem simpliciter, ex jure simultaneæ investituræ, sed potius ex peculiari jure protimiseos, consuetudine feudali, introducto, *2.F.26.* §. *Titius.* si scilicet pretium emtori refundere velit, *Carpz. p.2. c.48. d.ult. & c.49. d.1.2.3.* add. *Stryk. exam. jur. feud. c.20. qu.4.* ad quod restituendum vero agnati, feudum post mortem alienatoris revocantes, haud tenentur, *Carpz. d.c.49. d.2. n.4. Anton. disp. feud.10. th.3. lit.c.* sed emtori saltem regressus contra alienantis heredes competit, *Stryck. c.l. qu.9. Carpz. d c. d.8.9.*

16. Si agnato feudum ad emendum sit oblatum, ille vero recuset, non quidem excluditur a jure revocandi: jus protimiseos tamen ipsi amplius salvum non est, modo, cum denominatione extranei emtoris, & certi pretii, agnato fuerit oblatum, *Anton. disp. 10. th.6. lit. b.* quia hoc ipso in alienationem consensisse videtur: agnato autem consentienti jus protimiseos non competit, *Carpz. p.2. c.49. d.6. n.1. seq.* Quod si vero agnatus ad emendum requisitus tacuerit, a jure retractus postea exclusus non est, *Carpz. d. def. 6. n.4. seq.*

17. De jure feudali communi non tantum agnatis, sed etiam filiis competit jus protimiseos, *Carpz. d. c. d.4. n.1. seq.* non æque de jure Saxonico Electorali, *Carpz. d. def.4. n.4. seq.* dissentit *Berlich. p.2. concl. 60. n.27.*

18. Statutum vel privilegium, quo vasallo sine domini directi consensu feudum alienare permittitur, salvo jure protimiseos eidem competente, intelligendum est, vid. *Rosenth. de feud. c.1. concl. 89. n.4. Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.209.*

19. Jus protimiseos in venditione tantum lo-

cum habet; cessat ergo illud in feudo per donationem, infeudationem, aut permutationem &c. alienato, *Carpz. d. c.49. d.5.*

20. Agnato proximiore venditioni licet consentiente, remotior tamen, pretio refuso, feudum redimere valet, *Carpz. d. c. d.7.* dissentit *Hartm. Pistor. qu.12. n.64.seq.*

21. Quando e duobus simultanee investitis unus in feudi alienationem consensit, alter non, hic quoad illius partem, quamdiu is cum descendentibus vivit, feudum revocare nequit, *Wernher. sel. obs. for. p.9. obs.232.* add. *Stryck. exam. jur. feud. c.20. qu.14.* Juri retractus autem, quod refuso pretio exercetur, sine dubio statim locus est, *2. F.3. §.1.2. 2. F. 26. §. Titius. Wernher. c. l. n.7.*

22. Si proximiores revocare nolint, remotioribus quidem revocatio competit, sed non antea, nisi ad remotiores successio sit devoluta: nisi tamen proximior plane feudum repudiaverit, *Struv. synt. jur. feud. c.13. th.17. n.2.*

23. Juri revocandi feudum ex jure protimiseos, anni spatio, a die scientiæ computando, præscribitur, *2. F.26. §. Titius. Stryck. exam. jur. feud. c.20. qu.6.* Sed juri redimendi feudum, siquidem in agnatum remotiorem fuerit alienatum, anni spatio, si vero in penitus extraneum fuerit alienatum, non nisi triginta annorum spatio præscribi, tradit *Gail. lib.2. obs. 19. n.13. Mynsinger. cent.4. obs.85. n.1.* atque ita extra Electoratum Saxoniæ pronunciandum esse, ait *Carpz. p.2. c.50. d.4.*

24. Et hanc distinctionem quoque olim secundum *Constit. Elect. Sax. 50. p.2.* in Saxonia Electorali obtinuisse, ast illud ipsum postea per *Ord. Torg. tit.*

Wel-

Welchergestalt die *Agnaten*. §. so viel erstlich. *vers.* Wenn aber solches. *juncto.* §. so setzen und ordnen, correctum esse, ita ut in ditione Elect. Sax. spatio annali, quod non nisi de anno civili, refragante licet *Berlichio dec. 155. n. 10.* atque annum Saxonicum requirente, accipi debeat, indifferenter juri redimendi feudum, sive in extraneum, sive in remotiorem agnatum fuerit alienatum, præscribatur, cum *Berlichio p. 2. concl. 63. n. 4.* statuit *Carpz. d. c. 50. d. 1. 2.* Quos sequitur *Horn. jurispr. feud. c. 20. §. 7. in fin.*

25. Verum nullatenus dictæ *Constit. 50.* per *Ordinat. Torgaviensem* derogatum esse, adeoque adhuc hodie juri redimendi feudum, extraneo venditum, in Saxonia Elect. non nisi triginta annis, anno & die præscribi, contendit *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 12.*

26. Hoc quidem intelligendum est de redemtione feudi ex jure protimiseos, quod vivo adhuc alienatore agnatis competit: ast alia est ratio juris revocandi, quod mortuo demum alienatore, absque pretii refusione, agnati exercere possunt: huic enim juri indifferenter non nisi spatio 30. annorum, & quidem in Saxonia, cum consueto additamento, præscribitur, *Carpz. d. c. d. 5. Struv. synt. jur. feud. c. 13. th. 18. n. 1.* Quod tempus non a die alienationis, sed delatæ successionis currit, *Struv. d. th. 18.*

FEUDALIS SUCCESSIO, SUCCESSOR.

1. Successio testamentaria regulariter in feudis locum non habet, *1. F. 8. Struv. synt. jur. feud. c. 9. th. 1. in fin.* vid. & *supra loc. feudi alienatio th. 4 seq.*

2. In successore sive herede feudi duo conjunctim requiruntur, 1) ut sit masculus, 2) ut sit habilis ad præstanda servitia; unde qui ad ea idoneus

non est, ad feudi successionem non admittitur, *2. F. 26. Ludw. in synops. feud. c. 9.*

3. Excluduntur ergo a successione in feudis feminæ, *1. F. 8. §. filia vero, 1. F. 1. §. hoc autem.* etiam jure Saxonico, **Lehnr.** *art. 2. pr. Carpz. p. 3. c. 28. d. 9.* etiamsi 1) feudum generaliter concessum fuerit heredibus, cum eorum nomine, in materia feudorum soli comprehendantur filii, *Gail. lib. 2. obs. 159. n. 1. Carpz. d. def. 9. n 8. 9.* & 2) feudum sit emtum, *Carpz. d. def. 9. n. 10. seq. Lindemann. exercit. feud. 2. c. 5. th. 31.* dissentit *Clar. lib. 4. sent. §. feudum, qu. 73. n. 6. Gail. lib. 2. obs. 159. n. 3. 4.* imo 3) hereditarium, *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 1. n. 67. Carpz. d. c. 28. d. 11.* nisi sit mere hereditarium, *Schrader. de feud. p. 7. c. 3. Stryck. exam. jur. feud. c. 15. qu. 10.* Non autem ex vocabulo: **Erb-Lehn**, illico præsumitur, feudum esse mere hereditarium, quod, excepta fidelitate, cum allodio omnino exæquatur, *Berger. p. 2. R. 122. th. 2.*

4. Nequidem masculis, ex fœminis descendentibus, ad successionem in feudo aditus patet, *1. F. 1. §. hoc autem de his. Rosenth. de feud. c. 7. concl. 109. Carpz. d. c. d. 9. n. 13. Finckelth. controv. feud. disp. 6. c. 24.*

5. Admittuntur tamen feminæ ad successionem 1) in feudo femineo, quod a femina, tanquam prima acquirente, originem traxit, *2. F. 50. Carpz. p. 3. c. 28. d. 10. n. 1. Finckelth. d. disp. 6. c. 29. Lindem. exerc. feud. 2. c. 5. th. 26.* item, si pacto speciali ad successionem vocatæ sint, *2. F. 50. Carpz. d. c. d. 10.* sed tum demum, quando masculi deficiunt, *2. F. 17. §. qui sibi. Hartm. Pistor. p. 2. qu. 35. n. 13 seq. Lindem. c. l. th. 27. 28. Carpz. d. c. d. 13.* tametsi feudum, etiam hereditarium, hoc modo sit concessum, **Erb-Lehn,**

für

f[?]r sich und seine Erben, männlichen und weiblichen Geschlechts, *Carpz. d. def. 13. n. 4. seq. Finckelib. d. c. 29. Berger. p. 1. R. 122. th. 1.* nisi facta fuerit investitura: ut feminæ succedant sicut masculi, vel cum masculis simul, *Carber. dec. 82. Carpz. d. c. d. 14. & lib. 6. R. 82.* 2) in feudo pignoratitio, *Rauchb. p. 1. qu. 37. n. 4. Gail. lib. 2. obs. 129.* 3) in feudo a servitiis libero, aut de quo duntaxat annuæ solvuntur pensiones, & quidem una cum masculis, *Carpz. d. c. d. 12.* 4) in feudo ecclesiastico, *Besold. verb.* Krummstäbisch Lehn. denique 5) si consuetudine alicubi id introductum sit, *Borchold. de feud. c. 7. p. 2. n. 67.*

6. Quæritur: an feminæ per masculos semel a successione feudi, ad quam in investitura vocatæ sunt, exclusæ, perpetuo exclusæ maneant, ita ut ne, masculis quidem postea deficientibus, admittantur? Id quod affirmant, *Gail. lib. 2. obs. 148. Schneidew. de feud. p. 6. tit. de success. femin. n. 50. aliique.* negant vero *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 36. Carpz. p. 3. c. 28. d. 15. Lindem. exerc. feud. 2. c. 5. th. 29. Finckelib. controv. feud. disp. 6. c. 27.*

7. Si femina, non existente masculo, ad successionem feudi semel admissa, superveniente postea masculo, a feudi possessione rursus non removetur, sed feudum toto vitæ tempore retinet, *Finckelib. d. disp. 6. c. 28.*

8. Excluduntur porro a successione feudi dementes & furiosi, *Schultz. Synops. feud. c. 8. n. 101.* nec non surdi, muti, cœci vel aliter imperfecti, & quidem indistincte, sive casu, sive natura tales fuerint, *1. F. 6. §. fin. 2. F. 36. §. videtur.* etiam jure Saxonico Landr. *lib. 1. art. 4. vers.* Wird auch. *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 32. Carpz. d. c. d. 6.* nisi feudum sit tale, pro quo

nulla præstantur servitia personalia, vel vitium sit tale, quod servitiorum præstationem non impediat, vel saltem temporale, vel dominus vasallo gratiam facere, & a substituto servitia acceptare velit; quin dominus mutum, surdum vel alioquin imperfectum de feudo novo investire & vasallum minus idoneum suscipere possit, ambigendum non est, *Rosenth. de feud. c. 3. concl. 8. Carpz. d. c. d. 7.*

9. Deinde a successione in feudo excluduntur clerici, & monachi, qui quoque, si, acquisito jam feudo, tales fiant, feudo privantur, *Struv. synt. jur. feud. c. 9. aph. 10. n. 5.* etiam jure Saxonico, **Lehnr.** *art. 2. Carpz. d. c. d. 1.* vid. *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 33. & Berlich. p. 3. concl. 39.* ubi limitationes referunt.

10. In provinciis Elect. Sax. clerici pariter & ordinis personæ, utputa milites Hierosolymitani &c. exceptis monachis, nisi vitam monasticam abdicant, ad successionem feudi admittuntur, & servitia feudalia per substitutum præstare tenentur, *Constit. Elect. Sax. 28. p. 3. ibique Carpz. d. 2. & 3. n. 1. sequ.* nisi novum feudum, electa personæ industria, fuerit concessum, *Berlich. p. 3. concl. 39. n. 66. Carpz. d. c. d. 3.* vel investiturarum literæ personalia vasalli servitia requirant, *Carpz. d. c. d. 4.*

11. Jure communi etiam ignobiles feudi sunt capaces, *Jason. tract. feud. tit. qui feud. dar. poss.* imo & hodie in foro Saxonico, *Carpz. d. c. d. 5.* quamvis jure communi Saxonico non admittebantur, **Lehnr.** *art. 2. Coler. p. 1. dec. 77.*

12. Legitimati a principe in feudo non succedunt, exclusis agnatis simultanee investitis, *Rosenth. de feud. c. 7. concl. 19. Carpz. p. 3. c. 28. d. 16.*

13. Alia est ratio legitimatorum per subsequens matri-

matrimonium, qui & ſoli & cum aliis ad feudi ſucceſſionem admittuntur, *Roſenth. d. c. 7. concl. 18. Carpz. d. c. d. 17.* etiamſi inveſtitura loquatur de filiis legitime natis, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 4.* niſi alia mens inveſtientis ex inveſtitura appareat, *Piſtor. c. l.*

14. In feudo novo collaterales regulariter non ſuccedunt, niſi ſpeciali pacto, ſeu per ſimultaneam inveſtituram ipſis proſpectum, *2. F. 12. Gail. lib. 2. obſ. 151. n. 4.* vel feudum novum jure antiqui feudi conceſſum, *Struv. ſynt. jur. feud. c. 9. aph. 4. n. 1.*

15. Jus repræſentationis in collateralibus etiam in feudis locum habet, *Schrad. de feud. p. 7. c. 7. n. 15. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 3. c. 2. §. 4.* etiam jure Saxonico, *Conſtit. Elect. Sax. 29. p. 3. ibique Carpz. d. 1.* Quod non facit ceſſare expreſſio inveſtituræ inſerta: nach rechter Sip-Zahl, *d. c. 29. ibique Carpz. d. 2.*

16. Unde fratrum liberi una cum patruo ſuccedunt, non ſolum, quando feudum antiquum per lineam deſcendentem ad fratres plures fuerit devolutum, ſed etiam quando plures fratres de novo feudum acquiſiverunt, *Carpz. p. 3. c. 29. d. 3.* quamvis inter agnatos ſimultanee inveſtitos, de admittendis ſolis proximioribus, convenerit, *Carpz. d. c. d. 16.*

17. In ſucceſſione duplicitas vinculi non attenditur, ſed ſola agnatio, *Hartm. Piſtor. p. 2. qu. 43. n. 13. Carpz. d c. d. 4.*

18. Hinc infertur, filios fratris conſanguinei prædefuncti, jure repræſentationis, una cum fratre utrinque conjuncto, ad ſucceſſionem feudi, etiam in foro Saxonico admitti, *Hartm. Piſtor. d. qu. n. 12. Carpz. d. c. d. 5.*

19. Sed, quid ſi cum fratre concurrant fratris præ-

prædefuncti nepotes? Hos cum patruo magno ad successionem feudi non admitti, cum *Hartm. Pistor. d. qu. 43. n. 6.* statuit *Carpz. d. c. d. 6.* cum jus repræsentationis cessat, quod nec inter reliquos collaterales locum habet, *Carpz. d. c. d. 7.*

20. Regulariter in foro Saxonico simultanee investiti remotiores una cum proximioribus in feudo succedunt: cum ibi agnatis perinde atque extraneis feuda tantum beneficio simultaneæ investituræ obveniunt, *Coler. p. 1. dec. 52. n. 6. seq. Carpz. p. 3. c. 29. d. 8.*

21. Excluduntur tamen remotiores a proximioribus, facta investitura, secundum ordinem & gradum, nach rechter Sip-Zahl, *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 41. n. 3. seq. Carpz. d. c. d. 9.*

22. Licet filii vasalli defuncti omnes alias in feudo succedant: attamen non nisi unus post alium, ordine successivo, admittitur, si ita expresse fuerit dispositum in literis investituræ, *Carpz. d. c. d. 10.*

23. Fratrum filii, una cum patruo concurrentes, succedunt in stirpes: remotiores vero agnati investiti secundum gradus prærogativam, nach rechter Sip-Zahl, in capita succedunt, *Carpz. d. c. d. 11.*

24. Ad successionem feudi in capita admittuntur, qui nominatim sunt investiti: licet deficiat clausula: secundum gradus prærogativam, *Hart. Pistor. p. 2. qu. 22. Carpz. d. c. d. 12.*

25. Collectivo nomine investiti in stirpes succedunt, *Carpz. d. c. d. 13.* nisi de alia contrahentium mente constet, ut si fratrum filii nomine collectivo sunt investiti, *Wesenbec. vol. 1. consil. 41. n. 150. seq. Carpz. d. c. d. 14.*

26. In linea recta jus repræsentationis in successione,

ſione, pariter feudali, atque allodiali, in infinitum extenditur, *Carpz. d. c. d. 15.*

FIDEICOMMISSUM.

1. Fideicommiſſum particulare exequatum eſt cum legatis, §. *3. J. de legat.* & quidem ratione effectus, non vero ratione formæ ſeu eſſentiæ: legatum enim verbis directis; fideicommiſſum autem verbis obliquis, ſeu precativis relinquitur, *Hopp. ad d.* §. *Berger, œconom. jur. lib. 2. tit. 4. th. 32. not. 2. p. 424.*

2. Fideicommiſſa ſunt odioſa, ideo pro iis inducendis non facile capienda eſt interpretatio, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 18. n. 3. Mev. p. 7. dec. 18. n. 1. 2.* Sed hoc ita accipiendum eſt, ſi nihil ſit, ex quo contraria teſtatoris voluntas elici poſſit, poſtquam placuit ex conjecturis fideicommiſſum induci poſſe, *l. pen. de leg. 1. l. 64. de legat. 2. A. Fab. in C. lib. 6. tit. 20. def. 43. n. 2. Carpz. c. l.* Non enim ſemper ſunt odioſa fideicommiſſa, ſed quandoque favorabilia, quod egregie explicat *Mev. d. dec. 18.*

3. In interpretandis fideicommiſſis voluntatis teſtantis præcipua ſemper ratio haberi ſolet; & ſola voluntas ſpectatur in fideicommiſſis, etſi ex verbis commode concipi haud poſſit, dummtamen ex conjecturis colligatur, *l. 15. C. de fideicomm. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 25. A. Fab. in C. d. tit. 20. def. 7.* Sed tales requiruntur conjecturæ, quæ mentem teſtatoris veroſimilem efficiunt, & deinde non leves, ſed concludentes, & neceſſariæ ſunt, *Mev. p. 7. dec. 17.*

4. Sic verba teſtatoris: *non dubitare ſe, quodcunque uxor ejus cepiſſet, liberis ſuis reddituram*, pro fideicommiſſo accipienda ſunt, *l. 67. §. 10 de legat. 2.* Quemadmodum omnia verba denotantia deſiderium

testatoris sufficiunt ad inducendum fideicommissum: qualia sunt: *cupio ut des, opto, exigo, desidero, ut des, credo te daturum. scio te daturum, Peregrin. de fideicomm. art. 1. n. 46. seq. Carpz. p. 3. c. 8. d. 27.*

5. Fideicommissum colligi ex verbis: Nicht zweiffelnde er, der Erbe, werde die Zeit meines Absterbens an meinem Brod befindliche gehorsame Knaben nicht verstossen, sondern &c. tradit *Berger. œcon. jur. lib. 2 tit. 4. th. 32. p 422.*

6. Nec minus, cum ita sit dispositum: Daß wenn ein Kind ohne Leibes-Erben verstürbe, mit dessen Verlassenschafft, wie es die Land-Rechte erfordern, gebahret werden möge, subesse fideicommissum, adeo ut testamenti factio in ceteris, præter legitimam & Trebellianicam, bonis vetita, atque ut ea, jure fideicommissi, ad heredes ab intestato devolvantur, dispositum videatur, tradit *Berger. c. l.* add. *Horn. cl. 7. R. 25.*

7. Quod si, testamento conjugum reciproco, maritus uxorem, & uxor maritum ita sese mutuo instituerint heredes, ut, ultimo conjuge defuncto, utriusque bona, æquis partibus, ad eorum consanguineos, halb des Eheweibes, und halb des Ehemannes Bluts-Freunden, sine deductione quartæ Trebellianicæ, devolvantur, subintelligi fideicommissum, idque intelligendum esse etiam 1) de ultimo defuncti bonis, 2) de ejusdem bonis, post obitum conjugis, quæsitis; adeoque consequi, v. c. maritum, defuncta uxore, ne de suis quidem, etiam postea quæsitis, bonis, libere disponere posse, tradit *Berger. c. l. p. 422. seq.*

8. Verba: Wieder anheim und zurück fallen solle, ex se, & sua natura involvunt fideicommissum, *Sichard.*

Sichard. in l. 1. C. de impub. & al. substit. n. 1. Horn. cl. 7. R. 22. add. *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 94.* Ideoque pactum, instrumento dotali, adjectum, ut, mortuo uno conjuge, alter bona omnia ad dies vitæ retineat, eaque, post mortem suam prioris heredibus restituat, daß das sämmtliche Vermögen, nach der Braut Tode, des Bräutigams Descendenten wieder anheim, und zurück fallen solle, fideicommissum inducere, hoc effectu, ut prioris defuncti heredes capiant totam hereditatem, salva tantummodo quarta Trebellianica heredibus ultimum defuncti: at quartam Trebellianicam, quæ his debeatur, de tota utriusque conjugum hereditate esse detrahendam, propterea quod ii, ratione bonorum ultimo defuncti loco, tanquam heredes fiduciarii; Quod autem ad bona conjugis, antea mortui, tanquam heredes heredis fiduciarii considerentur; atque ita respondisse Collegia Facultatum Witembergensium, ac Lipsiensium, itemque Scabinatum Hallensem, quamvis deinceps, Ordo JCtorum Lipsiensium, mutata sententia, pronunciasset, heredes primum defuncti conjugis recipere hereditatem ex causa simplicis pacti, non ex causa fideicommissi, atque adeo sine onere detrahendæ Trebellianicæ, tradit *Berger. c. l. p. 423.*

9. Ex hac porro dispositione: Und dieweil solchergestalt mein Eheweib nicht allein vorstehendes præcipuum, sondern auch ihre Kleider und weisse Wäsche zum Voraus hinweg nimmt, so will ich doch, daß sie solches einem von meinen Kindern, oder Kindes-Kindern künfftig geniessen lassen soll, jedoch stehet in ihrer Wahl und Belieben, welchem sie eine Gutthat erweisen will, colligitur fideicommissum, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 33. not. 2. p. 427.*

10. Quem.

10. Quemadmodum quoque vox: Geschäffte, quanquam legatum denotet, pro substrata tamen materia fideicommissum involvere potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 422.*

11. Verba imperativa: *volo*, *mando*, pro conditione objecti, i.e rei restituendæ, pro præcativis habentur, adeoque fideicommissum inducunt, *§. ult. J. de sin. ul. reb. per fideicomm. relict. Berger. d. th. 33. p. 426. Horn. cl. 7. R. 27.*

12. Econtra enunciativa: *restitue aliquid Titio*, itemque commendatoria: *commendo tibi Titium*, ob incertitudinem objecti nihil operari, ideoque Facultatem Wittebergensem, in casu, cum quis ad interrogationem extranei Ob er den Halb-Brüdern auch etwas vermachen wolle? respondit: ja etwas, jedoch ist sie meine nächste Erbin, respondisse, fideicommissum non esse, tradit *Berger. d. th. 33 not. 2. p. 427.*

13. Cum testator, legata filiis domo, dixisset: Er wäre zufrieden, daß solches Hauß, nach Absterben seiner Söhne und leibliche Erben, an seine Töchter, und deren Nachkommen fallen möchte, fideicommissum familiæ subintelligi, respondit Fac. Witteb. an. 1693. teste *Bergero in œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 32. not. 4. p. 424.*

14. Econtra his verbis: Er sähe gerne, item, er hätte das gute Vertrauen zu seinen Kindern, sie würden das Hauß nicht lassen von der Familie kommen, fideicommissum familiæ non induci, notat *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 33. not. 2. p. 427.*

15. Fideicommissum solo nutu, ad interrogationem alterius personæ, modo non suspectæ, relinqui potest, dummodo fideicommittens fari possit, vel demum in morbo facultatem loquendi amiserit, *l. 21.*

C. de

C. de fideicomm. l. 21. pr. de legat. 3 ibique *Brunnem. Stryck. de cautel. testam. c. 21. membr. 1. §. 36.* add. *Wernher. p. 7. obs. 32.*

16. Fideicommissum regulariter coram paucioribus, quam quinque testibus relinqui non potest, *l. ult. C. de Codicill. l. 22. C. de fideicomm.* Ast conjectura voluntatis circa legata & fideicommissa duobus testibus probari potest, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 18. n. 2. seq. Carpz. p. 3. c. 13. d. 33.* cujus notabile exemplum habet *Berger. d. th. 33. not. 6. p. 429. seq.*

17. Privilegiarium tamen fideicommissum v. c. tempore pestis conditum paucioribus contentum est testibus, *Berger. d. th. 33. p. 426.* Imo plane nullis opus est testibus, si testator in præsentia ipsius heredis mandaverit, aut dixerit, cuinam ex bonis suis aliquid sit restituendum, quod si heres fiduciarius negaverit, eidem deferri potest jusjurandum, antegresso fideicommissarii calumniæ jurejurando, *l. ult. C. de fideicomm. §. ult. J. de fideicomm. heredit. Carpz. p. 3. c. 8. d. 40. Stryck. de cautel. testam. c. 21. membr. 1. § 38. seq. Rivin. ad O.P.S. tit. 18. en. 4. & 6. Berger. dec. 107.*

18. Imo quilibet, qui sibi aliquid a defuncto relictum suspicatur, etsi nec quantitatem indicare, nec argumenta adferre possit, tamen heredi ab intestato jusjurandum recte defert, *Leyser. ad ff. specim. 401. medit. 1.*

19. Hoc jusjurandum heredi fideicommissario a fiduciario referri non potest, nisi 1) fideicommissarius, cui refertur, parem notitiam habeat, 2) dubitetur, utrum heres fiduciarius præsens fuerit testatori, *Lyncker. p. 3. dec. 1269. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 33.*

tb.33. not. 9. p. 433. Potest vero heres probationibus conscientiam suam defendere, *Carpz. d. c. d. 41.*

20. Præcise non requiri, ut fideicommissarius heredi fiduciario desuper juramentum deferat, sed etiam per testes, si qui interfuerint, fideicommissum probare eum posse, tradit *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 2.* Ex rationibus haud levibus dissentit, & ejusmodi in casu fideicommissario jusjurandum calumniæ saltem remittendum esse, ait *Berger. d. tb. 33. not. 8. p. 432.*

21. Quid si plures sint heredes, & ex illis quidam præsentes, quidam vero absentes fuerint? Resp. fideicommissum saltem valere quoad præsentes pro rata, non vero quoad absentes, adeo ut ne his quidem juramentum deferri possit: forma enim hujusmodi fideicommissi consistit in præsentia heredum, tam animo, quam corpore, *Stryck. c. l. §. 42. seq. Berger. d. not. 8. p. 431. seq. Leyser. ad ff. specim. 401. medit. 2. Rivin. O. P. S. tit. 18. en. 5. & 7.* ubi testatur, Scabinos Jenenses respondisse, etiam absentes fideicommissum præstare debere, si præsentes illud confessi fuerint. Nec heres fideicommissarius tenetur in sollidum, nisi testator clare id expresserit, *Leyser. c. l.*

22. Heres, qui legati vel fideicommissi præstationem sibi a defuncto injunctam esse fatetur, revocationem illius solo juramento suo probare nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. p. 3. obs. 77.*

23. In descendentibus, fideicommisso gravatis, subintelligitur clausula: *si sine liberis decesserit, l. 102. de condit. & demonstrat. l. 3. C. de fideic. Carpz. p. 3. c. 8. d. 28. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. tb. 32. not. 7. p. 425. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 39.* Quod etiam tunc, cum pia causa est, procedit, *Mantic. de conjectur.*

jectur. ult. volunt. lib. 10. tit. 8. n. 25. Nec interest, utrum testator sciverit, filium libros habere, nec ne, *Brunnem. ad l. 102. de condit. & demonstr.*

24. Fideicommissum familiæ (*a*) regulariter solis agnatis competit, non cognatis, cognati enim, in specie ita dicti, appellatione familiæ non continentur, *Struv. ex. 36. th. 18.* Unde frater consanguineus cum germano ad hoc fideicommissum concurrit, *Struv. d. ex. th. 20. Berger. d. th. 32. not. 3. p. 424.* dissentit *Gail. lib. 2. obs. 151. n. 3.*

25. In fideicommisso familiæ proximitatem agnatorum ex persona testatoris gravantis, non novissime morientis agnati, æstimari, tradit *Berger. d. th. 32. not. 5. p. 424.* ubi addit: quod a nonnullis restringitur ad fideicommissum purum & simplex: ex adverso in conditionali, & tractum temporis habente, attendenda est proximitas agnati, add. *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 134.* Alia distinctione hanc quæstionem decidit *Struv. d. ex. 36. th. 19.*

26. In fideicommissis familiæ juri repræsentationis locus est, *Berger. c. l. not. 6. p. 425.* iis scil. in casibus, quibus alias in legitima successione locus est repræsentationis juri, *Struv. c. l. th. 20.*

27. Fideicommissum familiæ non extenditur ultra quartum gradum, facta scil. computatione, secundum, non numerum possessorum, sed generationem simpliciter, nisi testator conceptis verbis ejusmodi fideicommissum prorogavit in infinitum, *Berger.*

(*a*) Fideicommissa familiæ hodie in Saxonia non valent, nisi dominus directus, si in feudis, vel dominus jurisdictionis, si in allodialibus sint constituta, ea confirmaverit, & desuper consensum impertitus fuerit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 7.*

ger. c. l. not. 8. p. 425. Dissentiunt *Struv. ex. 63. th. 10.* & *Stryck. de success. ab intestat. dissert. 7. c. 5. §. 39. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 135.* rati successionem fideicommissi familiæ fieri in infinitum, nisi ad certas personas sit restricta, add. *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 256.* faciens *ibidem* cum *Bergero*, nisi quod laxiorem limitationem admittat.

28. Maritus, idemque heres ex asse ab uxore scriptus, non acquirit jus, quod uxori ex fideicommisso familiæ competit, nisi deficientibus consanguineis, *Berger. c. l. not. 9. p. 425.*

29. In fideicommisso, liberorum nascendorum nomine, intelliguntur illi tantummodo, qui eo tempore, cum moreretur testator, vel nati sunt, vel concepti; ideoque, cum avus testamento disponit hoc modo: nach meines Eheweibes Absterben, sollen gewisse ihr beschiedene Stücke auf alle meine Kinder und Kindes-Kinder, so allbereit verhanden, oder noch gebohren werden möchten, zurück fallen, admittuntur saltem nati, aut concepti modo tempore mortis testatoris, non illi, qui tempore, quo conditio existit, nati aut concepti sunt, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 33. not. 4. p. 428.*

30. Uno, ex duobus, pluribusve fiduciariis, mortuo, fideicommisso pro ejus parte locus est, *l. ult. §. pen. de legat. 2.* nisi adsit persona, magis dilecta, quam fideicommissarius, cujus generis est filius; adeoque eo casu, quo pater liberis institutis heredibus substituit uxorem, mortuo uno, fideicommissum pro parte non transit in uxorem, sed recidit in alterum fratrem, *Berger. c. l. not. 7. p. 431.* add. loc. *liberi. th. 21.*

31. Non

31. Non solum ipsa hereditas, ejusve pars, sed etiam accessiones & fructus ante aditam hereditatem percepti sunt restituendi, quippe hereditatem augentes, *l. 27. §. 1. ad SCt. Trebell. Struv. ex. 36. th. 34. Wernher. p. 4. obs. 7. n. 20. seq.* Post aditam vero hereditatem percepti regulariter in fideicommissariam hereditatis restitutionem non veniunt, nisi mora facta sit, aut cum quis specialiter fuerit rogatus, etiam fructus restituere, *l. 18. pr. & §. 2. l. 44. §. 1. l. 63. §. 4. l. 27. §. 1. d. tit. Struv. c. l. Wernher. c. l. n. 23. seq.*

32. Qui rogatus est post mortem restituere, quicquid ex hereditate superfuerit, quartam ejus partem fideicommissario integram servare tenetur, eoque nomine, datis fidejussoribus, satisdare debet, *Nov. 108. c. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 452.*

33. Quocirca de reliquis bonis libere, etiam cum abusu, si modo dolus & animus intervertendi non appareat, disponit, eademque alienat, vid. *auth. contra C. ad SCt. Trebell. ibique Brunnem. Wernher. c. l. n. 3.* inter vivos scilicet, non autem per ultimam voluntatem; *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 34. not. 5. p. 437. Horn. cl. 7. R. 33. p. 422. b.*

34. Quod si heres gravatus nihil alienaverit, totum venit in restitutionem, *Peregrin. de fideicomm. art. 40. n. 40.* & rogatus, si de pretio rerum venditarum alias comparavit, deminuisse, quæ vendidit, non videtur, sed quod inde comparatum est, vice permutati dominii restituetur; idemque servandum erit, & si proprios creditores ex ea pecunia dimiserit, *Struv. ex. 36. th. 34.*

35. Impensæ necessariæ, & in perpetuam rei utilitatem factæ a fideicommissario heredi fiduciario, ejusve heredibus sunt restituendæ, *Knipschild. de fideicomm.*

deicomm. famil. c. 12. Horn. cl. 7. R. 15. p. 379. a. Berger. c. l. not. 7. p. 439. confer. *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 484. p. 797.*

36. Peremtiones ac deteriorationes rerum fideicommisso subjectarum naturales, vel casu fortuito, aut vi aliqua, citra dolum & culpam heredis, contingentes, damno fideicommissarii cedunt, *l. 22. §. 3. l. 58. §. 6. ad SCt. Trebell. Carpz. lib. 6. R. 32.*

37. Fideicommisso universali gravatus heres tenetur ad conficiendum inventarium sive juratam specificationem bonorum fideicommisso subjectorum, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 34. not. 4. p. 437.* add. *A. Fab. in C. lib. 6. tit. 25. d. 25. Stryck. de cautel. testam. c. 21. membr. 1. §. 12.* Nec ab inventarii confectione immunis est, licet testator licentiam dederit heredi, bona fideicommisso gravata pro lubitu suo alienare, *A. Fab. d. lib. 6. tit. 29. d. 1. 2. 3.*

38. Necesse tamen non est, ut inventarium conficiatur solenne juxta dispositionem *l. ult. C. de jur. deliber.* sed sufficit tale, ex quo constare aliquando possit de qualitate & quantitate rerum, idque, sumtibus fideicommissarii, non heredis, fieri debet, *Carpz. p. 3. c. 8. d. 30. n. 4. 5.* Consultius tamen est, ut solenne fiat inventarium, *Stryck. c. l.*

39. Quid si inventarii confectio a testatore est remissa? Resp. hoc capiendum est de solenni inventario: eo enim non obstante privata bonorum designatio facienda est, *Knipschild. de fideicomm. fam. c. 12. n. 13. Stryck. c. l.*

40. In fideicommisso familiæ, sub conditione aut die relicto, itemque puro, sed litigioso, heres fiduciarius tenetur ad præstandam cautionem, eamque idoneam, per fidejussores, *l. 1. & t. t. ut legat. seu fideic.*

deic. serv. caus. cav. Peregrin. de fideic. art. 40. n. 10. Carpz. p. 3. c. 8. d. 38. & in loco quidem, ubi domicilium habet is, qui cavere debet, aut res est restituenda, *l. 5. §. 3. d. t. l. 5. C. ut in possess. legat. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 34. not. 6. p. 437.* quamvis ea initio non fuerit exacta, *l. 1. §. 9. l. 5. §. 1. ut legat. seu fideic. serv. caus. cav. Knipschild. de fideicomm. famil. c. 12. n. 37.* & nulla suspicionis causa adsit, *Stryck. de cautel. testam. c. 21. membr. 1. §. 13.* & bona sint immobilia, *Stryck. c. l.* dissentit *Peregrin. c. l. n. 14.*

41. A cavendi necessitate excipiuntur liberi, *l. 6. pr. & §. 1. C. ad SCt. Trebell. Stryck. c. l.* primi scilicet gradus, cum jussi sunt restituere hereditatem, sive descendentibus, puta: nepotibus, sive collateralibus, *Berger. c. l.* nisi testator id jusserit, vel secundis se pater seu mater matrimoniis junxerit, *d. l. 6. §. 1.* vel metus dilapidationis justus oriatur, *Horn. cl. 7. R. 27. p. 401. b.* nec non illi, quibus testator remiserit cautionem: qui tamen quamprimum bona fideicommissaria dilapidare incipiunt, prohibitione testatoris non obstante, ad cautionem adhuc præstandam adigi possunt, *Stryck. c. l. §. 15.*

42. Res subjectæ restitutioni, titulo legati vel fideicommissi particularis aut universalis, pure vel in diem certum relictæ, per heredem alienari non possunt, *l. 3. §. 3. ad SCt. Trebell. l. ult. §. 2. & seq. C. comm. de legat. Carpz. p. 3. c. 8. d. 30. Struv. ex. 36. th. 40.* adeo ut si heres contra fecerit, & quid alienaverit, illud ipsum in Trebellianicam, quam de fideicommisso detrahit, imputare teneatur, *l. 3. §. 3. ad SCt. Trebell. Peregrin. de fideic. art. 40. n. 1.*

43. Non multum differt hac in re fideicommissum conditionale a fideicommisso puro: etsi enim in

in illo valeat alienatio, & dominium transferatur: attamen hoc verum saltem est pendente conditione, quo tempore fideicommissario nulla competit actio. Conditione vero existente, dominium ipso jure transfertur in ipsum fideicommissarium, absque ulla restitutione reali aut verbali, eique competit contra possidentem rei vindicatio, non obstante præscriptione, *l.70. §.1. de legat. 2. l. ult §.3. C. commun. de legat. Gail. lib.2. obs. 137. n.6. Carpz. p.3. c. 8. d.30. n.3. seq.*

44. Quodsi vero clausula de non alienando fideicommisso expresse fuerit adjecta, vocatus proximior ad fideicommissum rem alienatam statim revocare potest, *l. 69. § 3. de legat. 2. Stryck. de cautel. testam. c. 21. membr. 1. §.33.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 484.* qui tamen expressam prohibitionem requirere non videtur.

45. Tuto tamen alienari possunt res fideicommisso subjectæ, quæ sunt tempore perituræ, nec servando servari possunt, adeo ut heres eas vendere cogatur, si culpam committere nolit, ita tamen, ut pretium loco rei succedat, & in fideicommissarii heredis usum & utilitatem convertatur, *l. 20. pr. de acquir. hered. l. 5. de petit. hered. l. 22. §. 3. ad SCt. Trebell. Gail. lib. 1. obs. 148. n 3. Carpz. p.3. c. 8. d. 32. n. 4. 5.*

46. Permittitur quoque alienatio ex causa commutationis pretii in alias res utiliores & fideicommissario heredis magis commodas & proficuas, *l. 5. de petit. heredit. l. 54 ad SCt. Trebell. l. 71. §. 3. de legat. 2. Carpz. d. c. d. 33.*

47. Porro permissa est alienatio rerum fideicommisso subjectarum, quæ fit pro exsolutione æris alieni ipsius defuncti, aut pro funere ipsius, vel pro legatis, ab eo relictis, persolvendis, modo alia bona

non

non supersint, nec sufficiant, *l.38. de legat.3.l.114. de legat.1.l.9. de fideic.libert. l.53. de petit. hered. Carpz. d.c. d.34. Stryck. de cautel. testam.c.21. membr 2. §. 10.*

48. Denique fideicommissaria bona licite alienari possunt ob alimenta, *auth. contra. C. ad SCt. Trebell. Peregrin. de fideicomm. art. 42. n.87.* modo alienans alias prodige non vixerit, *Stryck. c. l. §. 18.* item ob redemptionem captivorum, *Stryck. c. l. §. 19* nec non ad quantitatem usque legitimæ, *Carpz. d. c. d.35. n.6. 7.* & si testator alienationem heredi permiserit, *Carpz. lib. L. R.31. n. 7. seq.* nec minus in fideicommisso familiæ si consenserint, quorum interest, adeo ut bona ita alienata revocari a liberis nequeant, *Stryck. c.l.§.12.seq. Wernber. sel obs. for. p 6. obs. 384.* dissentit *Knipschbild de fideic. famil. c.11. n.394.* pariter ac ex causa transactionis, quoties inter agnatos ingentes lites & controversiæ de tali fideicommisso sunt subortæ, *l.11. C. de transact. Carpz. p.2. c.35. d.18.n.1.seq. Stryck. c.l. §.3. seq.*

49. Ut vero in his alienationum casibus decretum judicis pro validitate earundem interveniat, necessarium quidem non est: attamen valde utile, *Stryck. c.l. §.21.* add. *Carpz. p.3. c.8. d.36. Berger. œcon. jur. lib.2. tit.4. th.32. not.10. p.426.*

50. Fideicommissum a patre liberis ea lege, ne ad supplementum legitimæ agant, relictum, mota hac actione, haud amittitur, *arg. l.32. C. de inoffic. testam. Wernber. sel. obs. for. p.1. obs. 222.*

51. Add. loc. *liberi. th. 19. 20. 21.*

FIDEJUSSIO. FIDEJUSSOR.

1. Fidejussor idoneus ex facultatibus, & conveniendi facilitate æstimandus est, *l.2. qui satisd. cog.* ab

ab eo igitur, qui forum diversum habet, fori renunciatio exigi solet, *l. 7. §. 1. cod. Mev. p. 8. dec. 182. n. 7.*

2. Fidejussor, qui non fuit acceptus, injuriarum agere potest, *Schacher. colleg. pract. tit. in jus voc. ut caut.*

3. Sola subscriptio fidejussionem non inducit, si scil. subscribentis in instrumento nulla facta sit mentio, quamvis evitandæ litis gratia addi soleat, als Zeuge, *Stryck. de cautel. contr. Sect. 1. c. 6. §. 13.*

4. Ast qui sigillatione & subscriptione sua approbavit instrumentum, in quo debitor fatetur, se fidejussorem ipsum dedisse, ex fidejussione tenetur, *Carpz. p. 2. c. 20. d. 9.*

5. Ex promissione fidejussionis, ac persuasione de mutuo dando pecuniam alteri, nemo potest, tanquam fidejussor, conveniri, *l. 12. §. 2. mandat.* Aliud enim est promissio de fidejubendo, aliud ipsa fidejussio, *Carpz. p. 2. c. 18. d. 1.*

6. Plane, qui periculum in se recipit, &, instrumento cautionis se subscripturum esse, declarat, hoc ipso, etiam sine scriptura, validam fidejussionem contrahit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 112.*

7. Qui negat, se fidejussisse, postea contrarii convictus, non utitur beneficiis, quæ fidejussoribus competunt. *l. 10. §. 1. de fidejuss. Carpz. p. 2. c. 17. d. 6. Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de reivindic.*

8. Fidejussor, principali debitori succedens, non amplius, ut fidejussor, sed ut principalis consideratur. & hinc cessat beneficium excussionis & divisionis, *Hering. de fidejuss. c. 20. §. 16. n. 31. Carpz. p. 2. c. 18. d. 13. Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de acceptilat.*

9. Renunciatione generali nemo excluditur a beneficiis fidejussorum, etiamsi omnibus ac singulis juris

juris & legum beneficiis, quæ fidejussoribus competere possunt, renunciaverit, in Electoratu scil. Sax. propter *Constit. Elect. 17. p. 2.* Extra Electoratum vero subalterna ejusmodi renunciatio sufficit, *Carpz. ad d. c. 17. d. 1. Berlich. p. 2. concl. 22. n. 2. seq.*

10. Quodsi vero uni vel alteri beneficio fidejussorio in specie renunciatum sit, generalis renunciatio, sive præcesserit, sive subsecuta fuerit specialem, quoad reliqua omnia effectum sortitur, *d. constit. 17. ibique Carpz. d. 2. 3. 6.*

11. Fidejussio jurata, absque renunciatione speciali, beneficia fidejussoribus alias competentia excludit: quia juramentum in effectu tantundem operatur, quantum specialis renunciatio, *Gail. lib. 2. obs. 27. n. 22. Carpz. d. c. d. 5.* dissentit *Zanger. de except. p. 2. c. 16. n. 14. A. Faber. in C. lib. 8. tit. 27. d. 31. n. 7.*

12. Non præjudicat fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerint certiorati: quamvis certioratio præcessisse præsumatur, nisi ejus omissio a renunciante probari queat, *Carpz. d. c. d. 4.* Qua exceptione nequicquam se tuetur is, qui literis cautionis, quibus renunciatio beneficiorum, eorumque explicatio comprehensa est, sua manu subscripsit, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 208. n. 6.*

13. Nec nocet fidejussori renunciatio beneficiorum, si aliud inter contrahentes actum appareat, *Carpz. d. c. d. 8.*

14. Fidejussoria obligatio etiam ad heredes transit, licet eorum nulla facta sit mentio, *§. 2. J. de fidejuss.* vel inserta fuerit dictio taxativa, *Constit. Elect. Sax. 20. p. 2. ibique Carpz. d. 1. 2.* ita tamen, ut, excusso demum principali, quilibet eorum, non in solidum,

 dum,

dum, sed pro rata teneatur, *l. 1. C. de heredit. act.* *Carpz. d. c. 20. d. 3.*

15. Consuetudini loci alicujus, ne heredes ex obligatione fidejussoria teneantur, derogari potest conventione partium contrahentium expressa, *Carpz. d. c. d. 4.*

16. Obligatio fidejussoria in heredes non transit, si expresse convenerit, ut in locum defuncti fidejussoris alius fidejussor substituatur, *d. constit. 20. ibique Carpz. d. 5.* etiamsi fidejussor post moram decesserit, *Carpz. d. c. d. 6.* nisi executio & immissio, vivo adhuc fidejussore, in ejus bona facta fuerit, *Carpz. d. d. 6.*

17. Fidejussor, simpliciter pro reo fidejubens, ad usuras quoque in stipulationem deductus tenetur, *l. 4. l. 68. §. 1. de fidejuss. l. 10. C. eod.* nisi eas expresse exceperit. *Hering. de fidejuss. c. 24. n. 216. seq. Carpz. p. 2. c. 19. d. 8.*

18. Sed fidejussorem teneri ad usuras, non ex tempore moræ debitoris, sed ex die moræ contra ipsummet debitorem principalem actionis, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 11. not. un. p. 619.* Imo eum, qui pro sorte fidejussit, non etiam censendum esse pro usuris fidejussisse, juxta *l. 68. §. 1. de fidejuss.* nequidem moratoriis, *arg. l. 59. de V. O.* docet *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. cent. 1. consil. 74. p. 833.*

19. Fidejussor efficacius sive arctius quidem, non autem durius, obligari potest, *§. 5. J. de fidejuss.* at ille, qui durius se in causa dividua, v. c. in majorem quantitatem obligavit, tenetur, quod ad concurrentem summam, *l. 22. C. de fidejuss. l. 33. mandat. l. 11. §. 1. de constit. pecun.* in causa vero individua plane non obliga-

ligatur, *l. 8. §. 7. de fidejuss. Hopp. ad §. 5. J. de fidejuss. usu hod. Berger. œcon. jur. l. 3. tit. 3. th. 10. not. un. p. 618.*

20. Fidejussor cedendarum actionum beneficio non gaudet, si pro naturaliter obligato, v. g. pro pupillo sine tutoris autoritate contrahente, prodigove, vel furioso, intercesserit, *l. 25. de fidejuss.* aut fidejussio facta pro filiofamilias, cui succurritur SCto Macedoniano, *l. 3 §. 3. ad SCt. Maced.* vel pro muliere, efficaciter non contrahente, *Carpz. p. 2. c. 15. d. 7.* confer. *Brunnem. ad l. 6. §. ult. de fidejuss. n. 7. Rivin. spec. except. dilat. c. 39. n. 7.*

21. Fidejussor, qui simpliciter se ad certum tempus obligavit, eo præterlapso, vel, se inscio, a creditore prorogato, nequaquam liberari intelligitur: ad id tamen, quod post illud tempus obligationi accessit, haud tenetur, *l. 7. C. de locat. l. 10. C. mandat. Gail. lib. 1. obs. 29. Carpz. p. 2. c. 19. d. 1. 2. 5.*

22. Quodsi vero expressis verbis fidejussionem ad certum tempus restrinxerit, tunc ultra id non obligatur, sed contra creditorem exceptione pacti se tueri potest, *l. 44. §. 1. de O. & A. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 107.* Neque opus est protestatione, se post tempus, solutioni præfixum, amplius nolle esse obligatum, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 34. n. 4.* Quod quidem requiritur jure Saxonico, *Constit. Elect. 19. p. 2. ibique Carpz. d. 6. Wernher. c. l.*

23. Sed hoc ita: nisi creditor debitorem aut fidejussorem, de solutione facienda interpellavit, *Wernher. c. l. n. 7.* Quod in Saxonia Elect. intra tres menses, a temporis adjecti lapsu computandos, fieri debet, *d. c. 19. ibique Carpz. d. 6.* vel creditor probare possit, debitorem jam, durante tempore fidejussionis, non solvendo factum esse, *Wernher. sel. obs. for.*

p.3. obs.107. vel fidejussor in prorogationem consenserit, *d. constit. 19. ibique Carpz. d. 7.*

24. Si quis pro contractu aliquo, veluti locati conducti, ad certum tempus inito fidejusserit, hic certe, si, elapso illo tempore, locator, inscio nec consentiente fidejussore, tempus locationis prorogaverit, amplius non tenetur, sed liberatus est, *l. 13. §. 11. loc. conduct. l. 7. C. locat. d. constit. 19. ibique Carpz. d. 3. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 27. def. 25. n. 7.* scil. respectu futuri, non vero præteriti temporis, *d. l. 7. Carpz. d. c. 19. d. 3. 4. A. Fab. c. l. n. 10. Berlich. p. 2. concl. 25. n. 24.*

25. Creditor cessans debitorem principalem convenire, donec hic solvendo esse desinat, debitum suum a fidejussore, ulterius exigere non valet, *Hering. de fidejuss. c. 20. n. 15. Carpz. d. c. d. 10. n. 1.* præprimis cum a fidejussore præmonitus est, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 17. not. 3. p. 626.* sed exceptione cedendarum actionum repellitur, *Rivin. specim. except. for. c. 39. n. 2. seq.* nisi beneficio excussionis renunciaverit, *Hering. c. l. Carpz. c. l. Berger. c. l.*

26. Multo minus ergo tum fidejussores convenire poterit, si creditum petens a debitore principali, culpa sua, causa ceciderit, vel illud in concursu creditorum petere neglexerit, ac propterea ab ulteriori petitione exclusus fuerit, *Carpz. d. def. 10.* add. *Rivin. c. l.* nisi creditor probare possit, se nihil ex concursu consequi potuisse, *Brunnem. cent. 5. dec. 68. n. 3.* confer. *Mev. p. 9. dec. 174.*

27. Fidejussor agere demum potest adversus debitorem ad liberationem, si diu in obligatione steterit, aut solvere condemnatus sit, aut debitor inceperit labi facultatibus, *l. 10. C. mandat. ibique Brunnem.*

nem. Gail. l. 2. obs. 29. Heig. p. 2. qu. 7. n. 48. seq. etiamsi in instrumento obligatorio contineatur clausula: Auf vorhergehende ein halb jährige Auffkündigung zu bezahlen, *Berger. dec. 243.*

28. Pactum debitoris principalis proficit etiam fidejussori, *l. 27. §. 1. l. 21. §. ult. de pact. l. 3. de rescind. vendit. Carpz. p. 2. c. 18. d. 23.* veluti, si creditor debitum debitori, vel in totum, vel pro parte remiserit, *d. l. 21. §. ult. d. l. 27. §. 1. de pact.* reservato licet adversus fidejussorem regressu, *Carpz. dec. 251.* tunc enim tutus quoque est fidejussor sub exceptione non cedendarum actionum, *Rivin. spec. except. dilat. c. 29. n. 3.*

29. Fidejussor uti adversus creditorem potest exceptionibus principali debitori competentibus, *l. 10. §. 2. mandat. Horn. cl. 14. R. 8. p. 1011. a.* scilicet realibus, non personalibus, veluti sunt exceptiones competentiæ, moratorii, cessionis bonorum &c. *§. 4. J. de replicat. ibique Hopp.* add. *Mev. p. 3. dec. 261. & p. 3. dec. 150. Wernher. in supplem. nov. ad p. 7. obs. 85. n. 104. seq.*

30. Actio, contra unum fidejussorem vel ejus heredes mota, præscriptionem contra reliquos confidejussores & principalem debitorem interrumpit, *l. fin. C. de duob. reis. Brunnem. centur. 5. dec. 63. Mev. p. 4. dec. 189. Berger. dec. 236.*

31. Ast fidejussor, qui renunciavit beneficio ordinis, non attenta contra debitorem principalem interruptione, tutus est, præscriptione completa, *Carpz. dec. 34. Berger. dec. 83. & 84.* dissentit *Struv. ex. 47. th. 47. Schilter. ex. 45. th. 41. seq.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 17. p. 625.*

32. Idque obtinere tradit *Berger. d. dec. 83.* etiamsi

etiamsi in chirographo conventum: Daß die Wiedererstattung, alsdenn erst beschehen soll, wenn die Auffkündigung ein halb Jahr zuvor geschehen sey; atque principalis debitor usuras omni tempore solvit: cum ejusmodi renunciatio, Auffkündigung, adjecta esse censeatur intuitu debitoris principalis, non fidejussoris, & debitor suo facto fidejussori præjudicare nequeat.

33. Electo uno ex fidejussoribus, reliqui non liberantur, priusquam a fidejussore convento debitum plenarium non fuerit exsolutum, *l. 28. C. de fidejuss. Carpz. p. 2. c. 17. d. 21. Berger. dec. 236.*

34. Electio debitoris, factaque cum eo super solutione debiti transactio non liberat fidejussores, antequam satisfiat creditori, *l. 28. C. de fidejuss. Carpz. p. 2. c. 19. d. 11. n. 1. seq.*

35. Quæ sanctio quoque obtinet in fidejussore, cui post factam solutionem a creditore cessæ fuerint actiones: hic licet debitorem eligat, cumque eo super solutione paciscatur: attamen confidejussores postea convenire haud prohibetur, si debitor pacto non steterit, nec debitum solverit, *Carpz. d. def. n. 6.*

36. Uno ex pluribus fidejussoribus solvendo non existente, damnum hoc reliquis confidejussoribus omnibus pro rata accedit, *l. 26. 27. de fidejuss. Moller. lib. 3. Sem. c. 15. Carpz. p. 2. c. 17. d. 20.*

37. Fidejussor ad majorem quantitatem, quam reus condemnari potest, non tenetur, *l. 4. de compensat. Mev. p. 2. dec. 216. n. 10.* nisi ex ejus mora vel culpa: quod vero a debitore repetere non potest, *Mev. p. 7. dec. 208.*

38. Nullum est dubium, quin fidejussor solvens non solum sortem, sed & damna ac interesse a reo prin-

principali repetere queat, *c. 2. & 3. X. de fidejuss. Bald. in l. 20. C. de usur.* modo, in opponendis exceptionibus, & adhibendis auxiliis suspensivis, culpa vacet, *l. 10. §. 12. l. 29. pr. & §. 2. mandat. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 3. th. 16. p. 625.* ubi enim culpa sua causa cadit, nihil repetit, *l. 4. C. mandat. Mev. p. 3. dec. 341. n. 9.*

39. Nam licet fidejussor solvere potest, inscio debitore, *Cyn. in l. 2. C. de fidejuss. Mev. p. 3. dec. 339. n. 3.* nec huic litem denunciare tenetur, *Mev. d. dec. 339.* attamen non debet esse ad solutionem nimis proclivis, nec jura debitoris prostituere & pessundare, *Mangon. dec. 92. n. 7. Mev. d. dec. 341. n. 4.* præprimis ubi debitor admonuit, ne præcipitaret solutionem, sed dilationem rogaret, suamque assistentiam exspectaret, *Mev. d. dec. 341. n. 13.*

40. Sed justas exceptiones, litem vel in totum vel in tantum perimentes, omittere non debet fidejussor, aut mature reo denunciare, ut ipse compareat, & exceptionem, si eam oppositam velit, deducat, *A. Fab. in C. lib. 8. tit. 27. def. 10. Mev. p. 2. dec. 289. n. 16.*

41. Hoc autem ita intelligendum est, si fidejussor sciverit, debitori & sibi competere exceptionem, *l. 29. pr. mandat. Mev. c. l. & p. 3. dec. 341. n. 8. & 10.*

42. Unde, si fidejussor, a creditore conventus, nomen, cui per legitimum tempus præscriptum est, solvit, non potest solutum a debitore principali repetere, nisi præscriptionis exceptionem elidere possit, *Berger. dec. 239.*

43. Si vero ignorans, reo competere exceptionem, solvit, solutum repetit, *l. 29. pr. mandat. Mev. p. 3. dec. 339. n. 2.* Potuit enim & debuit reus certio-

rare

rare fidejussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum, *d. l. 29. pr. Mev. d. dec. 339. n. 5.*

44. Recte quoque omittit fidejussor exceptiones, quæ sunt de apicibus juris, *l. 29. §. 4. mandat.* & quæ solum fidejussori, non autem reo competunt, *Mev. p. 2. dec. 289. n. 1. 2. 3.*

45. Exceptiones autem, quæ reo, at non fidejussori, competunt, omittere quidem potest fidejussor, tenetur tamen, si eas sciverit, debitori litem motam denunciare: quod si non fecerit, de dolo exceptio contra mandati actionem reo nascitur, si litem illam nesciverit, atque ita ex occultatione læsus fuerit, *Mev. d. dec. 289. n. 4. seq.*

46. Si fidejussor, cum solvisset, non certioravit, reum, & hic deinde quoque solvit; quod solvere eum non oportebat, mandati agere non potest, si certiorare potuerit; cedere autem reus actionem indebiti fidejussori debet, *l. 29. §. 3. mandat.*

47. Fidejussor condemnatus solvens non ex judicato contra se, sed mandati agit contra debitorem, non ad id, quod solvit, sed quod debuit, qui itaque improvide solventi aut injuria condemnato non reddit indebitum: res judicata enim inter creditorem & fidejussorem non nocet debitori, *Mev. p. 3. dec. 340. & p. 2. dec. 290. & 291.*

48. Citatus debitor ad assistendum fidejussori convento solvere tenetur actione mandati, in quod hic condemnatus est, nisi vel justam non comparendi, aut judicium declinandi causam habuerit, vel hic exceptionem ex bona fide opponendam negligenter omiserit, *Mev. p. 3. dec. 341.*

49. Fidejussor, si certam tantummodo quantitatem creditori pro debito principali solvat, & sibi actio-

actiones cedi curet, postea totum debitum a debitore exigere potest, *Horn. cl. 11. R. 7. p. 605. seq. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de hered. vel act. vendit. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 297.* confer. tamen *Mev. p. 3. dec. 342.*

50. Fidejussor sumtus litis repetit a debitore: at non indiscriminatim omnes, sed saltem necessarios, aut in utilitatem debitoris versos. Secus se res habet quoad impensas litis, quam temere atque sine causa movit fidejussor, ut solutionem retardet, *Mev. p. 6. dec. 329.*

51. Fidejussor damna atque expensas tantum eas, a confidejussoribus repetere potest, quæ demum, postquam a creditore jura ipsi cessa fuerint, facta sunt, *Carpz. p. 2. c. 17. d. 23.*

52. Tribus pluribusve existentibus fidejussoribus, ille, qui solvit solidum, non idem illud solidum, sed id, quod, detracta sua rata, supererit, a confidejussoribus ex jure cesso repetere potest, licet beneficio divisionis renunciaverint, *Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 48. Mev. p. 3. dec. 234. & p. 4. dec. 325. Brunnem. de cess. act. c. 3. n. 29. Carpz. p. 2. c. 17. d. 18.* Neque eo nomine in solidum unum ex confidejussoribus conveniri potest, obstante nimirum divisionis beneficio, nisi huic sit renunciatum, *Hering. de fidejuss. c. 27. p. 3. n. 31. Heig. p. 1. qu. 38. n. 5. Carpz. d. c. d. 19.* Plane eum, qui creditori solidum solvit, solidum quoque a confidejussoribus repetere posse, si renunciatum sit beneficio divisionis, docet *Wernher. in disp. de act. cess. advers. confidej. in solid. compet.*

53. Ex instrumento obligationis, quo simul fidejussio continetur, nec non apocha a creditore data fidejussor executive convenire debitorem potest,

Berger,

Berger. proc. exec. §. *16. p. 17. seq. Wernber.*
p. 2. obs. 498.

54. Add. loc. *mulieris intercessio.* lo
liberatorium. th. 1. 2. 3.

FILIA.

1. Legatum ad ornamenta & vestimen
tre nobili, filiæ relictum, debetur, etiamsi h
mortem ejus, a vilis conditionis homine vitia
nupserit, *Wernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 155.*

2. In Lusatia Superiore ex consuetud
bus e feudis Ehe-Hochzeit-Schmuck-und
Gelder debentur, & quidem illa pecunia, q
tur Schmuck-und Kleider-Gelder, ante ea
ptias præstatur, *Berger. dec. 39.*

3. Filia res geradicas suæ matris a nov
ĉte perit, etsi in hujus custodia reperiantur,
sel. obs. for. p. 7. obs. 96.

4. In materia testamentaria filiæ filior
mine continentur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. t*
17. not. 10. p. 384.

FILIUS. FILIUSFAMILIAS.

1. Filii, licet ante dignitatem patris
fuerint, attamen patris dignitate & privilegiis
tur, *l. 5. de senat.* Quam legis dispositionem a
opificis, ante adeptum magisterium, natos,
æque dicantur filii magistri, Meisters-Söhne,
horum privilegiis gaudeant, perinde ac si a patr
magistro, nati fuissent, extendit *Carpz. p. 2.*
d. 32.

2. Filius, ob sordidum vitæ genus, quod
exercet, ab officiis publicis excludi non debet,
nber. sel. obs. for. p. 3. obs. 250.

3. I

3. Filius, juste exheredatus, tamen alendus est, *Carpz. jurispr. consistor. lib. 1. tit. 14. def. 243. n. 15. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 134. n. 4.*

4. Filio minori, cui, patre absente, controversia movetur, litis curator dandus est, *Mev. p. 4. dec. 94.*

5. Filius bona parentis administratorio potius nomine, quam proprio tenere præsumitur: at, si aliis in contrarium præsumtionibus oneratur, juramento fidem facere tenetur, *Mev. p. 7. dec. 285.*

6. Filiusfamilias vi SCti Macedoniani ex mutuo pecuniario valide haud obligatur, *l. 7. §. 3. de SCt. maced.* adeo ut creditori omnis adversus illum actio inutilis sit, sive adhuc vivat, sive mortuus sit pater, atque sui juris factus filius, *l. 1. eod. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 239. n. 1. 2. 3. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 2. not. 5. p. 577.* licet pecuniam adhuc salvam habeat, *l. 9. §. 2. eod. Berger. c. l.*

7. Idemque juris est, licet filius in dignitate constitutus fuerit, *d. l. 1. §. 3.* nisi per dignitatem plane exierit ex patris potestate, *Struv. ex. 29. th. 58. Brunnem. ad d. l. 1. n. 3.*

8. Si vero tempore contractus adhuc filiusf. fuerit, datur hæc exceptio licet postea ex patris potestate exierit, *§. 7. J. quod cum eo.*

9. Datur quoque exceptio SCt. macedoniani patri & heredibus *l. 7. §. 10. de SCt. maced.* ut & fidejussoribus, *l. 9. §. 3. eod.*

10. Cessat exceptio SCti macedoniani; si creditor minor vel pupillus, *l. 3. §. 2. de SCt. maced.* si filiusf. ex peculio profectitio alii filiof. pecuniam crediderit, *d. l. 3. §. 2.* nec non si creditor ex justa causa crediderit, eum esse patremfam. *l. 1. C. de SCt. maced.*

maced. veluti, si publice pro patrefam. habitus fuerit, *l. 3. pr. eod.*

11. Cessat quoque hæc exceptio, si filiusfam. habeat peculium castrense, vel quasi, in quo habetur pro patrefam. *l. 2. de SCt. maced.* vel peculium adventitium extraordinarium, *Brunnem. ad l. 1. eod. n. 6. Stryck. ad §. 7 J. quod cum eo,* si debitum, postquam sui juris factus, de novo agnoverit, *l. 2. C. de SCt. maced.* vel partem debiti solverit, *l. 7. §. ult. eod. ibique Brunnem. n. 15.* si dolose contraxerit, veluti, si se patremfamilias mentitus sit, *l. 1. C. eod.*

12. Porro cessat hæc exceptio, si filiusf. eidem jurato renunciaverit, *Franzk. lib. 2. Res. 5. n. ult. Stryck. de cautel. contract. sect. 2. c. 1. §. 15. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 334.* (dissentit *Peretz. ad tit. C. de SCt. maced. n. 19. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 2. th. 2. not. 4. p. 576*) modo pecunia in bonum finem credita sit, *Harpr. ad §. ult. J. quod cum eo. n. 27. Hahn. ad Wesenbec. tit. de SCt. maced. n. 3.* injurata renunciatio vero nihil operatur, *Struv. ex. 20. th. 55.*

13. Deinde quoque cessat, si filius non ad luxuriam, sed eam rem accepit, quæ patris oneribus incumberet, *l. 2. C. de SCt. maced.* non autem sufficit sola acceptio, sed requiritur quoque utilis versio, *l. 7. §. 12. eod.* add. *Brunnem. ad l. 5. C. eod. n. fin.*

14. Denique cessat hæc exceptio, si pater in mutuum consenserit, vel postea illud ratihabuerit, *l. 2. C. de SCt. maced.* etiam tacite, v. gr. si ad literas, in quibus pater certior redditus fuerit de mutuo a filio contracto, ad eas autem non respondeat, *l. 16. eod.* item si solitus fuerit pro filio pecuniam mutuo acceptam, sine contradictione restituere, *Brunnem. ad l. fin. quod cum eo. n. 1.*

15. Unde

15. Unde quoque, quando filiusfam. una cum patre chirographo subscripsit, SCtum macedonianum locum non habet, idemque pro dimidia parte obligatur: quia sic pater consensisse intelligitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 453.*

16. Nec filiusf. miles uti exceptione SCti macedoniani potest, licet in aliam, quam castrensem causam, se pecuniam mutuo accepisse probare velit, *l. ult. §. 1. C. ad SCt. maced. ibique Brunnem. n. 9. Wernhert sel. obs. for. p. 2. obs. 474.*

17. Ubi locum habet exceptio SCti macedoniani, filiusfam. ob mutuum ex peculio adventitio non tenetur; imo si solverit, pater solutum repetit, *l. 9. §. 1. de SCt. maced.* Si vero pater vivus non repetierit, filius post mortem patris repetere non potest, *l. 26. §. 9. de condict. indeb.*

18. Alios, citra mutuum pecuniarium, contractus filiusfam. valide celebrare potest, *l. 3. §. 3. de SCt. maced. Hopp. ad verba: mutuas pecun. §. 7. J. quod cum eo.* etiam non consentiente patre, *Barth. Hodeg. For. c. 4. §. 9. lit. c. p. 725.* dilata solum executione, quamdiu in potestate est, & nihil proprii habet, *l. 5. pr. quod cum eo. Hopp. c. l.*

19. Imo durante etiam patria potestate vel in castrensi peculio, *l. 2. ad SCt. maced.* vel in profectitio aut adventitio, cujus administrationem pater ei concessit, *l. 16. de nox. act. l. 3. §. 11 de pecul.* executio fieri potest; quin & si nihil habeat, cedere bonis cogitur, si carceres effugere velit, *Barth. c. l.* add. *Hilliger. ad Donell. lib. 17. c. 5. lit. c.*

20. Fidejussio filiifam. pro patre valida est, *l. 9. C. quod cum eo.* Nec obstat *l. 1. C. de filiof. min.* quippe quæ tantum de filiof. minorenni, adeoque

de casu excepto loquitur, *Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.108.*

FINES.

1. In causis discernendorum finium testes etiam de auditu alieno admittuntur, *Stryck. de jur. sens. dissert. 3. c.3. §. 12. sequ. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 37.*

2. In discernendis finibus soli lapides, si certa signa non habeant, haud quaquam sufficiunt, *Wernher. sel. obs. for. p.10. obs.438.* add. *Stryck. d. tract. dissert. 1. c. 1. n.13.*

3. Si fundus ita: *quicquid venditoris vel antecessoris juris fuit*, venditus, nec fines demonstrati, nec ex scriptura appareat, quid senserint partes, vendens fines fundi indicare tenetur, *l. 48. de act. emt. vend.*

4. Quod quoque juris est, quando res per aversionem vendita: nam & tunc bona fides exigit, ut demonstrentur & notificentur fines a venditore, in quantum eorum notitiam habet, *Brunnem. ad d. l.48.* Quo casu vero ratione finium nulla evictio præstatur, *Horn. cl.11. R.49. p.677.*

5. In controversiis finium, primum omnium, quæstio possessionis momentaneæ summariter discutienda, eaque discussa, ad actionem petitoriam finium regundorum deveniendum est, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 4. not.3. p.723.*

6. Qui lapides vel arbores finales effodit, aut amovet, arbitrarie punitur, *constit. crimin. art. 114. Carpz. qu. 83. n. 67. seq. Stryck. de jur. sens. dissert. 1. c.1. n.15.* add. *Berger. œcon. jur. lib.3. tit.6. th.4. p. 723. & jurispr. crimin. p. 69.* Unde cum pœna possit esse corporis afflictiva, inquisitio specialis decerni potest,

potest, præprimis, in casu terminorum territorialium motorum, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 172.*

FISCUS. FISCALIS.

1. Fiscus regulariter, & ubi aliud non in specie legibus constitutum est, jure communi utitur, *l. 10. de jur. fisc. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jur. fisc. ad verba: regulariter jure communi. p. 750. edit. de an. 1716.*

2. Fiscus adversus facta officialium non restituitur in integrum, *Berger. c. l. ad verba: plura vid. p. 751. seq. & œconom. jur. lib. 3. tit. 15. th. 15. not. 1. p. 900.* ubi tamen testatur, usum totius Germaniæ esse in contrarium, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 87. & supplem. nov. ad eand. observat.*

3. Sed huic regulæ: quod scilicet fiscus contra facta officialium in integrum restituatur, locum non esse in venditione fiscali, propter *l. 1. C. ne fiscus rem, quam vendidit, evincat*, tradit *Berger. œcon. jur. c. l.*

4. Fiscus contractum locationis conductionis propterea non statim impugnare potest, quod alius ex post facto majorem pensionem obtulerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 75.*

5. Si tamen fiscus notabilem læsionem liquido probare queat, etiam locationis conductionis contractus ab eodem impugnari potest, *Wernher. supplem. nov. ad p. 4. obs. 75.*

6. Regulariter in causis fiscalibus eadem procedendi forma observatur, quæ in aliis privatorum causis obtinet, *Gail. lib. 1. obs. 20. circa fin. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 471.*

7. Ad consequendam tamen pœnam, quam

reus incurrit, Fiscalis non semper peculiari processu opus habet, *Wernher. sel. obs. for. p.6. obs. 497.*

8. Add. loc. *creditorum classis I. th.36 seq.* loc. *hypotheca tacita, 4. th.14. usque 22.* loc. *magistratus. th.5.6.* loc. *onera. th.5. 6.*

FLUMEN.

1. Cum aquæ cursus in flumine publico cum incommodo accolarum mutatur, locus est interdicto: ne quid in flumine publico, *l.1. §.3. ne quid in flumine publ Hopp. ad verba: vel in flumine publico. § 1. J. de interdict. Wernher. sel. obs. for. p.5. obs. 139.*

FODINA.

1. Nemo auri, argenti, cupri, aliorumque metallorum fodinas in fundo suo, absque speciali concessione principis vel infeudatione, sibi vindicare potest, quia hoc jus ad regalia pertinet, per *text. in aur. bull. tit.* **Von Gold, Silber und andern Ertz-Wegen. Landr.** *lib.1. art.35. Carpz. p.2. c.53. d.1.*

2. Nec salinarum usus cuiquam privato in solo suo absque speciali principis concessione permissus est; *aur. bull. c.l. Carpz. d. c. d.2.*

3. Alia est ratio lapidicinæ & calcis fodinæ, quæ ad dominum soli, non ad Principem vel Superiorem territorii dominum pertinet, *Carpz. d. c. d.3.*

4. Idemque habendum de terra, ex qua lateres compinguntur, von der Ziegel-Erde, & de minariis, nitrariis, sulphurariis, aliorumque viliorum metallorum fodinis, quæ nec inter regalia computantur, nec domino superiori vel principi cedunt, sed illorum usus cuique privato in fundo suo permissus est, *Rauchb. p.1. qu.22. n.12. Carpz. d. c. d.3. n.6.7.8.*

FEMI-

FEMINA.

Vid. loc. *mulier.*

FORMA.

1. Quicquid a lege negotiis civilibus præscribitur, illud semper ad formam substantialem referendum, ita ut, hoc neglecto, actus sit nullus, *l.5. C. de leg. Stryck. annot. ad Lauterb. tit. de solut. & liberat. verb. essentialis.*

2. Forma per æquipollens non potest adimpleri, *l.3. §. fin. l.33. de jurejur. Surd. consil.318. n.10.*

FORMULA.

Vid. loc. *clausula.*

FORNICATIO.

1. Meretricibus, palam omnibus se prostituentibus, relegationis pœna definita est, *Constit. Elect. Sax. 28. p.4. Carpz. pract. crimin. qu.70. n.17. seq.* Quæ ob circumstantias & qualitates fornicationis, veluti, si meretrix nuda in via publica & conspectu multorum sese prostituerit, addita fustigatione, quandoque exasperatur, *Carpz. c.l. n.31. Berger. œcon. jur. lib.3. tit.11. th.4. not.10. p.827.*

2. Mulieres vero non quidem publice se prostituentes, clam tamen meretricio more viventes, non statim in exilium mittuntur, sed carcere solum puniuntur, &, si aliæ circumstantiæ adsint, ac frequentia delicti accedat, demum relegantur, *d. constit. 28. Carpz. c.l. n.33.*

3. Viri cum meretricibus concumbentes, modo non sint mariti, carcere plectuntur, *d. constit.28. Carpz. c.l. n.43.* Quin ob circumstantias crimen multum aggravantes, scortatori gravior etiam pœna, ut relegatio, tuto imponi potest, *Carpz. c.l. n.45. seq.*

FORUM ACADEMICUM.

1. Illud hodie ab academicis non poteſt declinari, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 3. not. 5. p. 942.*

2. Studioſorum fora ſunt inprorogabilia, nec ſententia contra eos ab incompetente judice lata rei judicatæ vires conſequitur, *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 3. lit. b. p. 8.*

3. Quod autem reſtringendum ad eos, qui in academiis vivunt: extra eam enim alibi degentes loci illius magiſtratus jurisdictioni ſubjecti ſunt, licet quinquennium academicum nondum ſit elapſum, *Barth. c. l. Horn. cl. 8. R. 4.*

FORUM ADMINISTRATIONIS.

1. Forum adminiſtrationis intelligitur illud, quo adminiſtrator aut conſtitutus, aut confirmatus, itemque, ubi curam geſſit negotiorum adminiſtrator, non, ubi eadem eſt executus, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 3. not. 10. p. 945.*

2. Forum adminiſtrationis, a parte rei non ſolum, ſed & actoris, neceſſarium eſt, *Berger. c. l. Horn. cl. 12. R. 62.* & non in privatis minus quam publicis rationibus obtinet, *Berger. c. l.*

FORUM COMPETENS.

1. Lite ſemel cœpta, in foro competente, ulterius ibidem procedendum eſt, non obſtante fori incompetentia, ex poſtfacto per diſtractionem bonorum ſupervenientæ, *Carpz. lib. 2. R. 36.*

2. Forum competens in Saxonia conſtituitur per homagium vaſalliticum, *Wernher. Supplem. nov. ad p. 4. obſ. 2.*

3. Forum competens in perſonalibus non facit poſſeſſio prædii, & quod quis ſæpius ibi commoretur, *Mev. p. 4. dec. 256.*

4. Fo-

4. Forum competens facit connexitas causæ, quamvis unus habeat privilegium fori, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 12. p. 936.*

5. Add. loc. *continentia causæ.* loc. *arrestum commune, th. 2. 5. 6.* loc. *forum contractus.* loc. *forum delicti & deprehensionis.* loc. *homagium. th. 1.* loc. *processus injuriarum. th. 1. 2.*

FORUM CONTRACTUS.

1. Contrahentes in loco contractus, vel destinatæ solutionis forum sortiuntur, & conveniri possunt, idque sine discrimine, sive ibi reperiantur, sive non, *l. 19. §. 1. de judic. VVernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 304. n. 1. 2.* Nec avocari possunt a judice domicilii, quantumvis peculiariter privilegiato, *Carpz. lib. 2. R. 29.*

2. Jure autem canonico & moribus hodiernis id non aliter procedit, quam si reus eo in loco reperiatur, ut ibi citatio ipsi insinuari queat, *c. 1. §. contrahentes. de for. compet. in 6. Gail. lib. 2. obs. 36. n. 14. VVerrber. c. l. n. 3. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 1. p. 931.* modo non confestim de loco sit recessurus, *Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 123. seq. Carpz. lib. 2. R. 30.*

3. Qui cum advena, statim discessuro, fide de pretio habita, contraxit, eundem in loco contractus convenire nequit, *VVernher. d. obs. 304. Berger. c. l. not. 2.*

4. Si quis ad locum contractus veniens arresto detineatur, eo fine, ut ipsi citatio insinuari queat, forum competens haud est; neque valida obligatio nascitur ex jurejurando, quod forte præstat, de se in eodem judicio sistendo, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 305.* confer. tamen *Mev. p. 1. dec. 239.*

5. Cessat quoque forum contractus, si agatur

ad contractus rescissionem, *Berger. œconom. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 2. p. 931.* dissentit *Carpz. lib. 2. R. 29. n. 10. seq.*

FORUM DELICTI. DEPREHENSIONIS.

1. Forum delicti concurrit cum foro deprehensionis, *l. 1. C. ubi de crimin. agi oport.* atque obtinet, etiam in personis, dignitate clarissima, vel simili gaudentibus, *l. 1. C. ubi senatores, vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 3. p. 931.*

2. Forum delicti valet quoque in absentibus, *auth. qua in provincia. C. ubi de crimin.* Magistratus enim, ad requisitionem judicis loci delicti perpetrati, reum deprehensum eo remittere tenetur; nec remissionem declinare potest, licet se ipsum ad jus dicendum paratum dixerit, *l. 3. de re milit. l. 28. § 15. de pœn. Philipp. ad dec. 89. n. 14.*

3. Sed hodierno jure forum delicti tantum in præsentibus obtinet, ita quidem, ut nec judex deprehensionis ad remittendum, nec delicti judex ad avocandum reum teneatur; unde remissiones delinquentium hodie dicuntur esse, non necessitatis, sed urbanitatis, ita ut fiant ex gratificatione, datis tamen literis reversalibus, quæ eo collineant, ut 1) ejusmodi remissio non debeat esse præjudicio judici deprehensionis, 2) in casu simili judex delicti judici deprehensionis eodem modo gratificari velit, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 4. p. 932.* add. *Carpz. prax. crim. qu. 110. n. 53. seq. Mev. p. 7. dec. 86.*

4. Adhuc hodie tamen remissiones, ad locum delicti etiam necessitatis sunt, si, inquisitione finita, atque adeo, sententia lata, reus aufugiat, *Carpz. c. l. n. 63.*

n. 63. Imo sufficere, citationem realem per apprehensionem factam esse, præsertim, si lis sit contestata, tradit *Richter. p. 1. dec. 15, n. 16. Stryck. us. mod. tit. de judic. §. 27. Berger. c. l. not. 6. p. 933.*

5. Et cum coram judicio delicti cœpta sit inquisitio, sive per responsionem ad articulos, sive etiam per solam citationem, eamque rite, i. e. requisito judice deprehensionis, insinuatam, tum jus cognoscendi, atque animadvertendi, a judice delicti ita esse præoccupatum, ut idem illud deinceps ei nequeat interverti, docet *Berger. c. l. p. 932.*

6. Plane neque propterea, quod remissiones delinquentium non amplius necessitatis, sed tantum urbanitatis sint, forum delicti competens esse hodie desinere: cum nihil impediat, quo minus adversus reum, qui aufugit & alibi constitutus comparere recusat, edictalis citatio decerni & in contumaciam procedi queat; inprimis ubi jam ante fugam inquisitio cœpta, eidemque præsenti citatio insinuata fuit: quippe quo casu judicum alter alterum prævenisse intelligatur, tradit *Wernher. sel. obs. for. vol. 5. p. 8. obs. 380.* add. *Carpz. pract. crim. qu. 110. n. 47.*

7. Et, si reus, qui alibi domicilium habet, per locum delicti forte transeat, alio cursum dirigens, citationem ipsi ibidem insinuatam habere vim competens forum reddendi, tradit *id. Wernher. vol. 4. p. 6. obs. 308.*

8. Ast etiam ex carcere fugientes non remitti, neque exceptionem attendi præventionis, cum regula *legis 30. de judic.* ad causas criminales applicari nequeat, statuit *Mev. p. 7. dec. 86. n. 20* quamvis haud obscure contrarium docuit *p. 2. dec. 4. n. 7. 8.*

9. Remissiones ad locum delicti necessitatis quoque

quoque sunt in præfecturis El... .Sax. quandoquidem magistratus inferiores ad quæ... rem præfecturæ, in quà commissum est crimen, sic ... i petierit, reum remittere tenentur, *ord. prov. de* ... *1555. tit.* daß man die Ubelthäter, *Carpz. prax. c* ... *m. qu. 110. n. 59. seq. Berger. jurispr. crim. p. 337. & a* ... *nom. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 6. p. 933.*

10. Remissio locum non ... abet, nisi in delictis gravibus; in levioribus enim n... n conceditur, *l. 3. pr. de remiss. nov. 134. c. 8. Carpz. c. l. n. 66.* id quod de remissione delinquentium ad præfecturas in Sax. Elect. expresse dispositum est in *Resol gravam. de an. 1661. tit.* Von Justitien-Sachen, *Berger. c. l. & p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 191.*

11. Remissio fieri debet expensis remissionem petentis, *Carpz. c. l. n. 67.* & antequam fiat, requisito judici constare debet, tam de requirentis jurisdictione, quam de crimine, vere aut verosimiliter perpetrato ab eo, cujus remissio petitur, *Bald. in l. 1. C. ubi de crimin. Carpz. c. l. n. 65.*

12. Privilegium de non evocando non impedit forum delicti, *Carpz. lib. 2. R. 29. Mev. p. 2. dec. 4. Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 22. lit. a. p. 76.*

13. Quid, si judex domicilii fidem dederit judici delicti de remittendo reo, an reus dissensione sua impedire possit, quo minus remittatur? Id quod negat *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 2. not. 4. p. 932.*

14. Dominus jurisdictionalis, si quidem requisitus, subditum coram alio judice se, inquirendi causa, semel iterumque sistere, patiatur, cogi nequit, ut eundem etiam sistat ad executionem: quanquam hæc nihilo secius fieri potest, cum ibidem deprehendatur, *Berger. c. l. not. 6. p. 934.*

15. Fo-

15. Forum deprehensionis etiam locum habet in iis, qui deliquerunt in ædibus ecclesiasticis, v.c. parochialibus, quandoquidem jurisdictio ecclesiastica, quæ ratione ædium illarum ad jus episcopale spectat, hoc modo non violatur, modo, sine invasione violenta in ejusmodi ædes, reus deprehendatur, *Berger. c. l.*

16. Si judex loci, ubi deprehensus est reus, huic pœnam infligat ibi receptam, & a juribus loci, ubi delictum admissum, diversam, denuo adversus reum, ad infligendam, quæ in loco delicti admissi obtinet, in foro delicti procedi non potest; modo judici inquirenti omnes facti circumstantiæ & qualitates delicti cognitæ, nec a reo, circumveniendi judicis, & pœnæ debitæ declinandi causa, dolose quid celatum fuerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 41.*

FORUM DOMICILII.

1. Si reus pluria habet domicilia, actoris est eligere, ubi reum convenire velit, *arg. l. 2. §. 3. de eo, quod cert. loc. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 4. th. 1. not. 4. p. 928.*

2. In foro domicilii omnis actio institui potest, *l. ult. C. ubi in rem act.* ita ut dignitas ei, qui in territorio Ordinum Imperii degit, ab Imperatore concessa, jus domicilii non mutet, *Capit. Leopold. art. 44. Berger. c. l. not. 5. p. 929.*

FORUM ECCLESIASTICUM.

Vid. loc. *consistorium ecclesiasticum.*

FORUM EX ARRESTO.

Vid. loc. *arrestum commune. th. 2. 6. & forum contractus. th. 4.*

FORUM INCOMPETENS.

1. Qui adversarium coram judice incompetente convenit, privatur actione, *l. 5. C. de jurisdict. omn. jud.*

jud. ibique Brunnem. Requiritur vero, ut ju
lis, cujus jurisdictio ne partium quidem cons
rogari potest, *Carpz. lib. 2. R. 38.*

2. Cum actoris ignorantia aut simplic
currat, eadem pœna, tanquam odiosa, cessat,
quidem in actore requiritur dolus, *Berger.*

FORUM MISERABILIUM.

1. Miserabiles personæ intelliguntur
nimirum pupilli, non minores; 2) *sexu*, ne
duæ, non virgines, multo minus meretrices;
na, utpote furiosi, muti & surdi, diuturno mo
tigati, debiles, egeni & pauperes, non item uni
tes, imo ne piæ causæ quidem, *Berger. œcon. ju*
tit. 4. th. 3. not. 1. p. 938.

2. Ceterum, quod ad personas miserabil
te aut sexu, non interest, utrum etiam pauper
an divites, *Berger. c. l.*

3. Reus coram superiore judice con
opponere nequit exceptionem sive beneficiu
mæ instantiæ miserabilibus personis, *Carpz.*
R. 19.

4. Imo miserabiles personæ, etiam lite c
judice ordinario cœpta, & citatione parti adver
insinuata, mutare consilium, & adversarium stat
summum judicium pertrahere possunt, *B*
dec. 274.

5. Hoc forum privilegiatum etiam reo c
petere, tradit *Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 941.*

6. Cessat forum miserabilium, 1) si rem h
ant cum æque privilegiato in eodem genere, *Ca*
lib. 2. R. 19. n. 20. & 29. Berger. dec. 273. 2) si acto
maximam partem sunt majores, ceteri vero imp
res, *Berger. dec. 275.*

FORU

FORUM PRIMÆ INSTANTIÆ.

1. Subditi ac nobiles immediati Episcopatuum Martisburgensis, Naumburgensis & Misnensis in curiis, ut curia Lipsiensi vel Supremo Appellationum judicio Dresdensi conventi, beneficium primæ instantiæ opponere valent, *Carpz. lib. 2. R. 15.*

2. Consules & Senatores in civitatibus municipalibus, aliique officiales, immediate in Curiis Provincialibus Saxonicis, aut Supremo Appellationum judicio conventi, beneficium primæ instantiæ opponere valent, nisi contra aliquos in specie probetur prima instantia in superiori judicio fundata, *Carpz. lib. 2. R. 11.*

3. Consiliarius vel officialis Illustrissimi Electoris, non in aula, sed in alia civitate ac foro degens, in prima instantia invitus conveniri nequit in Curiis Provincialibus, aut Supremo Appellationum judicio, per tradita *Carpz. lib. 2. R. 13.*

4. Add. loc. *forum miserabilium. th. 3.*

FORUM PRIVILEGIATUM.

1. Forum privilegiatum, quo clerici gaudent, ad totam familiam, adeoque etiam ad famulitium eorum pertinet, *Brunnem. jur. eccles. lib. 3. c. 1. §. 12. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 12.* de quo tamen dubitat *Bœhmer. jur. eccles. protest. lib. 2. tit. 2. §. 43. seq. p. 1013.*

FRUCTUS.

1. Res judicata de restitutione fructuum, deductis impensis an Saamen und Arth-Lohn, concepta, de omnibus indistincte sumtibus, qui in perceptionem & conservationem fructuum facti sunt, intelligenda est, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 34.*

2. Com-

2. Compensationis exceptio, si restituendi sunt fructus a possessore, sive bonæ sive malæ fidei sit, quamvis non annexa litis contestationi, virtualiter in ipsa condemnatione reservatur, cum fructus non, nisi deductis expensis, intelligantur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 62.*

3. Equidem fructuum vocabulo omnis utilitas continetur, quæ occasione rei percipitur, *l. 95. §. 1. ad L. Falcid. l. 24. de usu & usufr. leg.* Ast sub fructibus, in re judicata, regulariter usuræ haud continentur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 300.*

4. Bonæ fidei possessor omnes omnino fructus, tam naturales, quam industriales, acquirit, *l. 48. pr. de A. R. D. l. 28. de usur. l. 22. C. de R. V.* consumtos scil. §. *si quis J. de R. D.* extantes enim restituere debet, per *l. 4. §. 2. fin. regund. l. 40. de A. R. D. Harprecht. ad §. 35. n. 36. seq. J. de R. D.* nisi sunt usucapti, præscribuntur vero jure civili triennio, jure Saxonico autem anno & die, *Carpz. p. 3. c. 32. d. 29.*

5. Restituit quoque bonæ fidei possessor fructus a tempore litis, sive vere, sive ficte, contestatæ perceptos, vid. *Horn. cl. 12. Sent. 79. Struv. ex. 11. th. 24.*

6. Nec minus bonæ fidei possessorem restituere consumtos, quatenus ex iis factus est locupletior, tradit *Carpz. d. c. d. 28. Struv. ex. 11. th. 23. Hopp. ad §. 35. J. de R. D. usu hod.* nisi sunt usucapti, *Carpz. d. c. d. 29.*

7. Plane bonæ fidei possessorem de fructibus consumtis non teneri, quamvis inde locupletior factus sit, docet *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 316.* add. *Peregrin. de fideic. art. 44. n. 114. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 17. not. 5. p. 243.* Aliud tamen obtinere in peti-

petitione hereditatis non ambigit *Wernher. c. l. n. 6.* add. *Hilliger. ad Donell. lib. 19. c. 13. lit. c. & d. Struv. c. l.*

8. Malæ fidei possessor omnes fructus, perceptos ac percipiendos, extantes & consumtos, restituit, *l. 25. §. 4. de heredit. petit. l. 22. C. de R. V. Rauchb. p. 1. qu. 28. Carpz. d. c. d. 30. Berger. c. l. not. 3. p. 242. in fin.* Et in fructibus æstimandis attenditur, non quos possessor, sed quos petitor percipere potuisset, *l. 62. §. ult. de R. V.*

9. Perceptio & inde dependens restitutio fructuum ante plures annos perceptorum fit ad determinationem œconomorum peritorum, *Horn. cl. 12. sent. 4. Berger. c. l.*

10. Si ratione fructuum calculus est ducendus, judex quidem omne id, quod ob moram rei actori abest, considerabit, ita tamen, ut ne nimium commentitiis querelis indulgeat, sed magis respiciat ad pensionem, quæ pro re fructifera quotannis solvi solet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 13.*

11. Sic quidem jure & usu receptum est, ut petitor fructuum eos designet & probet, antequam quantitas certa definitur & adjudicatur: attamen cum id difficile, aut non tanti isti sunt, ut eas litis ambages & difficultates mereantur, judex pro arbitrio poterit statim definire ex eo, quod ex re percipi, seu pro quo locari solet, *Mev. p. 3. dec. 373.* Ex probationum enim inopia aut difficultate judex incerta ad certam quantitatem redigit, ut lis eo facilius terminetur, *l. fin. de Prætor. stipul. l. un. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest.*

12. Ad effugienda quam plurima incommoda, quæ circa justificationem rationum, de fructibus per

plures annos perceptis, oriri solent, haud incongruum remedium est, si certum in singulos annos locarium determinetur ab ejusmodi patribus familias, quibus prædiorum qualitas & conditio nec non sumtuum & laborum quotannis impendendorum ratio satis nota est, *Rivin. ad O. P. S. tit. 28. en. 12.*

13. Fructus civiles, puta: decimæ, tributa, annui census & reditus, qui ex bonis censualibus vel emphyteuticis annuatim persolvuntur, nec non viduæ ex dotalitio debentur, pro rata temporis inter heredes defuncti & novum possessorem de jure civili dividuntur, *Berlich. p. 3. concl. 22. n. 6.* non modo, sed quoque jure Saxonico, *Constit. Elect. Sax. 16. p. 3. ibique Carpz. d. 1.* add. *Horn. cl. 8. R. 18.* Quod & verum est in iis, quæ singulis mensibus vel aliis temporibus præfinitis solvuntur, *Carpz. d. c. d. 2.*

14. Si contingat, bona ejusmodi censitica vel emphyteutica in testamento alicui legari, mortuo testatore ante solutionis diem, census annui ex ejusmodi bonis pro rata temporis, quo testator decesserit, legatario, pro rata vero temporis, quo testator vixerit, heredibus debentur, *Carpz. d. c. d. 4.*

15. Reditus annui ad vitam emti, mortuo ante diem solutionis emtore, pro rata temporis inter ejus heredes & venditorem dividuntur, *Hartm. Pistor. p. 1. qu. 24. n. 11. Carpz. d. c. d. 4.*

16. Mortuo usufructuario ante diem solutionis census ac reditus annui in totum ad proprietarium pertinent: ex adverso si moriatur usufructuarius post tempus ejusmodi censibus inferendis præstitutum, omnes reditus, quorum dies jam cessit, antequam exsoluti fuerint, ad heredes suos transmittit, *Berlich. p. 3. concl. 22. n. 29. Carpz. p. 3. c. 16. d. 5.* Priori casu, jure

jure Saxonico ejusmodi census tum demum ad proprietarium pertinere, si dies solutionis intra tricesimum a morte usufructuarii, vel paulo post, i. e. intra tres dies post tricesimum non venerit, habet *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 24. not. 4. p. 335.*

17. Eodem modo ejusmodi fructus civiles, v. g. census, decimæ &c. utroque jure, & communi, & Saxonico, tunc heredibus allodialibus cedunt, si dies eorum, vivo vasallo, jam venerit: alioquin ad feudi successorem pertinent, *Carpz. d. c. d. 6. & c. 32. d. 19. Struv. synt. jur. feud. c. 15. §. 16. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 13. n. 15.* licet dissentiat *Berlich. p. 3. concl. 44. n. 11.*

18. Quo vero ejusmodi fructus heredibus allodialibus cedant, jure Saxonico Electorali sufficit, si modo intra tricesimum, a morte vasalli, dies solutionis venerit, *Constit. Elect. Sax. 32. p. 3. ibique Carpz. d. 20.* Secus ergo est si tricesimus jam sit elapsus, etsi exiguum spatium intercesserit, *Wernher. c. l. n. 17.* quicquid in contrarium nitatur *Carpz. d. c. d. 21.* quem sequitur *Berger. c. l.*

19. Quod attinet illos fructus civiles, qui consistunt in mercede, vel pensione pro re locata præstanda, illi pro rata temporis dividuntur inter heredem usufructuarii & proprietarium si res locata, veluti prædium urbanum, singulis diebus fructum præstet, *l. 26. de usufr. Hopp. ad verba: ad heredes ejus non §. 36. J. de R. D. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 24. not. 4. p. 335.* Illarum vero pensionum, quæ pro locatis prædiis rusticis percipiuntur, eadem ratio est, quæ ipsorum fructuum, quocunque demum tempore dies solutionis venerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 13. n. 14.* add. *Hopp. c. l. Berger. c. l.* Idemque

que in feudo & dotalitio obtinet, *Carpz. p.3. c.16. d.7. Wernher. c. l.*

20. Quodsi reditus annui, census, & alii fructus civiles post mortem viduæ, dotalitium tenentis, vel alterius possessoris, saltem intra tricesimum fiant exigibiles, & eorum dies veniant, pro rata non dividuntur, sed ad heredes defuncti pertinent, *Carpz. d. c. d.8.*

21. Si vidua ex culpa, puta: ob adulterium, dotalitium perdat, vel vasallus feudum propter feloniam amittat, antequam dies censuum venerit, nihil quicquam de fructibus, postea exigibilibus, consequuntur, sed hi in totum ad agnatos vel novum possessorem pertinent, *Hartm. Pistor. p. 1. qu. 24. n. 53. Carpz. d. c. d. 9.*

22. Jure communi feudali, mortuo vasallo ante calendas Martii vel post Augustum, fructus, sive naturales, sive industriales, nondum percepti domino vel agnato, defuncto autem eo, post calendas Martii usque ad Augustum, heredibus vasalli cedunt, *2. F. 28. §. bis consequenter. 2. F. 68. Rosentb. de feud. c. 10. concl. 42. n. 48. Carpz. p. 3. c 32. d. 1. n. 5. seq. Horn. jurispr. feud. c. 16. §. 29.* Quam computandi rationem, ubi speciatim mutata haud est, hodienum attendi debere, putat *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 13. n. 5.* Nisi quod fructus vinearum heredibus allodialibus communiter addicant, etsi post mensem Augusti decesserit vasallus: quia nempe tardius apud nos vindemia contingere solet quam in solo Italico, ubi jus feudale natum est, *Hartm. Pistor. p. 1. qu. 24. n. 49. Horn. c. l.*

23. In Saxonia quoad fructus industriales, ad quos etiam fructus hortorum referuntur, illos nempe, qui sationem, rastrationem, similemve curam desiderant,

siderant, id solum spectatur, an eo tempore, quo vasallus moritur, maxima cultura peracta sit, nec ne. Priori casu fructus heredibus allodialibus, posteriori autem successoribus feudalibus cedunt, Landr. *lib. 2. art. 58.* ubi & aperte satis definitur, quando, tum in agris, tum in hortis, maximus labor factus censeri debeat; ibi: Des Mannes-Saat, die er mit seinem Pflug würcket, die ist verdienet, als die Egde darüber gehet: und des Garten, als er gerodet, gesäet und geharcket ist. Idem repetitum in *p. 3. constit. 32. ibique Carpz. d. 1. 2. Wernher. c. l. n. 8. 9.*

24. In aliis fructibus industrialibus, ubi similis cultura necessaria haud est, ut sunt lac & lana, *Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 210. n. 16.* jus coquendi cerevisiam, *Schrader. de feud. p. 2. sect. 3. n. 67.* venationes, *Modest. Pistor. p. 1. qu. 15.* fructus aucupiorum, lapidicinarum, cretifodinarum &c. *Schrader. c. l.* quia nihil mutatum, etiam apud Saxones jure communi feudali standum est, *Carpz. d. c. d. 9. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 13. n. 10.*

25. In vineis post diem Urbani maximus labor peractus censetur, Landr. *lib. 2. art. 58. Wernher. c. l. n. 11.* In Thuringia autem heredes non aliter lucrantur vineæ fructus, quam si possessor post ultimam operam, quæ vocatur das Ruren, decesserit, *Carpz. p. 3. c. 32. d. 8.* add. *Coler. de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 303.*

26. Fructus naturales in specie sic dicti, v. g. Wiese-Wachs, allerley Obst und dergleichen, jure Saxonico Electorali successorem feudalem cum ipso feudo indistincte sequuntur, *cit. constit. 32. ibique Carpz. d. 2. Wernher. c. l. n. 12.* Sed jure Saxonico communi in pomis, æque ac vineis, idem dies Urbani attenditur, Landr. *lib. 2. art. 58. Wernher. c. l. n. 13.*

27. Agro feudali a vasallo vivente rastris subacto, fructus industriales, in dotalitio nati, non ad viduam, sed ad mariti heredes allodiales pertinent, *Carpz. d. c. 3. d. 3.* Jure civili autem fructus una cum fundo dotalitio ad viduam, utpote usufructuariam, pertinere, docet *Coler. p. 2. dec. 261.* quia ususfructus alicujus fundi maxime annuus legatus cedit statim a tempore mortis testatoris, aut saltem a die hereditatis, *l. 1. C. & ff. per tot. quando dies legat. ced. L. 27. pr. de usufr.*

28. Vidua, dotalitio post mortem ipsius finito, fructus ex semine rastris subacto provenientes ad heredes suos, vel, si alteri nupserit marito, ad hunc, ceu heredem mobiliarem, transmittit, secus ac de jure civili, *Carpz. d. c. d. 4.* Extra Saxoniam vero maturis licet fructibus decedens vidua, nihil ex his ad heredes transmittit, *Myler. ad Ehrenbach. Gamolog. Princ. c. 14. §. 15. Stryck. us. mod. tit. quib. mod. usus-fr. amitt. §. 7.*

29. In foro enim Saxonico generale est, quod, mortuo usufructuario, fructus agri, ab eo sati & occati, heredes ejus lucrentur, *Carpz. p. 3. c. 32. d. 5. Berger. œcon. jur. lib. 2, tit. 3. th. 24. not. 4. p. 335.* qui vero jure civili heredibus usufructuarii non aliter cedunt, quam si ab ipso percepti fuerint, *§. 36. J. de R. D. ibique Hopp.*

30. Illi vero fructus, qui sationem aut aliam ejus generis culturam non requirunt, usufructuarii heredibus etiam in Saxonia non aliter cedunt, quam si, vivente usufructuario, percepti sint, vid. *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 95.*

31. Ma-

31. Maritus percipit fructus ex agro uxoris defunctæ, si, ea adhuc vivente, cultus & rastris subactus fuerit, *Carpz. p. 3. c. 32. d. 6.* Et, defuncto marito, post rastrationem agri conjugis suæ, fructus in eo nascentes non ad viduam, sed ad mariti heredes pertinent, *Carpz. d. c. d. 7.*

32. Quod, vivente vasallo aut usufructuario, seminatum quidem, nondum tamen rastratum est, non ad heredes, sed novum possessorem pertinet, *Carpz. d. c. d. 10.* In hoc tamen, & omnibus casibus, quibus fructus non ad heredes, sed ad novum possessorem pertinent, sumtus in culturam & sationem facti, antiquo possessori, ejusve heredibus sunt restituendi, *Carpz. d. c. d. 11. 12. 13.* Quo nomine ipsis competit jus retentionis, *Carpz. d. c. d. 14.*

33. Obstricti quoque sunt mariti heredes ad refusionem impensarum, quas vidua fecit in culturam agri sui, antequam ipsi nuberet, *Carpz. d. c. d. 15.*

FUNDUS DOTALIS. PARAPHERNALIS.

1. Dominium prædii dotalis in maritum transit, sed tantum revocabiliter, ita ut, soluto matrimonio, illud a marito restitui oporteat, sive inæstimato, sive æstimato, sed saltem taxationis gratia, ut constet, quantum intuitu deteriorationis ac damni forte in prædio dati, præstari oporteat, in maritum translatum fuerit prædium, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 90.*

2. Jure civili maritus fundum dotalem neque alienare neque oppignorare potest, sine discrimine, sive uxor consentiat, nec ne, *l. un. §. 15. C. de rei ux. act. pr. J. quib. alien. lic. vel non.* Jure canonico vero valet alienatio, si modo uxor in eam mediante

jurejurando consenserit, *c. 28. X. de jurejur*
sel. obs. for. p. 8. obs. 437.

3. In Saxonia Electorali ad alienation
dotalis satis est, si uxor in alienationem, a
ctam, cum peculiari curatore consentiat; n
su jurejurando opus est, *Wernher. d. obs. n.*
œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th 10. not. 16. p. 129. C
t 15. d. 21. Nec quicquam interest, utru
cum uxoris consensu, an uxor, consentient
fundum dotalem alienare dicatur, *Wernher.*
add. *Carpz. c. l.*

4. Ast fundus paraphernalis ab uxore
mariti, valide alienatur. &, ne in Saxonia
id peculiari curatore opus habet, *Dec. Elec*
ibique Philipp. obs. 5. Wernher. sel. obs. for. p.
Plane si maritus pretium lucrari velit, cur
erit, *Wernher. c. l. n. 3.*

5. Uxor fundum dotalem, a marito
constante matrimonio, nisi ad inopiam ille
vocare nequit, *VVernher. sel. obs. for. p. 2*

6. Maritus dominium fundi dotalis
bile, ac simul liberrimam alienandi facultat
quitur, si æstimatio ejus, venditionis erg
fuerit: æstimatio autem venditionis ergo
intelligitur, quando id actum, ut maritus l
quantitatis in dotem dandæ prædium habe
ut vel prædium vel æstimatio restitueretur,
sel. obs. for. p. 1. obs. 90. n. 4. 5. add. *Carpz.*
d. 21. n. 10.

7. Fundus ex pecunia dotali a marito
su licet uxoris emtus, non nisi in subsidium
do maritus non solvendo existit, pro dotal
VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 91.

FUNUS. FUNERIS CURA ET IMPENSÆ.

1. Cura funeris regulariter ad heredem pertinet, nisi testator alii curam funeris demandet, *l.12. §.4. l.14. §. ult. de religios. & sumt. funer. Stryck. us. mod. tit. eod. §.40. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 176.*

2. Patri non tantum cura, sed & impensæ funeris incumbunt, *Stryck. us. mod. tit. de religios. & sumt. funer. §. 43.* Mater vero non aliter obstringitur ad impensas funeris, quam si pater sit inops, *Stryck. c. l.* Et si parentes defecerint, in avos eadem devolvitur obligatio, *Stryck. c. l.*

3. Liberi pariter funeris curam & impensas sustinent, *Stryck. c. l. §. 44.* quibus deficientibus ad fratres devolvitur hoc onus, *Stryck. c. l.* in reliquis collateralibus, si parentelæ respectus concurrat, idem juris esse, putat *Stryck. c. l.* imo judicem reliquos etiam cognatos compellere posse ad funerandi necessitatem, tradit *Stryck. c. l.*

4. Cura funeris defunctæ uxoris sine dubio penes maritum est, sed sumtus ex bonis defunctæ uxoris suppeditandi veniunt. Quocirca, si nihil ex ejus hereditate lucratur, ab hoc onere prorsus immunis est, & impensas ex dote restituenda deducit; Sin dos sola apud maritum remaneat, una cum heredibus pro rata tenetur, *l. 22. de religios. & sumt. funer. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 73. n. 1. seq. Stryck. c. l. §. 45. & 46.* add. *Carpz. p. 3. c. 25. d. 19.*

5. Quodsi tamen uxor nulla bona reliquerit, nec pater ejus solvendo existat, maritus in subsidium tenetur impensas funeris suppeditare, *l. 28. eod. Wernher. d. obs. 73. n. 6. Stryck. us. mod. tit. de religios. & sumt. funer. §. 45.*

6. Ratione uxoris idem juris est in tumulando marito, *Stryck. d. §.45. Brunnem. ad l.44. de religiof.* nam si maritus non relinquat, unde sepeliri possit, uxor ad faciendas impensas est obstricta, *Carpz. p.3. c.25. d.7.*

7. Etiam socer tenetur ad impensas funeris nurus, si scil. filius adhuc vivat, & huic oneri ferendo par non sit, nurus autem ipsa egena, nec patrem divitem habeat: prædefuncto autem filio, illa obligatio cessat quoad socerum, *Stryck. uf. mod. tit. de religiof. §.48.*

8. Si obæratus, suborto jam concursu creditorum, decedat, creditores compelli non possunt, ut pro rata quisque tantum remittat, quantum necessario funeri sufficiat, sed tali casu magistratui hoc onus incumbit, si deficiant, qui sumtus funeris suppeditare teneantur, *Mev. p.2. dec.222. Stryck. c.l. §.55.* Quo tamen casu ipsa ecclesia, ejusque ministri sportulis suis renunciabunt, *Carpz. jurispr. eccles. lib.2. def.374.*

9. Sumtus funeris non ex feudo, sed allodio suppeditandi sunt, *Wernher. sel. obs. for. p.6. obs.297. n.5.* Sumtus tamen haud immodici, in funus vasalli facti, in subsidium ex feudo solvi debent, *Wernher. sel. obs. for. p.9. obs.135.*

10. Modus in sumtibus funeris servandus, nec ultra istum de his actio est, *l.14. §.16. de religios. & sumt. funer. Mev. p.2. dec.223. n.2.*

11. Qui in funus defuncti majores sumtus fecit, quam is voluit, eorum repetitionem non habet, *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.177.*

12. Cum funus ab una ad aliam ecclesiam ducere liceat, quæritur: an magistratus illius loci, per quem

quem ducitur, consensus requiratur? Id quod affirmat *Klock. vol. 1. consil. 10. n. 477.* dissentit, magistratui vero, si per aliud territorium ducatur funus, hoc denunciandum esse, quo illi constet, annon homo occisus per territorium ducatur, ait *Stryck. in us. mod. tit. de religios. §. 20. & in annot. ad Lauterb. tit. de mort. infer.* add. *Berger. œconom. jur. lib. 2. tit. 1. th. 3. not. 9. p. 210.*

13. Unde mortuus per alienam provinciam non ducendus est, nisi accedente publico instrumento, qua morte ille perierit, *Stryck. ad Lauterb. c. l.*

14. Pontificii pro numero ecclesiarum, per quas ducitur cadaver, exigere solent idem honorarium, ac si ibi terræ mandandus fuisset, *c. 1. X. de sepult. Stryck. c. l.*

15. Imo nihil solvendum esse pro exhibitione funeris, quamvis diversæ religionis homo fuerit defunctus, nisi in casu, quo jus retorsionis exercetur, tradit *Berger. c. l.* confer. *Stryck. us. mod. tit. de religios. §. 20.*

FURIOSUS.

1. Furiosus custodia, donec perfecte reconvalescat, detinendus, atque a consanguineis, aut, si quidem hi inopes sint, a magistratu, qui merum imperium habet, alendus est, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 7. not. 2. p. 181.*

2. Neque agnatos onus istud renunciatione hereditatis declinare posse, tradit *Carpz. lib. 4. R. 61.* Sed conferatur omnino Responsum Facultatis Lipsiensis, quod exhibet *Berger. c. l.*

3. Furiosus, qui ante furorem deliquit, in ipso furore pœna mortis affici non potest, vid. *Wernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 123. p. 352. Berger. Resolut. Lau-*

terb.

terb. tit. de priv. delict. qu. un. dissentit *Jason. in l. 9. n. 7. C. qui testam. fac. poss.*

FUR. FURTUM. FURTIVA RES.

1. Furtum qualificatum, ein gefliessener gefährlicher Diebstahl, in masculo punitur suspensione, in femina autem regulariter suffocatione in aqua; nullo casuum discrimine, furtum magnum sit, an modicum; iteratum sit, nec ne, *ordinat. crimin. art. 159. Stryck. us. mod. tit. de furt. §. 2. Berger. jurispr. crimin. p. 34. seq.* Hodie feminæ gladio feriuntur, quamvis nec exempla desint, ubi feminæ pariter laqueo suspensæ fuerint, præsertim in Saxonia, *Stryck. c. l. Carpz. pract. crimin. qu. 82. n. 71. Berger. c. l. p. 35. seq.*

2. Furtum qualificatum ex mente Caroli V. intelligitur periculosum, quod violentiam, vel metum violentiæ conjunctum habet, quod fit vel effractione vel ascensione, vel armis, atque adeo alternative, *d. art. 159.* At secundum benignitatem & usum fori, inprimis Saxonici, furti qualificati nomine indicatur seditiosum, quod fit vi armata, sive cum effractione, eaque violenta & seditiosa, *Carpz. pract. crimin. qu. 79. n. 34. seq. Berger. c. l. Stryck. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 206. & 161. nec non. p. 9. obs. 182.*

3. Unde furtum qualificatum vel violentum non est, si quis horreum, tugurium, vel stabulum effringat, vel etiam casam, aut ædes rusticas ex limo confectas securi aliove instrumento rumpat, vel pariete perfosso aut fenestris ejectis intret, aut si cistam, ædes, vel fores clave adulterina aperiat, vel tecta straminea conscindat, & sic ædes rusticas intret, vel in villis, aut oppidis tegulas in tectis destringat, atque evellat, aut si fur in ædes, scalis admotis, vel alia quavis ratione, ascendat, & sic furtum conscendendo ædes alie-

alienas committat, *Carpz. d. qu. 79. n. 34. sequ. Stryck. c. l.* quibus modis tamen jure Carolino committitur furtum qualificatum, *Berger. c. l.* Illud tamen furtum pro violento habendum esse, si quis pulvere nitrato seram rumpat, putat *Stryck. c. l.*

4. Jure Saxonico Electorali in crimine furti violenti & cum effractione commissi sola etiam quævis suspicio ad fustigationis pœnam & condemnationem ad opus publicum sufficit, propter mandatum de an. 1719. *VVernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 4. n. 121.* nec formali inquisitione opus est, sed sola responsio summaria sufficit, propter memoratam mandatum, vid. *VVernher. c. l. n. 125.*

5. Si furtum non violentum prima vice commissum fuit, pœna extraordinaria locum invenit, judicis arbitrio determinanda, & quamvis in *ordinat. crimin art. 160.* dicatur, daß die Straffe nach den Umständen an Leib und Leben solle geurtheilet werden, extra Saxoniam tamen pœnam capitalis non dictatur, sed carceris, mulcta, relegatio, aut ad summum fustigatio, pro diversitate circumstantiarum. Debet vero judex ad has circumstantias juxta *constit. crimin. c. l.* respicere 1) ad furti quantitatem, 2) an fur in ipso actu furandi, vel ubi res furtivas secum auferre voluit, deprehensus fuerit, an non, 3) consideranda est furis conditio & status, quoad ætatem, fortunas, genus seu familiam, & officium, quo defungitur, 4) eo respiciendum, quam damnosum furtum acciderit domino læso, *Stryck. us. mod. tit. de furt. §. 3.* add. *Berger. jurisprud. crimin. p. 36. seq.*

6. Furtum iteratum, seu secunda vice commissum iterum extraordinarie punitur, *constit. crimin. art. 161.* quamvis hoc casu, si res ablatæ alicujus valo-

ris

ris sunt, facilius ad pœnam fustigationis deveniri soleat, *Stryck. c. l. §. 4.* confer. *Berger. c. l. p. 39.*

7. Propter furtum tertia vice iteratum, extra Saxoniam, pœna laquei in masculo, & suffocationis in femina dictari solet, idque nullo discrimine, magnum sit, an parvum; manifestum, an non manifestum, *constit. crimin. art. 162. Berger. c. l. VVernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 283.* Sed usum fori Germanici in furto simplici, eodemque tertio, pœnam capitis vix aliter admitti, quam concurrentibus tribus requisitis: 1) ut quantitas rei furtivæ quinque solidos excedat, per solidum autem aureus Hungaricus intelligitur, non modo in Saxonia, *p. 4. c. 32.* sed & alibi *Carpz. pract. crimin. qu. 78. n. 26. Berger. c. l. p. 37. Stryck. c. l. §. 6.* 2) ut eadem non sit restituta, 3) fur jam semel a judice fuerit punitus, *Berger. c. l. p. 40.* confer. *Stryck. c. l. §. 5.*

8. Jure Saxonico, eoque Electorali, furtum simplex, si dimidiam partem quinque solidorum excedit, fustigatione ac perpetua relegatione; sin autem non excedat, relegatione tantum, aut carcere, aut multa punitur: sin vero furtum simplex sit magnum, quod scil. valorem quinque solidorum excedit, indifferenter laqueo punitur, nulla inita ratione iterationis, sive sit primum, sive secundum aut tertium, *p. 4. c. 32. Berger. jurispr. crimin. p. 41.* confer. *Stryck. us. mod. tit. de furt. §. 4. & 5.*

9. Hinc, jure Saxonico Electorali, fur, qui præcise quinque solidos furatus est, non suspenditur; nec qui præcise dimidiam partem quinque aureorum surripuit, fustigatur, *Carpz. pract. crimin. qu. 78. n. 108. & 111. Berger. c. l.*

10. Furto a pluribus commisso, si cujusque

portio

portio valorem quinque aureorum non excedat, suspendio, vel, si sit infra dimidiam partem quinque aureorum, aut eam solum exæquet, fustigatione singuli non sunt puniendi, *Carpz. c. l. n. 37. & 103. Berger. c. l. p. 42. in fin.*

11. Notandum hic est, non inspiciendum esse, quantum quisque furum accepit, sed quantum ex divisione æqualiter & proportione arithmetica facta, secundum numerum personarum, percipere potuisset, *Carpz. c. l. n. 43. Berger. c. l. p. 48.*

12. Proinde furto a pluribus commisso, ex quo uniuscujusque portio, si divisio æqualiter fieret, summam quinque solidorum non attingit, licet, inæquali divisione facta, unus vel alter plus reliquis, & ultra quinque ungaricos acceperit, pœna tamen laquei is puniendus non est, *Carpz. pract. crimin. qu. 78. n. 44. 45.*

13. Idque procedit etiam in furto commisso a personis, quarum una alterius portionem lucratur, ut: si maritus & uxor, vel pater & filius insimul quid contrectatint: etsi enim hoc furtum solus maritus aut pater lucretur, attamen si tam magnum sit, ut bis valorem quinque solidorum excedat, utrique pœna suspendii imponenda erit. *Carpz. c. l. n. 46.*

14. Sed aliter sentire videtur *Stryck. in us. mod. tit. de furt. §. 7.* ubi: *Ita vero hic circa computationem tenendum: si ipsi fures divisionem jam instituerunt, & uni non tribuerunt quinque aureos, forte, quod artis furandi nondum ita gnarus sit, uti quidem reliqui, tunc ille, qui minus quinque aureis accepit, a pœna suspendii liberatur.*

15. In æstimatione valoris quinque solidorum ad ipsum pretium rei furtivæ, non vero ad lucrum, quod

quod ex illa re furtiva ad furem pervenit, respiciendum est, *constit. crimin. art. 160. Carpz. pract. crimin. qu. 78. n. 51. seq. Stryck. c. l. §. 8. Berger. jurispr. crimin. p. 42.*

16. Nec fur a pœna ordinaria liberatur, quamvis rem furtivam perdidisse, aut alteri donasse, aut ab alio sibi iterum surreptam esse, dicat, *Carpz. qu. 80. n. 58. Berger. c. l.*

17. Æstimatio rei furtivæ, si adhuc extet, judicialiter fieri debet, adhibitis opificibus, atque artis mechanicæ peritis, iisdemque jurejurando adstrictis: si autem non amplius extet, æstimatione jurata ejus, cui furtum factum, standum est, *l. 9. C. unde vi. c. ult. X. de his, quæ vi metusque causa. Carpz. qu. 78. n. 55. seq. Horn. de sacram. Zenon. §. 29. & cl. 15. sent. 5. p. 1026. b. & sent. 7. p. 1030.*

18. Quodsi igitur is, cui furtum factum est, nolit, aut non possit, puta, morte præventus, jurare, exulat suspendii pœna, substituta in ejus locum fustigatione, *Berger. c. l. p. 45.*

19. Quando dominus rei furtivæ vel omnes res, vel majorem earum partem recipit, ita quidem, ut id, quod adhuc abest, valorem quinque aureorum non excedat, furi pœna suspendii remittitur, surrogata in ejusdem locum fustigatione ac relegatione perpetua, *Carpz. pract. crimin. qu. 80. n. 14. seq. Berger. c. l. p. 46. seq.*

20. Idemque obtinet etiam in uno alterove ex pluribus delicti consortibus, cujus portio recuperata fuit, *Carpz. c. l. n. 28. Berger. c. l. p. 47.*

21. Hodie in Saxonia Electorali pœnitentia furis & rei ablatæ restitutio non aliter a pœna suspendii liberat, quam si fiat ante responsionem ad articulos inqui-

inquisitionales, propter rescripta, quæ exhibet *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs. 225. & p.9. obs. 131.*

22. A pœna fustigationis restitutio rei furto subtractæ, ejusdemve pretii minus liberat, *Berger. jurisprud. crimin. p.44. & 47.*

23. Remissio domini rei furtivæ a pœna suspendii furem liberat, quamvis singula, quæ admisit, furta pœnam fustigationis mereantur, *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs. 212.*

24. Jure civili, quo fures saltem pœna pecuniaria multantur, condictio furtiva etiam adversus heredes furis ad interesse & æstimationem rei furtivæ competit, *l.7. §.2. de condict. furt. Philipp. ad dec. 86. obs. 1. n.4. & 10.* Imo hodie, fure suspenso aut fustigato, nihilosecius rei persecutoriis actionibus locum dari, tradit *Hopp. ad §. ult. J. de obligat. quæ ex delict. nasc. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th.6. not.7. p.779.*

25. Ast jure Saxonico, fure suspenso aut cum fustigatione in perpetuum relegato, aut carceri, loco pœnæ ordinariæ, mancipato, inque eo mortuo, rebus furto surreptis non amplius extantibus, heredes ejus ad æstimationem non tenentur, secus ac eo casu, si fur saltem custodiæ causa detineatur in carcere, inque eo, ante executionem pœnæ, morte abripiatur, *Dec. Elect. Sax. 86. ibique Philipp.*

26. Plane hodie quoque in Saxonia Electorali ex bonis furis, etsi ultimum supplicium vel pœnam corporis afflictivam sustineat, restitutio rei furtivæ, secundum æstimationem juratam, a domino factam, fieri debet, propter mandatum novissimum de an. 1719. vid. *Wernher. sel. obs. for. p.5. obs. 16.*

27. Fures apium & favorum, æque ac alii fures

 suspen-

suspendio puniri possunt, æstimatio eorum debi- tam quantitatem attingit, *B.* *er. p. 1. supplem. ad ju- rispr. crim. obs. 14. Wernber* *el. obs. for. p. 3. obs. 23.* & *p. 4. in supplem. ad obs.* dissentit *Carpz. p. 4. c. 36. d. 2.* & *pract. crim. qu.* *. n. 50. seq.*

28. Furtum a triturato bus, denen Dreschern, circa frumentum commissun pœna suspendi regu- lariter haud punitur, *Wernbe* *sel. obs. for. p. 5. obs. 103.*

29. Sola scientia furti c nmissi, si hoc magistra- tui revelatum haud sit, etiam n Saxonia Electorali re- gulariter extra pœnam est, *W* *ernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 269.*

30. Furtiva res vindic ri potest, ubicunque reperitur, sine refusione pretii; neque interest, sive bonæ, sive malæ fidei possessor sit, *l. 2. C. de furt. l. 23. C. de reivindic. Constit. Carol. art. 213.* Landr. *lib. 2. art. 36.* etsi a latronibus emta vel rapta, *Philipp. ad dec. 87. obs. 1. n. 1. seq.* aut in taberna publica, aut in foro, aut cum protestatione, in commodum veri domini, acquisita sit, *Philipp. c. l.* add. *Richter. dec. 96.*

31. Plane emtorem, si eo fine emisset, ut domino rem restitueret, deque eo protestatus esset, & protestationem literis contractus inseri curasset, ad restitutionem rei furtivæ non aliter esse obstrictum, quam si pretium ei reddatur, tradit *Carpz. p. 4. c. 39. d. 7.*

32. Vindicans rem furtivam ab emtore, qui est in bona fide, sumtus in ea factos ei restituere tenetur, nisi re usus fuerit, fructusque inde perceperit, *Carpz. d. c. d. 8.*

33. Qui scienter rem furtivam emit, si eam vel consumserit, vel alienaverit, æstimationem nihilominus præstare obstrictus est, *l. 14. C. de furt. Pingizer. qu. 49. n. 24. Philipp. ad dec. 87. n. 17. seq.* insuper-

que

que arbitrarie punitur, *d. dec. 87. Carpz. pract. crimin. qu. 87. n. 54. seq.*

34. Qui vero ignoranter rem furtivam emit, si eam consumserit, vel alienaverit, ad præstationem æstimationis non tenetur, nisi quatenus locupletior factus est, *d. dec. 87. ibique Philipp. obs. 2.* Quo ipso in Saxonia contraria sententia *Carpzovii p. 4. c. 39. d. 9.* explosa est.

35. Ignorantia in emtore non præsumitur, præsertim si clam emerit, *Sichard. in l. 2. C. de furt.* Igitur probanda est vel solo juramento purgatorio, *Carpz. p. 1. c. 22. d. 7. Philipp. d. obs. 2. n. 9. seq. Berger. p. 1. supplem. ad jurispr. crim. obs. 16.* Imo emtor, concurrentibus aliis & fortioribus indiciis scientiæ, ad eruendam veritatem, torturæ subjici potest, *Carpz. pract. crimin. qu. 87. n. 68.*

36. Si is, apud quem res furtiva reperitur, persona levis & malæ famæ est, in quem suspicio criminis cadere potest, indicium contra ipsum omnino nascitur, quod furtum commiserit, *l. 2. in fin. C. de furt.* nisi vel doceat, a quo rem emerit, *l. 5. C. eod.* vel in genere probet, se rem in loco publico emisse: si enim dicit, se a transeunte & ignoto accepisse, suspicionem adhuc magis auget, *d. l. 5.* Aliud est, si res furtiva apud hominem notæ fidei & integritatis reperitur: interdum tamen, ubi homini levi tortura, huic juramentum purgatorium dictatur, *Stryck. us. mod. tit. de furt. §. 25.*

37. Add. loc. *piscatio. th. 3. 4. 5. 6.*

FURUM RECEPTATORES.

Vid. loc. *Receptatores furum.*

FUSTIGATIO.

Vid. loc. *maritus. th. 31.*

G.

GABELLA. DETRACTIONIS JUS.

1. Magistratui, jus detractus exercere volenti, id statuto vel consuetudine introductum esse, probatio incumbit, *Carpz. p.3. c.38. d.19 Mev. p.2. dec.163. & p.7. dec.28. Berger. œcon. jur. lib.1. tit.2. th.18. not.1. p.88.* add. *Horn. cl.2. R.20.*

2. Jus detractus ei tantummodo competit magistratui, qui merum imperium, die Ober-Gerichte, habet, *Berlich. p.3. concl.52. n 19 Schepl'iz. consuetud. March. p.3. tit.8. §.25. qu.1. n.2.seq. Berger. c.l. not.5. p.88.*

3. Jus exigendi gabellam pro facultate vendendi in mercatu publico, Marckt-Geld, Stand-Geld, ad regalia pertinet, adeoque a magistratibus municipalibus illud non aliter exerceri potest, quam privilegio aut præscriptione immemoriali acquisitum, *Berger. œcon. jur. lib.1. tit.2. th.16. not.4. p.85. Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.11.*

4. Detractus est vel personalis, quando ab emigrante certa bonorum portio præstatur, quæ dicitur census emigrationis, Nach-Steuer, Nach-Schoß, vid. *Gail. lib.2. obs.36. n. 10. Berlich. d.concl.52. n.12. seq. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit.2. th.18. p.87.* vel realis, qui præstatur ab heredibus, repetentibus portionem hereditariam a loco rei sitæ, Abzug, wenn das Erbe aus denen Gerichten in Fremde abgefolget wird, *Berger. c. l. Schepliz. consuetud. March. p.3. tit. 8. §.2. Berlich. p.3. concl.52. n.37.38.* & locum quoque habet in legatis, *Kœppen. dec. 6. Berlich. d. concl.52. n.39.seq.*

5. Onus detractionis ad legatarium pertinet, *Rauchb. p.1. qu.16. n.9.seq. Carpz. p.3. c.38. d.20.*

nisi

nisi testator aliud expresse disposuerit, vel liberum & absque onere assignaverit legatum legatario: tunc enim onus heredis est, *Carpz. d. def. n. 12. seq.*

6. Detractus de rebus mobilibus ad nomina minus profertur, *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. p. 629.* gabella enim ab una specie bonorum ad aliam extendi nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 55.* Quodsi autem statutum loquatur de bonis simpliciter, vel speciatim de nominibus, tum jus detractionis competit magistratui non debitoris, sed creditoris, *Rauchb. p. 1. qu. 17. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 18. not. 3. p. 88. Struv. ex. 20. th. 25.*

7. Emtione venditione, mutuo dissensu, ante traditionem, itemque resignationem & investituram judicialem, resoluta, abiens emtor nomine detractus nihil debet, *Horn. cl. 11. R. 34. & 35.*

8. Locum habet jus detractionis contra omnes omnino homines, & contra ejusdem Principis vel magistratus subditos, in diversis curiis, civitatibus & pagis habitantes, & non solum contra plebejos, sed etiam contra nobiles, *Berlich. d. concl. 52. n. 20. seq. Wernher. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 125.* qui tamen *p. 3. obs. 70.* putat, quod nobiles ab hoc onere sint exemti, nisi aliud consuetudine introductum esse doceatur; & non solum contra cives, sed quoque incolas, *Mev. p. 2. dec. 160.*

9. Censum emigrationis non solvunt, qui expelluntur, & alio migrare coguntur, veluti propter diversam religionem, nisi sponte discedant, *Berlich. d. concl. 52. n. 13. seq.* vel propter delictum, *Berlich. c. l. n. 17. 18.*

10. Non subjacent juri detractionis, in civitatibus usitatæ, Principis officiales & ministri, nisi aliud con-

consuetudine introductum, *Mev. p. 7. dec. 28*
hanc immunitatem in illos non dimanare, qu
vitatis obtinuerunt, & deinceps, vendito fund
co recedunt, tradit *Berger. p. 1. Supplem. ad*
tit. 51. §. 3. p 632.

11. Porro a detractu immunes sunt cle
pastores & ministri ecclesiæ, eorumque vidua
ri, *Berger. E D. F. tit. 51. obs. 1. p. 693. & a*
lib. 1. tit. 2. th. 18. not. 2. p. 88. professore
membra in academiis, *Rauchb. p. 1. qu. 15. n. 2*
d. dec. 28. n. 14. Doctores atque Licentiati,
p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 51. §. 2. p. 630. in
vocati, *Mev. d. dec. 28. n. 15.*

12. Ex urbana jurisdictione sub acad
transeuntes juri detractus non esse obnoxios
Mev. p. 7. dec. 366. A quo etiam exemti su
atque parentes, nisi statuto expresse aliud de i
citum, *Rauchb. p. 1. qu. 15. n. 10. seq. Carpz.*
d. 19. n. 10. Mev. p. 3. dec. 242. add. *Berger.*
c. l. not. 2. p. 88.

13. Quando colonus, qui alicubi pra
duxit, in aliud territorium discedit, gabellan
tionis præstare haud tenetur, *Mev. p 7. dec.*
mas. dissert. de jur. detract. th. 38. Wernber
for. p. 4. obs. 125.

14. Re aliqua sub pacto addictionis in d
dita, pendente conditione hac resolutiva, g
laudemium solvi nondum debet, quia res
plene est alienata, sed, existente condition
potest ad venditorem, *Franzk. de laudem.*
Mudaus de contr. emt. c. 5. rubr. de pact. res

15. Magistratus cogi non potest, u
jus detractionis, ex hereditatibus maxime,

gitime quæsitum, quamvis civitas altera, datis literis, quas vocant, reversalibus, hereditatem civi illius sine detractione permittere velit, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 18. not. 5. p. 88.*

16. Jure retorsionis etiam in gabella emigrationis locus est, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 195.*

17. Detractionis jus pro ejus exercitio fundat arrestum & jus retentionis, *Mev. p. 7. dec. 64.*

18. Juri detractus, sigillatim considerato, negative sive privative præscribitur 5. annis, *Mev. p. 2. dec. 163. Berger. c. l. not. 6. p. 89.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 369.* qui, actionem, ad petendam gabellam, perpetuam esse, contendit.

19. Quod jure detractionis debetur, aliis creditis, potius non est, nisi hæc demum contractu sunt, postquam istud debetur, *Mev. p. 2. dec. 161.*

GERADA.

1. Inter geradam, quæ, defuncta muliere, ad proximam ejus cognatam devolvitur, quæque, defuncto marito, ad uxorem superstitem pertinet, præterquam circa oves, nulla est differentia. Uxor enim superstes omnes oves sexus fœminini utensilium nomine consequitur, non attento, utrum hæ propriæ illius, an vero mariti fuerint, nec utrum in ovilibus sive prædiis mariti existentes, vel elocatæ reperiantur: ad proximam vero cognatam illæ saltem pertinent oves, quas uxor ad maritum intulit, & quæ ipsius fuerint propriæ, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 22. Wernher. sel. obs. p. 5. obs. 154.*

2. Debetur gerada feminæ nobili pariter ac ignobili, nullaque ibi deprehenditur differentia, præterquam circa oves, anseres, annates & currum, quæ species feminæ nobili debentur, non vero ignobili, *Carpz.*

d.c. d. 24 Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. not. 9. p. 459. add. *Horn. cl. 8. R. 30. p. 505. seq.*

3. Quænam res ad geradam ſpectent, determinatum quidem eſt in **Landr.** *lib. 1. art. 24.* Potius tamen ex conſuetudine hoc ipſum dependet, quæ pro diverſitate locorum variat. Hinc in determinatione Geradæ primum inſpicienda loci conſuetudo, poſtea vero poſſeſſio mulieris: nam ex his bonis, quæ uxor tempore mortis poſſedit, bona utenſilia tantum peti ſolent, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 25. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 1. c. 4. § 10. Wernher. in ſupplem. nov. ad p. 5. obſ. 134. & obſ. 237. n. 6. 7.*

4. Sed ad res geradicas requiri, 1) ut ſint mobiles, 2) proprio uſui deſtinatæ, 3) ad fœminam jure dominii, aut titulo, ad illud conſequendum, habili, pertineant, 4) ſint transmiſſibiles: poſſeſſionem vero uxoris inter requiſita rerum geradilium minus recte referri, ſiquidem diſceſſeris a rebus, a marito profectis, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. p. 456. & not. 8. p. 458.*

5. Species geradæ prolixe enarratas vide apud *Hartm. Piſtor. p. 1. qu. 32. in fin. Richter. de ſucceſſ. ab inteſt. Sect 1. membr. 1. n. 69. ſeq. Struv. ad Ant. Matthæi de ſucceſſ. p. 401. ſeq.* Duo reſponſa Scabinatus Lipſienſis, quibus deſignatio rerum geradicarum continetur, exhibet *Beyer. in Volckmann. emend. p. 80. 85. & 90. 93.* Ejusmodi quoque reſponſum Wittebergenſe habet *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 337.* Denique multas ſpecies, quæ ad geradam pertineant, vel minus, recenſet *Carpz. p. 2. c. 14. d. 26. usque 48.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. not. 7. p. 457. Horn. cl. 7. R. 13. & cl. 8. R. 20.*

6. Gerada etiam res geradicas, quæ alibi, quam in

in loco domicilii reperiuntur, comprehendit, *Berger. dec. 101.* & debetur ex prædiis quoque conductis, *Horn cl. 8. R. 10. p. 475. seq.*

7. Res, geradicam qualitatem habentes, a marito uxori valide donantur; atque animus donandi ex eo satis colligitur, quod maritus ejusmodi res possessioni & custodiæ uxoris committat, *VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 396.*

8. Vendita vel æstimata gerada, pretium inde redactum jure geradæ non censetur, sed heredibus indifferenter, etiam masculis, cedit, *Mod. Pistor. p. 1. qu. 21. Carpz. p. 3. c. 30. d. 13.*

9. Pecunia, ad emendam geradam destinata, non censetur jure utensilium, *Coler. p. 1. dec. 60. n. 24. Carpz. d. c. d. 15.* add. *Horn. cl. 8. R. 21. p. 494. b.*

10. Ex promissione vero rerum utensilium, filiæ vel uxori facta, obstrictus est promissor proximæ etiam cognatæ, filia vel uxore defuncta, *Carpz. d. c. d. 16.*

11. In dubio, quando maritus uxori, illatorum nomine, certam pecuniæ quantitatem testamento reddi jussit, non intelligitur inclusa gerada, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 226.*

12. Ille, qui in Saxonia alicubi jus geradæ in usu esse, negat, idem illud probare debet, cum jus Saxonicum, quod de gerada disponit, in dubio ubique receptum esse, præsumatur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. not. 17. p. 460.*

13. Æs alienum mariti vidua, nequidem in subsidium, de gerada solvere tenetur, etiamsi geradæ nomine contractum, *Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 31. Carpz. p. 2. c. 14. d. 64.* Imo uxor, vivo marito, eoque bonis

lapso, geradam, præ aliis omnibus creditoribus, consequitur, *O. P. S. tit. 43.* §. und weil hierbey.

14. Si bona utensilia a marito fuerint oppignorata, non vidua, sed heredes mariti ea luere debent, *Hartm. Pistor. d. qu. 31. n. 23. Carpz. d. c. d. 63. & lib. 1. R. 93.*

15. Quod si tamen utensilia a marito pro pretio, eorum nomine, persolvendo venditori, vel cum uxoris consensu oppignorata, aut in fraudem creditorum comparata fuerint, vidua utique in subsidium tenetur, *Goldbeck. de gerad. c. 9. n. 80. seq. Carpz. d. c. d. 64.*

16. Debita mulieris defunctæ proxima cognata, deficientibus demum bonis hereditariis, in subsidium saltem de gerada solvere obstricta est, *Carpz. d. c. d. 65.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 189. n. 3. p. 504.* Imo si geradæ nomine debita fuerint a muliere contracta, ea cognata solvit, etiamsi alia bona hereditaria supersint, *Carpz. d. c. d. 66.* confer. *Berger. addit. ad œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. p. 1222.*

17. Hinc quoque geradam a muliere defuncta oppignoratam proxima cognata luere debet, *Carpz. d. c. d. 67.* nisi in communem rei familiaris usum illa a muliere fuerit oppignorata, quo casu heredibus redemtio ejus incumbit, *Carpz. d. c. d 68.*

18. Filiæ, etiam nobiles, in legitimam, quam, defuncta matre, ab intestato ex bonis mobilibus, patre superstite, accipiunt, geradam imputare tenentur, *Constit. Elect. Sax. 11. p. 3. ibique Carpz. d. 1.* sive solæ existant, sive una cum fratribus concurrant, *Carpz. d. c. d. 2.*

19. Detracta prius gerada, legitima de bonis solum hereditariis debetur, & ex iisdem, si gerada non suffi-

ſufficit, ſuppletur, *Carpz. d. c. d. 3.* add. *Horn. cl. 7. R. 8. p. 362. a.* ubi quod gerada ad æs alienum ſit referenda, adeoque prius deducenda, ſi quæſtio de legitima definienda.

20. Concurrente filia cum fratribus, in petitione legitimæ ex bonis maternis, portio filiæ per geradam ſuppleta patri, non fratribus accreſcit, *Carpz. d. c. d. 4.*

21. Ceſſat imputatio geradæ in legitimam maternam, ſi hæc, vivo patre, filiabus haud fuerit data, *Carpz. d. c. d. 5. Berger. dec. 102. n. 3. & dec. 104. n. 3.*

22. Uxore poſt maritum defuncta, filiæ, una cum fratribus ab inteſtato ſuccedentes, geradam maternam, ſine collatione, præcipuam habent. Quodſi tamen contingeret, filiam legitimæ in teſtamento matris ſibi relictæ petere ſupplementum, & tum geradam in favorem ſcripti heredis legitimæ imputari, quidam autumant, *Carpz. d. c. d. 6.*

23. Plane matrem aut aviam cavere non poſſe, ut gerada filiæ a coheredibus imputetur in legitimam, tradit *Berger. dec. 104. n. 5.*

24. Non imputatur gerada legitimæ paternæ vel avitæ, *Carpz. d. c. d. 7.*

25. Filius quoque clericus, maternam legitimam petens, ei geradam, quam a matre accepit, imputare tenetur, *Carpz. d. c. d. 8. n. 1.*

26. Nec minus mater legitimæ, quam poſt mortem filiæ ex bonis mobilibus a genero petit, geradam imputare debet, *Carpz. d. def. 8. Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 440.*

27. Filia ſororibus geradam, quam a matre accepit, conferre tenetur, niſi ſpecialiter ſibi donatam probet, *Carpz. d. c. d. 10.*

28. Ma-

28. Maritus, cui ex ſtatuto gerada competit, eam conferre debet ad legitimam non modo filiarum, *Carpz. p. 3. c. 12. d. 2. n. 2. 3.* Sed etiam filiorum, *Berger. dec. 102. & 103.*

GERADÆ ALIENATIO.

1. Gerada, per ultimam voluntatem, aut donationem mortis cauſa, alienari nequit, *Conſtit. Elect. Sax. 14. p. 2. ibique Carpz. d. 1.* niſi proxima cognata conſentiat, *Carpz. d. c. d. 2. Berlich. p 2. concl. 16. n. 1. ſeq. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 174. n. 4.*

2. Teſtamentum, extra provinciam Saxonicam conditum, non valet quoad geradam, ſi teſtatrix, mutato domicilio, ſe conferat in provinciam Saxonicam, ibique vita fungatur, *Carpz. d. c. d. 3.*

3. Inter vivos gerada, quocunque modo, & contractu, alienari adeoque donari poteſt, *d. c. 14. ibique Carpz. d. 4.* etiam a muliere ægrota, ita, ut proximæ cognatæ nihil prorſus de hac relinquatur, *Carpz. d. c. d. 5. Berlich. d. concl. n. 18. ſeq.*

4. Si donatio geradæ fiat judicialiter, requiritur, PRIMO: judicis autoritas, ut ſcilicet donatio fiat in judicio, coram judice pro tribunali ſedente, *d. c. 14. ibique Carpz. d. 9. n. 2.* fieri tamen quoque poteſt in ædibus donatricis, coram perſonis, judicii nomine ad hoc deſtinatis, ſervatis tamen ceteris requiſitis & ſolennitatibus. *d. c. 14. ibique Carpzov. d. 9. n. 4.*

5. At quid, ſi facta donatione in ædibus donatricis, coram perſonis, judicii nomine ad hoc ablegatis, moriatur donatrix, antequam donatio libro publico inſeratur? Nihilominus donationem geradæ ſubſiſtere, putat *Carpz. d. def. 9. n. 7. 8.*

6. Re-

6. Requiritur SECUNDO: præsentia donatricis, *d. c. 14. ibique Carpz. d. 9. n. 2.* TERTIO: autoritas curatoris, *d. c 14. ibique Carpz. d. 9. n. 2.* nec sufficit, ad actum donationis alium quempiam substitui a curatore, *Carpz. d. c. d. 11.* QUARTO: traditio clavium, *d. c. 14. ibique Carpz. d. 9. n. 2.*

7. QUINTO: requiritur designatio rerum donatarum, *d. c. 14. ibique Carpz. d. 9. n. 2.* non quidem particularis, sed sufficit generalis, v. gr. ut primo ponantur catenæ aureæ, armillæ, annuli, uniones, lecti & vestes, quibus postea subjiciatur clausula generalis: & quicquid præterea donatrix habet illarum rerum, quæ geradæ appellatione venire solent, *Goldbeck. de gerad. c. 7. membr. 3. n. 147. Carpz. d. c. d. 12.* Imo designatio geradæ plane omitti potest, si donatio facta sit in præsentia rerum donatarum, *Carpz. d. c. 14. d. 14.*

8. In specificatione geradæ quicquid expressum reperitur, donatum videtur, licet non sit res ad geradam pertinens, *Carpz. d. c. d. 13.*

9. SEXTO: requiritur insinuatio apud acta, ut nempe inseratur libro publico, dem Gerichts-Buche, *d. c. 14. ibique Carpz. d. 9. n. 2.* & denique SEPTIMUM requisitum est consensus mariti, *Carpz. d. c. d. 10.*

10. Donationis extrajudicialis geradæ requisita sunt, PRIMO: ut species donatæ valorem 500. solidorum non excedant *d. constit. Elect. 14. p. 2. ibique Carpz. d. 15. n. 2.* SECUNDO: ut donatio fiat in præsentia duorum vel trium testium, vel etiam notarii & testium, *d. c. 14. ibique Carpz. d. 15. n. 4.*

11. TERTIO: ut præsentes sint cistæ & capsæ, quibus species donatæ continentur, *d. c. 14. ibique*

Carpz.

Carpz. d. 15. n. 5. QUARTO: ut claves donatario tradantur; *d. c. 14. ibique Carpz. d. 15. n. 6.* quamvis hoc necessarium non sit, quando res ad geradam pertinentes realiter traduntur, *Carpz. d. c. d. 16.*

12. Ad donationem geradæ coram notario & testibus necessarius non est consensus alicujus curatoris ad litem, nisi alias ipsi de curatore ad litem provisum sit, *Carpz. d. c. d. 17. Thoming. dec. 6. n. 22.* dissentit *Finckelth. obs. 2.* cujus quoque sententia confirmata est, *dec. nov. 22. ibique Philipp. obs. 2.*

13. Nihilominus tamen ad donationem geradæ extrajudicialem a femina soluta, sive extraneo, sive liberis factam, absque consensu curatoris subsistere docet *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 357.*

14. Solam præsentiam donatricis geradæ in actu, quo eadem per curatorem donatario traditur, donationem geradæ ratam non efficere, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 28. not. 4. p. 277.*

15. Iis casibus, quibus gerada donari potest, traditionem, sive veram sive symbolicam per claves, ad effectum consequendi dominii, minus necessariam esse, quando femina usumfructum sibi reservat, tradit *Berger. c. l. not. 2.*

16. Donatio rei particularis, ad geradam pertinentis, absque requisitis solennibus, facta valet, *Carpz. d. c. 14. d. 8. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 362.*

17. Geradam, donationi omnium bonorum inclusam, valide non donari, ex eo præsupposito, quod donatio universorum bonorum, de jure, non subsistat, tradit *Carpz. d. c. 14. d. 21.*

18 Ad donationem geradæ requiritur quoque præsentia donatarii; nec a tertio absque mandato, pro absente donatario, acceptari potest; quod tamen

fallit

fallit in donatario pupillo, hujus enim nomine parens, aliave persona cognata geradam acceptare potest, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 6.*

19. Donatio geradæ marito facta non valet, etiamsi confirmata sit uxoris morte, *Constit. Elect. 13. p. 2.* vel juramento, *Carpz. ad d. c. 13. d. 1.* nisi sit antidoralis aut remuneratoria, *d. c. 13. ibique Carpz. d. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* ubi requisita pluribus exponit, add. *Berger. dec. 70.*

20. Donatrix usumfructum geradæ sibi reservare potest ad vitam: quo tamen casu cautionem usufructuariam præstare non tenetur, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 7.*

21. Sed uxorem, quæ marito geradam, reservato usufructu, vendit, eo nomine cavere teneri, tradit *VVernber. sel. obs. for. p. 10. obs. 382.*

22. Facta donatione geradæ, nec retento usufructu, donatrix res, ad geradam pertinentes, statim tradere tenetur donatario, *Carpz. d. c. 14. d. 8.*

23. Donatio geradæ revocatur ipso jure, ex supervenientia filiæ, nisi sit reciproca aut remuneratoria, *Carpz. d. c. 14. d. 19. 20.* add. *VVernber. sel. obs. for. p. 10. obs. 371.*

24. Quodsi donatio geradæ marito remuneratorie facta sit, illa propter supervenientiam filiæ non rescinditur, licet mater stipulata fuerit, ut, si contingeret, filiam sibi nasci, huic donatarius geradam redderet, quia mater liberis stipulari non potest, *Carpz. p. 3. c. 30. d. 17.*

25. Uxor vendere potest geradam, etiam in testamento marito, *Carpz. p. 2. c. 13. d. 9.* interveniente tamen peculiari curatore, cum maritus sibi ipsi consensum

ſenſum accommodare nequeat, *Carpz. d. c. d. 10. Berlich. p. 2. concl. 15. n. 48. Horn. cl. 4. R. 7. p. 238. b.*

26. Geradæ venditio, ab uxore marito facta, cum curatore non rite, veluti ab incompetente judice, conſtituto, valida non eſt, *Horn. cl 16. R. 33.*

27. Quidſi ratihabitio curatoris & conſenſus ejusdem ex poſtfacto accedat? emtionem venditionem non valere reſpondiſſe Facultatem Wittebergenſem, contra vero cenſuiſſe Senatum Appellationum, qui Dresdæ eſt, teſtatur *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 6. not. 3. p. 175.*

28. Plane vendere poſſe mulierem valide geradam, absque curatore, maxime liberis, ſiquidem *dec. 22.* quæ modo de donatione loquatur, ad caſum venditionis non ſit extendenda, tradit *VVernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 180.*

29. Et venditionem geradæ ab uxore, eademque minori, ſine conſenſu curatoris, cum marito contractam, accedente venditricis jurejurando, ita confirmari, ut deinceps ab ejusdem heredibus, aut cognata retractari non poſſit, docet *Berger. p. 1. ſupplem. ad E. D. F. tit. 8. §. 4. p. 129.*

30. Geradæ venditio, ab uxore marito extrajudicialiter facta, ſubſiſtit, etſi notarius cum duobus teſtibus adhibitus non ſit, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 370.* Quando vero coram notario a muliere venditur, curator ejus teſtis loco eſſe nequit, *VVernber. p. 9. obſ. 117.*

31. Etiam a tutore filiæ, adhuc infantis, patri, interveniente decreto, valide vendi poſſe, reſponderunt Domini Wittebergenſes apud *VVernber. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 248.*

32. Plane decretum magiſtratus non requiri, ſi bona

bona utensilia servando servari haud possint; tradit *Carpz. p. 2. c. 14. d. 69.* Idemque juris est, si pater filiæ geradam extraneo vendat, *Carpz. d. c. d. 70.*

33. Venditio geradæ etiam coram proprio judicio valide peragitur, quia est actus voluntariæ jurisdictionis, *VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 20.*

34. In dubio non tantum præsens, sed & futura gerada vendita esse censetur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 28. not. 5. p. 277. VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 24. & p. 10. obs. 381. nec non in supplem. nov. ad. d. p. 4. obs. 24. Horn. cl. 4. R. 7. p. 242. seq.*

35. Defuncto marito, uxor geradam, quam, reservato sibi ad dies vitæ usufructu, eidem vendidit, haud lucratur, sed, post usufructuariæ mortem, mariti heredibus, sine discrimine sexus, restitui debet, *Wernber. sel. obs. for. p. 5. obs. 183.*

36. Venditio geradæ minori pretio, quam revera valebat, firma & valida est, & a defunctæ uxoris cognata ex beneficio *legis 2. C. de rescind. vendit.* rescindi nequit, *Carpz. p. 2. c. 13. d. 11. 12.* confer tamen *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de rescind. vendit. ad verba: non etiam in contractu feudali. p. 339. & œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 28. not. 6. p. 278. VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 22. & 23. & in supplem. ad d. p. 4. obs. 20. Horn. cl. 4. R. 7. p. 241. b.*

37. Jus ex emtione geradæ marito semel quæsitum per nativitatem filiæ non exstinguitur: nam venditio geradæ ita comparata non est, ut tacite & ex sua natura hujusmodi conditionem includat, *Menoch. 4. præsumt. 175. n. 3. seq. VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 139.*

38. Gerada marito vendita, res geradicæ ab eo

poſtea uxori legatæ, iſta emtione venditione non comprehenduntur, *Horn. cl. 4. R. 7. p. 243. b.*

39. Sub pacto, quo maritus ſucceſſor uxoris univerſalis declaratur, gerada non continetur, *Horn. cl. 8. R. 31. p. 508. ſeq.*

GERADÆ SUCCESSIO.

1. Gerada defertur ſecundum ſtatuta & conſuetudinem loci, ubi defuncta habuit domicilium, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 54. Berger. dec. 108. Wernher. ſupplem. nov. ad p. 5. obſ. 134.*

2. Gerada filiæ innuptæ, ſecundum ſtatuta loci, ubi pater domicilium habuit, devolvitur, *Horn. cl. 7. R. 38.*

3. Succeſſio in geradam fit ſecundum ſtatuta magiſtratus, qui inferiorem, non qui ſuperiorem juriſdictionem habet, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 314.*

4. Ad geradam ab avia relictam neptes una cum filiabus in ſtirpes admittuntur, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 55.*

5. Mulieres ſolummodo per lineam femininam deſcendentes in gerada ſuccedunt, Landr. *lib. 1. art. 27. Goldbeck. de gerad. c. 5. n. 5. Carpz. d. c. d. 56.*

6. In ſucceſſione geradæ ſola cognatio attenditur, non habita ratione agnationis vel pluralitatis vinculorum, adeoque ad eandem filia uterina cum germana ſimul admittitur, *Carpz. d. c. d. 57. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. not. 12. p. 459.*

7. Filia ſpuria quoque matri naturali in gerada ſuccedit, *Carpz. d. c. d. 58.* ut & virgo veſtalis de jure Saxonico, *Carpz. d. c. d. 59.*

8. Nec minus clericus, isque vocatus atque ordinatus ad miniſterium, non item Studioſus Theologiæ, matri in gerada ſuccedit, eamque cum ſororibus dividit, Landr. *lib. 1. art. 5. Carpz. p. 2. c. 14. d. 60. n. 1.*

n.1. Berger. c.l. not.13. non etiam filiæ & ſorori, *Hartm. Piſtor. obſ. 172. n. 3. Carpz. c. l n. 4.* multo minus uxori prædefunctæ, *Carpz. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 21*

9. Quomodo in gerada ſuccedatur, ſi concurrat femina, v. c. marchica, ubi jus geradæ incognitum eſt, vid. *Berger. c. l. not. 18 p. 461.*

10. Literæ reverſales magiſtratus loci, ubi gerada non eſt in uſu, quibus permiſſio res eas, quæ alibi ad utenſilia referuntur auferendi data, non nocent heredibus, *Horn. cl. 8. R. 2. p. 464.*

11. Deficientibus cognatis feminini ſexus, tam ex linea recta, quam transverſali, gerada defertur judici, cui competit merum imperium, *Carpz d. c. d. 61. & p. 3. c. 38. d. 14. Horn. cl. 2. R 20. p. 121. b.* niſi viva uxore cuidam fuerit vendita, *Horn. cl. 8. R. 15. p. 485.*

12. Mortua uxore in conjugio, ipſius cognata proxima de gerada ſuperſtiti marito relinquere tenetur lectum ita paratum, ſicut erat, cum uxor adhuc in vivis exiſteret, menſam cum mappa, ſcamnum cum pulvinari & ſedile cum cuſſino, *Carpz. p. 2. c 14. d 49. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. not. 11. p. 459.*

13. Secus autem res ſeſe habet in heredibus mariti præmortui, vel defunctæ cognatæ, quibus uxor vel cognata nihil prorſus relinquere tenetur, *Carpz. d. c. d. 50.*

14. Gerada præſcribitur anno Saxonico, **Landr.** *lib 1. art. 28.* quod tempus demum poſt trigeſimum currere incipit, *Carpz. p. 2. c. 3. d. 12.* niſi 1) poſſeſſor ſit in mala fide, *Berger. c. l. not. 16. p. 460. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 4.* quanquam interpellationem extrajudicialem haud ſufficere putat *Carpz. lib. 6. R 106.*

n. 6. 2) res aliquas jam dudum præstiterit, *Berger. c. l.* Nec 3) currit præscriptio ignoranti, *Carpz. d. c. d. 13.*

15. Filiæ matris defunctæ, geradam a patre non petentes, præscriptione annali eam haud amittunt; etsi de jure suo protestati haud fuerint, *Goldbeck. de gerad. c. 9. n. 26. Carpz. p. 2. c. 3. d. 14. Berlich. dec. 287. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 139. n. 3. p. 415.*

16. Add. loc. *incola. th. 4.* loc. *nepos. th. 2.* loc. *Successio collateralium. th. 8.*

Gerichts-Verwalter.

Vid. loc. *Director judicii.*

Gnaden-Jahr.

Vid. loc. *annus Gratiæ.*

GUARANDA. *(a)*

1. Actor guarandam præstare haud tenetur, si reus eam haud petierit, nec judex actori ex officio eam injungere valet, *Carpz. proc. tit. 9. art. 4. n. 2. 3.*

2. Plane secundum *Resolut. Grav. de an. 1661. & Mandat. Elect. de an. 1691.* §. 4. guaranda præstanda est, antequam judex decernat citationem, *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. p. 152.* quanquam rarius id servari, & vulgo male negligi, experientia testatur, *Berger. dec. 310. n. 13.*

3. Guaranda valide præstatur, etiam reo absente, *Carpz. c. l. n. 17.* incumbit tamen actori, ut reo intimare faciat, præstitam esse guarandam & satisdationem: alias notificationem intermittens, reumque desertionis accusans in expensas condemnatur, *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 70. lit. a. p. 320.* add.

(a) Hodie in foro Saxonico Electorali guaranda plane est sublata per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 12. §. *un.*

add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 23. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 254.*

4. Guaranda regulariter actu corporali præstanda est stipulata, judici vel actuario etiam tantum data, manu, vel attactu baculi judicialis, *O. P. S. tit. 12. Constit. Elect. 4. p. 1. ibique Carpz. d. 1. Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 35. lit. b. p. 114. Rivin. ad O. P. S. tit. 12. en. 8.*

5. Unde, ut præstationi guarandæ fidejussores aut pignora accedant, opus haud est, *Carpz. proc. tit. 9. art. 4. n. 14. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 250.* dissentit *Kœnig. in proc. c. 48. n. 2. Rothschitz. proc. p. 18. n. 2.*

6. Etiam per procuratorem sine speciali mandato præstari potest, *Carpz. dec. 30. n. 7. & 12. Rivin. c. l. en. 5. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 7. n. 1. & supplem. nov. ad d. obs. 7. Berger. dec. 310.* dissentit *Beyer. in dissert. de guaranda. th. 10.*

7. Guaranda etiam præstanda est in causa criminali, *Carpz. p. 1. c. 4. d. 6.* reconventionis, *Carpz. d. c. d. 8.* & feudali, *Carpz. p. 1. c. 27. d. 6.* nec non summaria, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 19. th. 1. not. 1. p. 1022. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 126. & in supplem. nov. ad d. obs. 126.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 12. en. 4.* ubi vero monet, Scabinos Lipsienses eam in causis summariis haud exigere: quos tamen stylum pronunciandi mutasse, testatur *Berger. c. l.*

8. Cessat vero guarandæ præstatio in causis matrimonialibus, *Berger. c. l.* & in judicio provocatorio ex lege: diffamari, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 32. th. 1. not. 6. p. 1192.* nec non in processu executivo, *Rivin. c. l.* in quo guaranda plane inutilis est, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 126. n. 2. seq.*

9. Præstatio tamen guarandæ non mutat pro-

 cessum

cessum executivum in ordinarium aut summarium, quia illa superflui loco habetur, *Berger. dec. 311.*

10. Præstitæ guarandæ effectus est, ut actor reum indemnem servet contra omnes alios ob eandem causam ipsum convenire volentes, Landr. *lib. 3. art. 14. Carpz p. 1. c. 4. d. 1. & in proc. tit. 9. art. 4. n. 26 seq. Rivin. ad O P. S. tit. 12. en. 5. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 126.*

H.

HABITATIO.

1. Is, cui constituta est habitatio, illam alteri locare, vel precario concedere potest, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 3. th. 18. not. 1. p. 315. Horn. cl. 6. R. 3.* add. loc. *usus. th. 1.*

2. Habitationis servitus per subhastationem secutamque adjudicationem, haud extinguitur, etsi forte illius oneris nulla mentio in subhastatione facta fuerit; quo tamen casu æquum, ut periti arbitrentur, quanto minoris, propter tale onus, æstimanda sit domus; quam summam emtor retinebit, eademque utetur tam diu, quoad onus duraverit, *Wernher. supplem. nov. ad p. 1. obs. 268. n. 2. seq.*

3. Habitatio per non usum haud amittitur, *l. 10. pr. de us. & habit. Huber. prælect. ad Inst. tit. de us. & habit. §. 6. in fin. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 89.*

HÆRESIS. HÆRETICUS.

1. Corpus delicti in crimine hæreseos in actibus intellectus frustra quæritur, ideo sollicite indagandum est judici, adversus hæreticum procedere volenti, an malitia aliqua ex parte voluntatis, sine qua nullum verum delictum concipi aut intelligi potest,

teſt, appareat: hæc enim in pœna irroganda proprie corpus delicti erit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 4. n. 41.*

2. Hæreticos ultimo ſupplicio afficiendos eſſe, ſtatuunt Pontificii, vid. *Carpz. pract. crim. qu. 44. n. 20. ſeq.* Sed Evangelici Orthodoxi unanimiter ſentiunt, hæreticos prius placide admonendos eſſe, quod ſi non reſipuerint, vitandos & excommunicandos, ne bonos inficiant, ſed verecundiæ pudore ſuffuſi reſipiſcant, & ad cetera membra, quibus abſciſſi erant, applicentur; quod ſi adhuc dogmata ſua pertinaciter retineant, aliosque doceant, exilio plectendos, nequaquam vero ultimo ſupplicio afficiendos eſſe, vid. *Carpz. c. l. n. 30. ſeq.* add. *Berger. jurisprud. crim. p. 123. ſeq.*

3. Ubi vero hæreticus ſeditioſe agit, aut hæreſin cum maledictis & blasphemiis conjungit, pœnis, etiam capitalibus, recte ſubjicietur: quas tamen non, ut hæreticus, quatenus in intellectu errat, ſed, ut quivis alius civis ſeditioſus, ſuſtinebit, *VVernher. c. l. n. 42.* add. *Carpz. c. l. n. 41. ſequ. ubi n. 45. ſequ.* teſtatur, uſu ac conſuetudine Saxonica obtinuiſſe, ejusmodi hæreticos ſeditioſos aut blasphemantes igne comburi. Conferatur omnino *Titius* in der Probe des Teutſch. Geiſtl. Rechts, *lib. 3. art. 5. §. 35. ſeq.* ubi *§. 41.* concludit, hæreticos, qua hæreticos, nulla plane pœna affici poſſe, neque iis honeſtam ſepulturam denegandam eſſe. Quocum conſpirare videtur *VVernher. c. l. n. 45. ſeq.* cum hac tamen limitatione, ſi tranquille vivant, nullaque omnino malitia ex parte voluntatis ſe exerat.

4. Hæreticum autem, qui utut intus, & in corde, ſe erroris ſui convictum eſſe ſentit, hoc tamen

ore profitetur, & hæresin dimittere pertinaciter detrectat, ceteroquin autem a seditione & propagandi erroris studio alienus est, pœna aliqua plecti posse, statuit *VVernber. c. l. n. 53. seq.*

5. Si hæretico a magistratu interdictum sit, doctrinam falsam disseminare & spargere, is vero, inhibitione non attenta, alios seducere & corrumpere pergat, propter obsequium, magistratui denegatum, ut quisque alius civis inobediens, punietur, *VVernber. c. l. n. 43.*

6. Sic quoque hæretico injungi posse, ut sacris orthodoxis intersit, quo sic occasionem nanciscantur, errorem suum exuendi, & tenebras intellectui offusas dissipandi, adeo ut si illud non fecerit, propter jussum magistratus insuper habitum, pœnæ rursus sit reus, tradit *VVernber. c. l. n. 44.*

HEERGEWETTA.

1. Catalogus rerum expeditoriarum reperitur in Landr. *lib. 1. art. 22. & apud Struv. ad Ant. Matthæi de successf. p. 27.* add. *Carpz. p. 3. c. 38. d. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.*

2. Solus usus defuncti, licet quotidianus, eidemque proprius, non efficit, ut res ad heergewettam referatur, sed respiciendum est, an catalogo, quem habet Landr. *d. l.* contineatur, *VVernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 476.*

3. Si quædam res ad heergewettam alias pertinens actu non adsit, heres eam comparare & agnato proximo restituere non tenetur, *Horn. cl. 8. R. 20. p. 492. b. Carpz. d. c. d. 32.*

4. Heergewetta relinquitur a solis nobilibus, Landr. *lib. 1. art. 27.* non autem a civibus & rusticis, nisi consuetudo aliud recepit: quam consuetudinem

nem hodie in Saxonia ubique fere locorum vigere, testatur *Carpz. d. c. d. 24.* add. *VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 432.*

5. Clericus nec relinquit, nec capit heergewettam, *Carpz. d. c. d. 38. 39. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. not. 1. p. 457.*

6. Inter plures agnatos, pari in jure existentes, res expeditoriæ æqualiter dividuntur, excepto gladio, quem natu major præcipuum habet, *Carpz. d. c. d. 31. Berger. c. l. not. 3.*

7. Nepotes cum filiis ad successionem rerum expeditoriarum in stirpes admittuntur, ac jure repræsentationis gladium avi defuncti præcipuum habent, *Carpz. d. c. d. 36.*

8. Heergewetta solius intuitu agnationis, atque adeo non germanis tantum, sed etiam consanguineis defertur, *Berger. c. l. not. 2.* add. *Carpz. p. 3. c. 38. d. 37.*

9. Deficientibus agnatis, heergewetta cedit magistratui, merum imperium habenti, Landr. *lib. 1. art. 28. Constit. Elect. Sax. 38. p. 3. ibique Carpz. d. 21.*

10. Præfertur tamen magistratui agnatus defuncti, etiamsi alibi commoretur, modo in loco, contra quem jus retorsionis nequeat exerceri, *Carpz. d. c. d. 22.*

11. Ex rebus expeditoriis æs alienum non [illegible] solvendum, nisi nomine illarum sit contractum, *Ca[illegible]. d. c. d. 42.* aut in subsidium, quando hereditas n[illegible] est solvendo, *Carpz. d. c. d. 41.*

12. Sicuti filia geradam legitimæ maternæ [illegible]ta filius res expeditorias legitimæ paternæ imput[illegible] cetur, *Carpz. p. 3. c. 11. d. 9.*

13. Non valet quis alienare heergewettam, in præjudicium proximioris agnati, per testamentum aut donationem mortis causa, *Carpz. d. c. d.34.* Potest vero illa in testamento seu actu testandi valide vendi, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th.3. p.344.*

14. Vendita a marito uxori heergewetta, qualitas heergewettæ exspirat, atque adeo mortua ante maritum uxore, devolutaque ad ipsum mobilium successione, res, quæ olim fuerunt heergewetticæ, tanquam præcipuas non habet, sed de iisdem quoque in subsidium legitimam filiarum supplere tenetur, *Horn. cl. 16. R. 43. p. 1322. b.*

15. Res expeditoriæ præscribuntur anno Saxonico, **Landr.** *lib. 1. art. 28. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 40. not. 6. p. 457.* requiritur vero bona fides & titulus, *Horn. cl. 8. R. 35. p. 515. b.*

16. Add. loc. *successio collateralium. th. 8.*

HEREDIS INSTITUTIO.

1. Liberi & parentes necessario heredes sunt instituendi in legitima: quo non facto, testamentum impugnatur, vid. *nov. 115. c. 3. & 4. Stryck. de cautel. testam. c. 16. §. 2.* Imo etiam in testamento parentum inter liberos opus est, liberos scribi heredes, *l. 21. §. 1. C. de testam. auth. quod sine. C. eod. nov. 107. c. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 236. n. 3.* add. loc. *testamentum parentum inter liberos. th. 9. & 10.*

2. Subsistit tamen institutio, licet non sit facta in tota legitima; non quidem eo sensu, ac si reliqua parte carere necesse habeant: sed quod testamentum tanquam inofficiosum impugnare nequeant, eo contenti, si, quod legitimæ deest, suppleatur, *l. 30. C. de inoffic. testam. Stryck. c. l. §. 10.*

3. Non

3. Non autem sufficit, liberos heredes instituisse, sed si quis testamentum ab omni ruptura securum esse velit, nascendorum quoque seu posthumorum, ut & nepotum rationem habere debet, ne alioquin filio post testamentum nato, vel aliquo ex filiis decedente, & nepotem relinquente, rumpatur testamentum, alias legitime conditum; Imo si testator adhuc parentes habeat superstites, & plene securus esse velit, hi quoque in eventum deficientium omnium descendentium heredes sunt instituendi, *Stryck. c. l.* §. *5. 6. 7. 8.*

4. Fratres & sorores præteriri, vel ex quacunque causa exheredari possunt: modo heres scriptus non sit persona turpis, aut levi macula laborans, *Stryck. c. l.* §. *12.* add. loc. *exheredatio fratrum.*

5. Unde, cum femina, quæ usurariam pravitatem exercuerat, eoque nomine condemnata erat, a marito in testamento heres instituta esset, exclusis fratribus & sororibus unilateralibus, subnexa tamen codicillari clausula, hi vero illius, ut turpis personæ, institutionem, querela inofficiosi, occasione *legis 27. C. de inoffic. testam.* impugnassent, ad restitutionem hereditatis condemnata est, teste *Barth. Hodeg. For. c. 3.* §. *2. lit. l. p. 491.*

6. Quod si denique testator nec fratres & sorores habeat, ex mero ipsius arbitrio dependet, quemnam in testamento suo heredem instituere velit, modo in specie non prohibitus sit, heredem institui, *Stryck. c. l.* §. *13.*

7. Heredes institui nequeunt, 1) deportati, *l. 1. C. de hered. instit.* hodie banniti, *Stryck. c. l.* 2) collegia illicita, *l. 8. C. eod.* cujusmodi est judæorum, *l. 1. C. de judais, Carpz. p. 3. c. 13. d. 36. n. 10. seq.* secus

cus

cus est quoad singulos ex collegio, *Finckelth. obs. 84. Stryck. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 11. p. 365.* 3) hæretici, *l. 4. §. 2. C. de haret. nov. 115. c. 3. nov. 144. c. 1. Berger. c. l.* 4) apostatæ, *l. 3. C. de apostat. Berger. c. l.* 5) filii perduellium, *l. 5. §. 1. ad l. jul. majest. Berger. c. l.* 6) mulieres intra annum luctus nubentes, *l. 1. C. de sec. nupt. Stryck. c. l.* 7) liberi incestuosi, & adulterini, *nov. 89. c. fin. Stryck. c. l.*

8. Liberi naturales, eorumque mater, a patre, liberis legitimis extantibus, ultra unciam heredes instituì nequeunt, *nov. 89. c. 12. Berger. c. l.*

9. Personis inhabilibus succurri potest, si sub conditione recuperatæ capacitatis instituantur heredes, *per l. 62. pr. de hered. instit.* nullo modo vero per clausulam codicillarem: hæc enim quidem defectum solennitatum, non autem inhabilitatem heredis aut testatoris, supplet, *Stryck. de cautel. testam. c. 16. §. 14.*

10. Mortuus heres institui non potest, *l. pen. de his, qua pro non script. hab.* Cum vero sæpissime accidere possit, ut is, quem heredem scribere volo, tempore testamenti condendi in locis dissitis commoretur, neque certo constet, an adhuc in vivis existat, nec ne, institutio hoc modo: *Mevius* (qui absens est) *heres esto, aut si ille vita functus, ipsius liberi* (vel alii cognati) *heredes sunto*, fieri potest, *Stryck. c. l. §. 18.*

11. Licet heredes instituere, quot quis velit, *§. 4. J. de hered. instit. l. 13. §. 1. eod.* modo voluntas exitum habere possit, *Stryck. c. l. §. 20. Hopp. dissert. de joco c. 4. th. 8. seq.*

12. Institutio heredis non valet, quoties non apparet, quis designatus sit heres, nisi ex aliis probationi-

tionibus fuerit revelatum, de qua persona testator senserit, *Carpz. p.3. c.9. d.14.*

13. Quid obtineat, si aliquis Sanctus, Christus, ecclesia, vel pauperes heredes instituantur, & quoad ejusmodi heredis institutio valeat, vid. *Stryck. c.l. §.19. & 21.* add. *Rittersh. ad novell. p.6. c.14.*

14. Integra etiam familia heres institui potest, veluti: *familia, cognatio, liberi Titii heredes mei sunto:* cum hoc tamen temperamento, quod in ejusmodi casu familia illa vocata censeatur, non simul & eodem tempore, sed ordine successorio, *Stryck. c.l. §.31.* add. *Carpz. p.3. c.9. d.17.*

15. Itaque, si testator velit, ut omnes, etiam remotiores, succedere debeant, illud expresse cavere debet, *Stryck. c.l.* Plane cognati, conjunctim heredes instituti, simul succedunt, nec proximiores remotiores excludunt, *Carpz. d. c. d.16.*

16. Ex distinctis familiis in genere heredes instituti, pro ratione & numero familiarum, divisionem faciunt: Sed in capita succedunt, si per particulam: *æque, simul*, ad hereditatem vocati fuerint, *Carpz. d. c. d.15.*

17. Sic quoque institutis *nominatim* Cajo, & *collective* fratribus meis, una semissis Cajo, altera fratribus attribuitur, nisi illis, qui collective scripti sunt, particula *æque*, zugleich, aut similis addita sit: tum enim pariter viritim ex æquis partibus instituti censentur, *Berger. œcon. jur. lib.2. tit.4. th.12. not.4. p.367.*

18. Instituta herede femina cum liberis suis videntur quoque instituti posthumi, *Carpz. p.3. c.10. d.11.*

19. Error in nomine heredis institutionem non vitiat,

vitiat, *§. si quidem in nomine. J. de legat. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 7.*

20. Heredis institutio fieri debet per verba dispositiva & directa, veluti: *do, instituo, heres esto*, &c. illa enim faciunt heredis institutionem, non etiam verba obliqua & enunciativa, cujusmodi sunt *mando, jubeo, rogo heredem meum. Carpz. p. 3. c. 9. d. 6. vel, si Cajus, filius meus, heres non erit, Sempronius heres esto;* cujusmodi in casu locus datur liberis, testamentum tanquam nullum impugnandi, quia revera præteriti fuerunt, *Stryck. de cautel testam. c. 16. §. 3. & 4.*

21. Verba enunciativa, quæ simillima sunt dispositivis. ex. gr. Weil ich meinen Vetter N zum Erben instituire, will ich, daß er mich soll ehrlich zur Erden bestatten lassen rc. rc. important heredis institutionem, *Carpz. d. c. 9. d 24.*

22. Verba communia seu æquivoca, veluti *lego, tribuo, relinquo, perveniant, pertineant habeant, permaneant*, in dubio pro directis habentur, ac heredis institutionem faciunt, nisi ex circumstantiis alia testatoris mens appareat, *Carpz. d. c. d. 7. Berlich. p. 3. concl. 15. n. 29. seq.* add. *Stryck. c. l. §. 11. & 16. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 19.*

23. Heredis institutio quocunque in loco testamenti fieri potest, §. *34. J. de legat. & l. 34. C. de testam. Stryck. de cautel. testam. c. 16.* §. *15.* & valet testamentum, si testator, quoad heredis institutionem, se ad certam schedulam referat, *l. 77. de hered. instit. Stryck. c. l. §. 22. 23.* Num vero hoc etiam in testamento nuncupativo fieri possit, Dd. inter se non conveniunt, vid. *Stryck. c. l. §. 25.*

24. Heredis institutio in alterius arbitrium conferri non potest, *l. 32. de hered. instit. A. Fab. in C. lib. 6.*

lib. 6. tit. 5. def. 6. quamvis jus canonicum illud permittat, *c. 13. X. de testam.* vid. *A. Peretz. ad C. de hered. instit. n. 8.* In ipsius vero heredis arbitrium recte confertur, per *l. 69. & 86. de hered. instit. Stryck. c. l. §. 27.*

25. Captatoria heredis institutio non valet, sed testamentum vitiat, *l. 64. de legat. 1. l. 74. de hered. instit.* adeo ut nequidem in militis testamento locum inveniat, *l. 11. C. de testam. milit. l. 1. in fin. de his, quæ pro non script.* Talis verò non est, nisi concipiatur verbis in futurum collatis: *si me scripserit heredem.* igitur verba præteriti temporis: *quia me heredem instituit*, hautquaquam testamento officiunt, *l. 71. de hered. instit.* Unde, quando conjuges se invicem heredes scribunt, institutio captatoria esse non censetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 388.* vid. omnino *Stryck. c. l. §. 28.*

26. Nec ex certo tempore, nec ad certum tempus heres institui potest: sed detracta temporis mentione institutus heres perpetuo heres erit, *§. 9. J. de hered. instit. l. 34. eod.* Excipitur testamentum militis, *per. l. 41. de testam. milit. Stryck. c. l. §. 30.*

27. Quapropter vel necessum est, ut ille, quem ad tempus institutum cupit testator, fideicommisso gravetur de hereditate alteri, lapso tempore, restituenda; vel testator duos heredes instituat, unum in usufructu ad certum tempus, alterum in proprietate, detracto usufructu, quo casu, finito prioris usufructu, ad posteriorem, lapso tempore, universa bona, jure consolidationis, perveniunt, *Stryck. c. l.*

28. Extraneus sub quacunque conditione, etiam casuali, heres scribi potest: quo casu heres, ante conditionis eventum, moriens ad heredes suos nihil transmittit,

mittit, *Stryck. c. l. §.32.* Liberi vero saltem sub potestativa heredes institui possunt, *l. 15. & fin. de condit. instit. l. 4. C. de instit. & substit. Brunnem. ad d. l. 4. n. 6.* Imo ne hæc quidem legitimæ cum effectu adjici potest, *arg. l. 32. C. de inoffic. testam. Stryck. c. l. §. 32. Ludovic. us. pract. distinct. jurid. lib. 35. tit. 1. dist. 2.*

29. Conditio impossibilis non vitiat heredis institutionem, sed pro non adjecta habetur, *§. 10. J. de hered. instit. l. 1. & 14. de condit. instit. Stryck. c. l. §. 33.*

30. Falsa causa heredis institutionem & dispositionem non vitiat, nisi per modum conditionis adjecta, *§. 31. J. de legat. l. 72. §. 6. de condit. & demonstr. Bachov. ad J. tit. de legat. §. 31. n. 2. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 162.*

31. Heredis institutio, solo nutu, ad præcedentem alterius interrogationem, facta, non valet, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 32.*

HEREDITAS.

1. Nemo jus successionis, sive hereditatem sibi delatam amittit propterea, quod religionem pontificiam amplexus fuerit: utraque enim religio permissa est, ita ut ab una ad aliam liber sit transitus, absque bonorum, famæ vel honoris jactura, *Rittersh. ad nov. p. 6. c. 3. n. 14. seq. Carpz. p. 3. c. 14. d. 10.*

2. Regulariter in Imperio Romano extraneorum hereditas cognatis denegari non solet, *auth. omnes peregrini. C. commun. de success.* nisi jure retorsionis adversus Gallos, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 18. n. 2. 3.* Quod casu hereditas non magistratui merum imperium habenti, sed fisco principis cedit, *Wernher. d. obs. 18.*

3. Here-

3. Heredum communia, seu ad hereditatem communem pertinentia nec potest, nec debet heredum unus pro lubitu dispensare, sed omnium super iis est communicatio, *l. 3. ibidem Salyc. C. famil. ercisc. Mev. p. 3. dec. 19. n. 5.*

HEREDITAS JACENS, VACANS.

1. Hereditas jacens est, quamdiu illa non aditur, ubi tamen adeundi spes est, *l. 82. de hered. instit. l. 3. l. 39. l. 69. de acquir. heredit. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 388.* E contra vacans hereditas dicitur, cum deficit omnis spes adeundi, puta, quando, facta diligenti inquisitione & citatione eorum, quos causa successionis contingit, nullus invenitur, qui velit esse heres, *Coler. c. l. n. 389.* quo posteriore casu bona defuncti omnia, tanquam vacantia, ad fiscum devolvuntur cum suo onere, *l. 1. l. 4. C. de bon. vac. Coler. c. l.*

2. Generaliter autem jacere dicitur hereditas, secundum jus civile, tribus temporibus. Primo namque est illud intervallum, quod extat a die mortis defuncti, usque ad tempus, quo aperiuntur tabulæ testamenti, *l. 1. quemad. testam. aper.* vel in casu intestati, quando heres comperit, succedendi jus ad se devolutum esse, *l. fin. §. similique modo. C. de jur. deliber. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 393.* Secundum tempus incipit a die notitiæ testamenti, vel cognitæ successionis ab intestato, & durat per triginta dies, quibus præparat se heres ad confectionem inventarii cum solennitatibus ad hoc requisitis, *d. l. fin. §. sin autem dubius. C. de jur. deliber. Coler. c. l. n. 394.* Tertium tempus currit post illos 30. dies, & durat usque ad alios 60. dies, in quibus & inventarium conficere & deliberare heredi licet, an velit hereditatem adire,

vel eam repudiare, adeoque totum tempus jacentis hereditatis, quo & inventarium perfici & deliberari debet, an quis velit esse heres nec ne, in rebus præsentibus, a die scientiæ de devoluta hereditate ab intestato vel ex testamento, spatium est trimestre, aut, si res non sint in loco, annale, *l. fin. §. donec. & §. sin autem dubius. C. de jur. deliber. Coler. c.l. n.395.*

3. Quamdiu jacet hereditas, intra ea tempora, quæ aditioni, confectioni inventarii vel juri deliberandi sunt præfinita, non datur licentia neque creditoribus, neque legatariis aut fideicommissariis hereditatem vel ad judicium vocare, vel per alios processus executivos molestare, vel etiam ex pacto hypothecæ res hypothecatas vindicare, *l. fin. §. donec. C. de jur. deliber. Coler. proc. exec. p.2. c.3. n.387. & 396.* add. *Mev. p.5. dec.353. n.1.* adeo ut, quamvis sententia contra viventem lata sit, illo tamen postea defuncto, hereditate nondum adita, judicatum executari non possit; sicut & interim cessat executio instrumentorum guarentigiatorum adversus jacentem hereditatem, *Boer. dec.10. n.3. Coler. c.l.*

4. Jure vero Saxonico paulo aliter se rem habere, eoque tempus jacentis hereditatis inter præsentes non esse, nisi 30. dierum, computandorum a tempore scientiæ mortis defuncti, vel delatæ hereditatis ex testamento vel ab intestato, intra quod saltem non tantum creditores hereditatem jacentem inquietare vetari, sed etiam ipsos heredes possessionem bonorum defuncti, nisi rerum servandarum causa, ingredi posse, per Landr. *lib.1. art.22.* tradit *Coler. c.l.* confer. autem loc. *hereditatis aditio. th.*

5. Vicissim actiones, hereditatis nomine, competentes, donec adita erit, quiescunt: plane, si quis heredi-

hereditatis, vel defuncti, vel heredis futuri causam agere & contra debitores hereditarios experiri velit, admittendus est, maxime si periculum sit in mora, vel alia quædam necessitas urgeat, *Mev. p. 7. dec. 97.*

6. Nihil prohibet vero ingressum vel missionem ex primo decreto, etiam adversus hereditatem jacentem expediri, non alium tamen in finem quam pro custodia & conservatione rerum, *l. 8. ex quib. caus. in possess. eat. l. 4. §. toties. de damn. infect. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 417. seq.* Imo peti potest missio in possessionem bonorum non solum ex primo, sed & ex secundo decreto 1) pro legato pauperibus ad alimenta relicto, *Angel. in l. scimus. 22. §. donec. 11. C. de jur. deliber. Coler. c. l. n. 423.* unde quoque viduæ & familiæ defuncti usque post tricesimum ex practica providetur de certis alimentis, ita ut hæc, ad instar aliarum rerum hereditariarum, non includantur, nec consignentur, *Coler. c. l. n. 424.* 2) in mandata restitutione usurarum, a debitoribus exactarum, *Coler. c. l. n. 425.* 3) pro impensis funebribus, *Angel. in l. 1. §. hac stipul. n. 16. si cui plusquam per L. falcid. Coler. c. l. n. 427.*

7. Unde jacenti hereditati ut plurimum curator datur, qui eam administret & defendat, maxime ad instantiam creditorum, *Bartol. in l. 23. §. 2. de hered. instit. in l. 2. n. 1. de curat. bon. dand. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 422. Hartm. Pistor. obs. 193. n. 5. Carpz. p. 3. c. 14. d. 8. n. 1. Mev. p. 7. dec. 97. n. 4. 5.*

8. Hujus officium in eo consistit, ut actiones omnes hereditarias exerceat, etiam eas, quæ tempore perituræ non sunt; ergo & a defuncti tutore vel curatore rationes exigere poterit, *Pistor. d. obs. n. 3. Carpz. c. l. n. 3. 4.* Cujusmodi curator etiam ad re-

ſciſſionem contractus ex cauſa læſionis agere poteſt, *Carpz. d. def. 8.* niſi défunctus eam ſervari voluit, *Carpz. d. c. d. 9.* confer. *A. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 10. def. 9.*

9. Lapſus fatalis, ad appellandum provocantibus præfixus, non nocet hereditati jacenti, ſed alius demum terminus quatuor menſium indulgetur heredibus poſt aditionem, *l. fin. C. ſi pendent. appell. mors interv. Coler. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 406.*

10. Pœna in eventum non factæ ſolutionis ad certum diem promiſſa, etiam, ante diem mortuo promiſſore, committitur, licet ejus hereditas nondum adita fuerit, *l. 19. de negot. geſt. l. 2. l. fin. de naut. fœn. l. 77. de verbor. obligat. Coler. c. l. n. 407.* Æquitas tamen ſuadet, ſubveniri heredibus contra petitionem pœnæ per in integrum reſtitutionem, ex illa generali clauſula: *ſi qua mihi juſta cauſa videbitur, l. 1. ex quib. cauſ. maj. Angel. de Perus. in d. l. ad diem. 77. n. 2. de verbor. oblig.* add. *Coler. c. l. n. 409.*

11. Poſt tempora aditioni, confectioni inventarii vel juri deliberandi præfinita, ſi non adſit, qui adeat, vel adire volens differat, vel adeunti controverſia fiat, inde hereditarias res apprehendere & creditoribus ſatisfacere impediatur, tunc duplici remedio his conſultum, vel ut immiſſionem ex primo decreto petant & impetrent, *l. 3. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Mev. p. 5. dec. 353. n. 2.* vel ut curatorem, qui res hereditarias adminiſtret, & creditoribus inde ſolvat, conſtitui curent, *Mev. c. l. n. 3.*

12. Contra hereditatem nihil decernitur, niſi prius certo, an & quis heres ſit, conſtet, ideo ſi jacens eſt, nec de ſanguine conjuncto conſtat, curator ad ejus cuſtodiam & adminiſtrationem conſtituitur, in-

terea

terea de herede inquiritur, juxta *l. 1. & tot. tit. C. de curat. bon. dand. Mev. p. 8. dec. 192. n. 2.* Si vero adsunt ejus cognati, illis injungitur, ut intra certum tempus declarent, an hereditatem adire velint, *A. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 12. def. n. 4.* idque faciendum, antequam ad petitionem creditorum aliquid decernitur, *Mev. c. l. n. 3.* Ab herede suo autem non exigitur declaratio animi, sed contra ipsum agitur & decernitur, nisi in jure interrogatus, an heres sit, se talem non esse dixerit, vel si protestatione differt immixtionem, vel sub conditione tantum immiscere velit, deque ea existat controversia: tunc, quo certum sit judicium, etiam ab herede suo exigitur declaratio de immixtione, *Mev. p. 8. dec. 193.*

13. Si defuncti proximiores consanguinei, veluti heredes, ad litem reassumendam citati, se nolle esse heredes, declarant, obtendentes, concursum creditorum jam cœpisse, jacenti hereditati dari solet curator, qui actionibus respondeat; facta autem jam creditorum immissione aut occupatione, si curator bonis datus est, hic fit liti obnoxius, eo vero nondum constituto, ad omnes creditores concurrentes decernenda est citatio, qui in bonis atque causis obærati successorum seu heredum instar habentur, ideoque ea præstare tenentur, quæ defuncto incubuerunt, *Mev. p. 5. dec. 286.*

14. Si jam quisquam bona hereditaria occupaverit, ab altero vero isti controversia moveatur, vel hereditatis petitio intentetur, creditoribus actio est tam contra petitorem quam possessorem, *l. fin. §. 1. seq. C. de petit. heredit. Mev. p. 5. dec. 353. n. 4.* Si quidem heredum successio sit, sed divisio, aliaque circa successionem incerta, tunc quæ inter illos sunt lites,

tes, minime obstant, quin creditoribus satisfiat; unde heredibus injungi potest, ut creditoribus satisfaciant, nisi immissionem in bona hereditaria fieri velint, *Mev. c. l. n. 7.*

HEREDITATIS ADITIO.

1. Jure civili hereditas pure delata statim adiri potest, jure Saxonico *per* Landr. *lib. 1. art. 22.* autem demum post trigesimum, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 49. not. 4. p. 490.*

2. Licet tamen rerum servandarum gratia, etiam ante 30. diem bona ingredi, sed absque potestate disponendi circa res hereditarias, Landr. *c. l. Coler. p. 1 dec. 102. & proc. exec. p. 2. c. 3. n. 397.*

3 Hereditas tota adeunda est: non autem pro parte ea adiri, pro parte repudiari potest, *l. 1. & 2. l. 80. §. 1. de acquir. vel omitt. hered. Berger. c. l. not. 5.*

4. Per solam aditionem hereditatis possessionem non acquiri: sed per apprehensionem demum naturalem; etiam in herede suo, contra *Carpzovium dec. 225. n. 18.* notat *Berger. d. th. 49. p. 487.*

5. Unde possessione unius rei apprehensa, ceterarum rerum hereditariarum possessio illico acquisita non censetur; quod capiendum de rebus hereditariis sui natura divisis: secus est in connexis, *Berger. d. th. 49. p. 488.*

6. Porro non una est ratio rerum separatarum: namque earum aliæ sunt heterogeneæ, aliæ homogeneæ; illæ sigillatim sunt apprehendendæ, nisi eodem loco concludantur; tum enim, occupato continente, occupatæ quoque censentur contentæ; at hæ, siquidem uno nomine collectivo comprehenduntur, v. c. grex ovium, una apprehensa, omnes apprehensæ censen-

ſentur, modo uno ſint in loco: nam, ſi in diverſis exiſtant, ſingulæ apprehendendæ ſunt, *Berger. c. l.*

7. Aditio hereditatis, imo immixtio in ſuo herede non præſumitur, ſed ab allegante, v. gr. creditore patris defuncti a liberis heredibus ſolutionem exigente probanda eſt, *Carpz. p. 3. c. 14. d. 20. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 229. & p. 7. obſ. 1. n. 34. p. 6. nec non in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 229.* confer. vero loc. *hereditas jacens. th. 12.* Imo ne tum quidem eadem præſumitur, cum conſtet, hereditatem non eſſe damnoſam, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 49. not. 2. p. 489.*

8. Præſumitur tamen aditio in herede extraneo, ſi rebus hereditariis tanquam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo, locandove, *§. 6. J. de hered. qualit. & differ. ibique Hopp.*

9. Adhuc facilius præſumitur immixtio in ſuo herede. Ita præſumitur filius, qui poſt mortem patris moratus eſt in bonis paternis, ſe paternæ hereditati immiſcuiſſe, *Berger. c. l.* maxime, ſi bona paterna adminiſtret, fructus & reditus ex hereditate perceperit, debita hereditaria exegerit, aliove modo ſe pro herede geſſerit, *Carpz. p. 3. c. 14. d. 21. & lib. 6. R. 66. Mev. p. 4. dec. 173.*

10. Ejusmodi igitur in caſibus ab herede, tam extraneo, quam ſuo, contrarium, ſe ſcil. alio quam hereditario nomine, veluti ex dote legitima, credito &c. illa bona poſſidere, probandum eſt, *Carpz. d. def. 21. n. 6. ſeq. Mev. p. 1. dec. 71. & 72.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 1. n. 34. p. 6. Berger. c. l.*

11. Imo tunc locus erit purgatorio jurijurando, maxime cum animus poſſidendi exteriori ſenſu

vix percipiatur, atque adeo jurejurando sit explorandus. *Berger. c. l.* add. *Gail. lib. 2. obs. 128. n. 9. Carpz. d. c. d. 22.*

12. Quo igitur omnis evitetur disputatio, utile est pro herede, si ab initio statim protestetur, se non animo hereditatem acquirendi, sed vel pietatis vel custodiæ causa, hoc vel illud facere, *Berger. c. l. p. 490. Hopp. c. l.*

13. Qui negat, adiisse hereditatem vel se immiscuisse, non statim censetur, hereditati renunciasse, eamve repudiasse, *A. Fab. in C. lib. 6. tit. 12. def. 19. pr. Mev. p. 3. dec. 306.*

14. Hæc declaratio mentis: *Si quid discussis bonis, post exsolutum æs alienum superérit, se in eo cum aliis coheredibus succedere velle*, pro aditione non habetur: hereditas enim pure & absque conditione adiri debet, & aditio non est, quæ fit sub conditione, *Mev. p. 9. dec. 143. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 49. not. 3. p. 490.* confer. tamen *id. Mev. d. p. 9. dec. 193.*

15. Post aditam hereditatem heres creditoribus hereditariis satisfacere cogitur, *§. 5. J. de hered. qualit. & differ. Philipp. ad dec. 57. obs. 1. n. 1. 2. 3.* licet hereditas solvendo non sit, *l. 8. pr. de acquir. vel omittend. heredit. Perez. in C. tit. de jur. deliber. n. 33. Brunnem. ad d. l. 10.*

16. Ne igitur heredes, sive sint extranei, sive sui, temerarie aut festinato suscipiendo hereditatem damnum incurrant, concessum ipsis est spatium deliberandi annale, a tempore scientiæ computandum, *§ 5. J. de hered. qualit. & differ. ibique Hopp. Struv. ex. 33. th. 52. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 50. p. 491.* Quod adhuc hodie, etiam in foro Saxonico Electo-

Electorali in usu est, *Dec. Elect. Sax. nov.57. Wernher. p.7. obs.1.* add. *Hopp. ad d. §.5. Usu hod.* licet *cum Coler. proc. exec. p. 2. c.3. n.397. seq.* dissentiat *Titius jur. priv. c. 12. §.15. Thomas. in not. ad ff. tit. de jur. deliber. & Inst. tit. de hered. qualit. & differ.* add. *Schilter. exercit.38. §.151 seq.*

17. Intra annum deliberandi heredes conveniri nequeunt, ita ut nec actio inchoari, nec actio inchoata (a) continuari contra eos possit, *Swendend. ad Fibig. p.393. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 50. not. 1. p. 491. Wernher. c. l.* ubi præjudicium.

18. Sicuti vero hoc spatium annale intelligendum est de casu, si creditores, aut substituti, vel sequentes gradu urgeant aditionem, *nov. 1. c. 1.* §. 1. *Hopp. ad §.5. J. de hered. qual. & differ.* add. *Struv. ex.33. th.52.* Sic quoque, si non urgeant usque ad 30. annos integrum est heredi, adire hereditatem, *l.9. C. de jur. delib. Hopp. c. l.* Si scilicet a tertio possideatur hereditas. Quoad enim vacua est hereditatis possessio, juri adeundi nullo unquam tempore præscribitur, *Berger. c. l. th.52. p.500. & Resolut. Lauterb. tit. de adquir. vel omitt. heredit. ad verba: adiri potest statim ac delata est.*

19. Intra certum tempus mentem de se immiscendo vel abstinendo, adeundo vel repudiando declarare, sub pœna exclusionis, jussus non prohibetur post illud adire, vel se immiscere, donec secuta sit sententia, *Mev. p. 8. dec.58.*

(a) Imo hodie, non obstante beneficio deliberandi, heredes litem continuare tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 17. §. 1.*

20. Si quis beneficio inventarii adierit hereditatem, ultra vires hereditatis non obligatur, *l. fin. §. 4. C. de jur. deliber. Hopp. c. l. Struv. d. ex. th. 57.* detrahere poteſt legatariis & fidei commiſſariis quartam falcidiam, *d. l. fin. §. 4. auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid. Hopp. c. l.* nec non ſervare id, quod ſibi a defuncto debebatur, cum alioquin id interire debuiſſet, propter confuſa per aditionem heredis & defuncti bona, *d. l. fin. §. 9. Hopp. c. l. Struv. d. ex. th. 58.* imo repetere funeris & alias neceſſarias impenſas, *d. l. fin. §. 9. Struv. c. l.* confer. omnino *Suhard. ad d. l. ult. §. 4. ſeq. Obrecht p. 1. diſp. 19. th. 573. ſeq.*

21. Plane in foro Saxonico, heres, etiamſi inventarium non confecerit, ultra vires hereditatis non tenetur, modo paratus ſit juratam rerum hereditariarum ſpecificationem edere, *Carpz. p. 3. c. 33. d. 18. Richter. dec. 60. n. 5. Wernher. p. 2. obſ. 440.* Nam quodcunque operatur inventarium ſolenne, idem in Saxonia operatur jurata ſpecificatio, *Carpz. d. c. d. 29. in fin. Hopp. ad §. 5. J. de hered. qualit. & differ. uſu hod. Wernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 1. n. 19.*

22. Unde in foro Saxonico creditor debitori ſuo heres exiſtens non perdit creditum, etſi inventarium non confecerit, *Carpz. d. c. d. 19.* add. *Zanger. de except. p. 3. c. 9. n. 35. ſeq. Hopp. c. l. Horn. cl. 3. R. 9. p. 181.*

23. Juratam ſpecificationem, loco inventarii, etiam in aliis Germaniæ locis paſſim receptam eſſe, teſtatur *Hopp. c. l.* ſed id non aliter admittit *Mev. p. 2. dec. 96. & p. 6. dec. 265.* quam ſi de ſola notitia bonorum quæratur: ſi vero de liberando herede ab onere ſolvendi ultra vires hereditatis, adhuc hodie ſolenne inventarium requirens.

HERE-

HEREDITATIS DIVISIO.

1. Nomina, ſive activa, ſive paſſiva, in diviſionem non venire dicuntur: cum jam ipſo jure ſint diviſa, *l. 4. pr. l. 25 §. 1. famil. erciſc. l. 6. C. eod. l. 1. C. de except. l. 2. C. de heredit. act.* i. e. quisque heredum pro ſua parte tantum, etiam non facta diviſione, & agere & conveniri poteſt, *Stryck. de cautel. contract. ſect. 3. c. 4. §. 4.* etiam in fiſci rationibus, *l. 2. C. de heredit. act.* niſi intercedat pignus vel hypotheca, vid. loc. *actio hypothecaria, th. 8. 9.* loc. *executio. th. 6.*

2. Solet tamen & poteſt in ipſa hereditatis diviſione aſſignatio nominum fieri; quod quidem in nominibus activis facile expediri poteſt, *l. 11. l. ult. de diſtract. pign.* ſi illi, cui nomina aſſignata, ſimul a reliquis coheredibus jura cedantur; vel etiam, ſi nolint uni nomina penitus cedere, in ipſo inſtrumento diviſæ hereditatis, aut in ſeparata ſcriptura ipſi poteſtatem exigendi in ſolidum dare poſſunt, *l. 2. §. fin. l. 3. famil. erciſc.*

3. In nominibus vero paſſivis tales conventiones non ſunt æque faciles: quamvis enim in diviſione hereditatis liceat per conventionem unum conſtituere, qui exſolvat æs alienum, hoc ipſo tamen non poteſt conſtringi creditor, ut præciſe illum conveniat, ſed ipſi jus ſingulos heredum pro rata hereditaria conveniendi ſalvum manet. Hoc tamen commodi exinde conſequuntur heredes, quod conventi illum ſui loco ſubſtituere poſſint, cui per pactum æris alieni ſolutio injuncta, *l. 3. famil. erciſc. Stryck. c. l. §. 5.*

4. Ne plures unius debitoris heredes excutere neceſſum habeat creditor, debitor futuros heredes

des in solidum constringere potest, modo æs alienum, quod ab uno in solidum exsolvendum non excedat ratam ejus hereditariam, nec inde liberis gravamen in legitima contingat, per tradita *Stryckii in tract. de cautel. contract. sect. 3. c. 4. §. 6. seq.* confer. omnino *Heyland. dissert. inaugur. de valore pacti inter credit. & debit. initi, vi cujus creditor singulos debitoris heredes in solidum convenire potest.* Plane tale pactum non subsistere, tradit *Franzk. lib. 1. Resol. 6. n. 28. Brunnem. ad l. 56. n. 1. de V. O. Mev. p. 5. dec. 66. & 67.* propter *l. 56. §. 1. de V. O. & l. 69. §. 2. de legat. 1.* quos textus vero optime resolvit, *Stryck. c. l. §. 7.*

5. Si duo saltem concurrunt heredes masculi, jure Saxonico major dividit, & minor eligit, Landr. *lib. 3. art. 29. Constit. Elect. 15. p. 3. ibique Carpz. d. 2. 10. & 11.* qui modus dividendi ubique fere locorum in Germania receptus est, teste *Gail. lib. 2. obs. 116. n. 12.* Et sufficit, divisionis tempore duos saltem adesse heredes, licet tempore mortis plures extiterint, *Carpz. ad d. c. 15. d. 12.*

6. Hic modus dividendi observatur 1.) inter descendentes, ascendentes & collaterales, *Carpz. d. c. d. 2. & 5.* 2.) inter duas feminas coheredes, adhibitis tamen curatoribus, *Carpz. d. c. d. 6.* Si vero femina cum masculo concurrit, femina, adhibito curatore, dividit, masculus eligit, *d. c. 15. ibique Carpz. d. 7.* 3.) non solum inter rusticos, sed etiam inter cives ac nobiles, *Carpz. d. c. d. 3.* 4.) in divisione geradæ & rerum expeditoriarum, *Carpz. d. c. d. 4. & 6.* 5.) in bonis feudalibus, Landr. *lib. 3. art. 29. Carpz. d. c. d. 8. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 129.*

7. Locum autem non habet hic dividendi modus,

dus, 1.) si aliud statuto, consuetudine, vel pacto introductum & constitutum est, *Constit. Elect. Sax. 15. p.3.* 2.) si pater in testamento filio juniori jus eligendi ademerit, aliudque disposuerit, *d. c. 15. ibique Carpz. d. 21. & 31.* 3.) Si communio bonorum non causatur ex successione, sed ex praecedente contractu societatis, *Carpz. d. c. d. 22.*

8. Divisio licet semel facta, si tamen prædia aliqua permanserint indivisa, in eorum divisione modus Saxonicus etiamnum observari debet, *Carpz. d. c. def. 23.* confer. tamen præjudicium, quod habet *Barth. in hodeg. for. c.3. §. 9. lit. c. p. 541.*

9. Post obitum patris, majore vel minore filio defuncto, jus optionis vel divisionis ad heredes non transmittitur, *Constit. Elect. Sax. 15. p.3. ibique Carpz. d. 13. & Moller. n. 11.* sed vel officio judicis, vel per sortem divisio est facienda, *Carpz. d. c. 14. Berlich. p.3. concl. 21. n. 58.*

10. Ex tribus vero fratribus, juniore absque liberis defuncto, secundo genito jus optionis competit, *Carpz. d. def. 14. Berlich. d. conclus. 21. n. 52.*

11. Et defuncto filio juniore ante patrem, ejus liberi in successione avitæ hereditatis eligunt, divisione patruo relicta, propter jus repræsentationis, *Carpz. d. c. d. 15.*

12. Filio autem majore ante patrem denato, ejus liberis non facultas divisionis, sed jus optionis conceditur, facta divisione a filio minore, *Rauchb. p. 1. qu. 41. n. 21. seq. Carpz. d. c. d. 17.*

13. Si ambo fratres ante patrem decesserint, relictis liberis, avita hereditas inter eos per sortem vel officio judicis dividitur, per tradita *Berlich. d. conclus. 21. n. 61. Carpz. d. c. 15. d. 17.*

14. In

14. In divisione hereditatis inter gemellos creditur obstitricibus, de nativitate eorum jurato testantibus: si vero non constet, vel per sortem, vel officio judicis facienda divisio, vid. *Carpz. d. c. d. 18.*

15. Inter plures heredes, si inter se convenire nequeant, judex cuilibet portionem arbitrio, vel per sortem adjudicat, *Carpz. d. c. 15. def. 1. & 11.*

16. Quamdiu fundi ac similes res hereditariæ, mobiles vel immobiles, dividi possunt, non est ad licitationem perveniendum, ne aliquis pro re cogatur invitus pecuniam accipere, sed uni potius unus, alteri alius fundus vel portio in fundo assignari debet: quoniam nemo cogitur invitus socii partem pretio emere, aut suam illi pretio vendere, *§. 4. & 5. J. de offic. judic. l. 30. famil. ercisc. l. 1. ubi Bartol. Bald. Salycet. C. comm. divid. Jas. in §. quædam. n. 59. J. de act. Wesenbec. p. 3. consil. 133. n. 24. 25. Mev. p. 4. dec. 398. n. 6.*

17. Si res commodam divisionem non recipiat, illa adjudicanda est ei, qui majorem portionem in ea habet, *l. 34. §. 2. C. de donat. Carpz. p. 3. c. 15. d. 24. Horn. cl. 7. R. 26.*

18. Præfertur tamen, jure optionis, filius natu minor eis, qui majorem portionem habent in re divisionem non recipiente, *Carpz. d. c. d. 36.* add. *Coler. p. 1. dec. 54. n. 5.*

19. In assignatione rei hereditariæ divisionem non recipientis, potior causa est liberorum, quam parentum, *Rauchb. p. 1. qu. 42. n. 7. Carpz. d. c. d. 38.* & inter liberos diversi matrimonii illi, a quorum majoribus bona provenerunt, præferuntur, *Carpz. d. c. d. 39. n. 24.*

20. Et præferuntur in ejusmodi rebus cognati extra-

extraneis, fratres sororibus, *Carpz. d. c. d. 39.* nec non conjux superstes heredibus defuncti conjugis collateralibus, modo majorem in re illa habeat portionem, *Carpz. d. c. d. 35. 37.*

21. Quod si vero de pretio coheredes inter se dissentiant, non statim ad publicam subhastationem deveniendum est, *arg. l. 1. & 3. C. commun. divid. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 3. not. 15. p. 721. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 9. lit. c. p. 540.* quin facta jamdum subhastatio publica rursus revocanda est, *Barth. c. l. p. 541.*

22. Sed taxatio judicialis, vel licitatio inter ipsos coheredes ante omnia fieri debet, & plus offerenti adjudicanda est, *l. 1. l. 3. C. commun. divid. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 309. & p. 9. obs. 244. Barth. c. l. p. 540. seq.* add. *Carpz. d. c. d. 40. n. 6.* ut tamen coheredi liceat pinguiorem offerre emtorem, *Schneidew. ad §. 20. J. de act. n. 26. Berger. c. l.* vel urgente coherede, etiam extraneus ad licitandum admittatur, cui vero socius, si idem offerat, antefertur. Quod si nec sic quidem res exitum inveniat, atque componi possit, tandem ad publicam subhastationem devenitur, *Wernher. c. l.* add. *Barth. c. l. Carpz. d. def. 40.*

23. Nota, heredi minori competere electionem, num æstimationem prædii hereditarii recipere, an, coheredi pretio exsoluto, prædium retinere velit, *Carpz. p. 3. c. 15. d. 9.* Quod etiam procedit in bonis feudalibus, vid. *Carpz. d. c. d. 8.*

24. Procedit quoque id, ut ususfructus rei alternis annis adjudicetur coheredibus, per *l. 16. §. 2. famil. ercisc. Stryck. caut. contr. sect. 3. c. 4. §. 11.*

25. Quod attinet instrumenta hereditaria, illa

la manere debent penes illum, qui majori ex parte heres est, & cœteris copiæ descriptæ & recognitæ dantur addita cautione ab illo, qui instrumenta retinet, se originalia ipsa quoties opus fuerit coheredibus exhibiturum, *l. 4. §. fin. & l. 5. famil. ercisc.* Quod si nemo ex majori parte heres sit, tunc regulariter senior juniori, dignior inferiori & mas feminæ præfertur, *l. fin. de fid. instrum.* Imo etiam sorti hæc res committenda, vel, si aliter convenire nequeant, in loco publico instrumenta deponenda, vid. *Mev. p. 5. dec. 330. Stryck. c. l. § 13.*

26. In divisione hereditatis æqualitas est servanda, nec prærogativam ullam, aut alimenta heres habet ex eo, quod sit infans tenellus, *Carpz. p. 3. c. 15. d. 33. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 486.*

27. Absens & ignorans coheres portionem eam, quæ initio ipsius fuit, in omnibus communibus rebus retinet, non obstante divisione a ceteris facta, *l. 17. C. famil. ercisc.* nisi curator absenti a magistratu sit constitutus. Quo casu absens quidem divisionem impugnare nequit, salva tamen eidem restitutione in integrum, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 3. not. 11. p. 720.* add. *Stryck. c. l. §. 9.* ubi etiam, quod idem de distractione alicujus rei hereditariæ, uno absente, facta dicendum sit.

28. Si heredes vel coheredes hereditatem dividere cœperunt cum eo, qui occupavit res hereditarias, ex eo non statim colligendum est, renunciasse illos petitioni inventarii & juratæ specificationi, *Horn. cl. 7. R. 26.*

29. Jurata divisio non potest exigi, si jurata specificatio a testatore fuerit remissa, *Horn. cl. 7. R. 39. p. 436. b.*

30. He-

30. Heredes sibi invicem evictionem præstare tenentur, quamvis 1.) de ea in specie non sit conventum, 2) divisio sit judicialis, *l. 14. C. famil. erc. l. 66. §. ult. de evict. ibique Brunnem.* 3) testator divisionem fecerit, *l. 77. §. 8. de legat. 2. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 6. th. 3. not. 16. p. 721.*

31. Exceptio est in nominibus, quorum nomine, si semel facta fuit divisio, evictio non præstatur, vid. *Carpz. p. 3. c. 14. d. 19.*

32. Contra divisionem, a fratre majore factam, datur rescissionis beneficium ex causa læsionis ultra dimidium, *Carpz. p. 3. c. 15. d. 19.* etiam majori dividenti, *Carpz. d. def. 19. n. 11.* nisi heredes valorem bonorum exacte sciverint, vel divisio judicialiter fuerit confirmata, *A. Fab. in C. lib. 3. tit. 6. th. 3. not. 9. p. 720.*

33. Nec divisio hereditatis extrajudicialiter facta, ob enormem læsionem retractari potest, si læsus tempore divisionis jus suum haud ignoraverit, &, illud non urgendo divisionem approbaverit, cum sic juri suo renunciasse censeatur, vid. *Horn. cl. 16. R. 31.*

34. Etsi judicialiter divisa sit hereditas, nihilominus intuitu ejus, quod indivisum mansit, veluti si mater res quasdam reticuerit, perpetuo agi potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 429.*

HEREDITATIS EXPILATÆ CRIMEN.

1. Crimen expilatæ hereditatis extra ordinem punitur, *l. 1. expil. hered.* ejusque pœna in personis conjunctis mitior est, in aliis gravior, *Carpz. pract. crim. qu. 83. n. 82. Berger. jurispr. crim. p. 52. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 490. n. 1. 2.*

2. Ubi inprimis notatu dignum, quod eo casu,

ubi tale delictum a proximo successore, aut conjuge admissum, judex ex officio inquirere prohibetur, *Ordinat. Carol. art. 165. in fin. Berger. c. l. p. 53. & p. 2. supplem. obs. 44. Wernher. c. l. n. 3.*

3. Propter crimen expilatæ hereditatis admissum conjux portionem statutariam haud amittit, nec contra eam locus est jurejurando in litem, antequam ipsa condemnata fuerit ad restituendam rem hereditariam, restitutionemque detrectet, *Berger. d. obs. 44. VVernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 491.*

4. Quando graves circumstantiæ, doli exclusivæ, concurrunt, ad specialem inquisitionem ex capite expilatæ hereditatis, nequidem contra extraneam personam, deveniendum est, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 288.*

HEREDITATIS PETITIO.

1. In hereditatis petitionis libello & hoc recte petitur, ut alienatio rerum hereditariarum reo interdicatur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 54. not. 9. p. 506. VVernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 339.* Nam manifeste cautum est, ut lite pendente possessor hereditatis nihil distrahere, aut hereditatem ullo modo imminuere queat, nisi satisdationem præstiterit, aut distractio propter causam necessariam permissa fuerit, vid. *Brunnem. ad d. l. 5. & l. 1. C. comm. utr. judic. n. 11.*

2. Qui petit partem hereditatis & gestæ administrationis rationes, simul tacite & per indirectum petit inventarii vel juratæ specificationis editionem, *Horn. cl. 12. R. 91. p. 919. b.*

3. Hereditatis petitio non datur contra illum, qui res singulares ex hereditate possidet, sed ad illas consequendas rei vindicatio vel actio publiciana instituen-

ſtituenda eſt, *l. 25. §. 17. de heredit. petit. l. 2. C. eod. l. 7. §. 12. de public. in rem act. Sbneidew. ad J. tit. de act. §. 28. rubr. de petit. heredit. n. 28. 29. VVernber. ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 14.*

4. Quandoque tamen locum habet contra illum, qui hereditatem, vel totam, vel pro parte, titulo ſingulari poſſidet, utilis actio hereditatis petitionis, ſi ſcil. mala fide acceperit, vel etiam bona fide, ſi res aliter ſalva eſſe non poſſit, *l. 13. §. 5. de heredit. petit. l. 2. C. eod. Horn. cl. 5. R. 3.*

5. Præſcriptio hereditatis petitionis ſola extrajudiciali interpellatione interrumpitur, per *l. 20. §. 11. & l. 25. §. 7. de heredit. petit. Struv. jurispr. lib. 2. tit. 9. §. 30. VVernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 400.*

6. Hereditatis petitioni 30. annis præſcribitur, *l. 7. C. de heredit. petit.* cui tempori in Saxonia adhuc annus & dies adjicitur, *Carpz. p. 2. c. 3. d. 10. n. 7.* licet quis non ſolum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento ſuccedendi jus habeat. *Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 55.*

7. Liberi a petenda parentum hereditate 90. demum annis excluduntur, *Carpz p. 3. c. 14 d. 30. Philipp. uſ. pract. Inſtitut. lib. 3. eclog. 34* Quæ ſententia extra Saxoniam adhuc obtinet, vid. *Wernber. p. 3. obſ. 69.* aſt in Saxonia reprobata eſt, teſte *Bergero in Reſolut. Lauterb. tit. de ſucceſſ. edict. ad verba: admittitur tanquam agnatus quidem, & lib. 1. R. 299. Wernber. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 310.*

8. Si hereditatis petitio extra locum domicilii in foro rei ſitæ inſtituitur, nominatim exprimendum, rem litigioſam ibi haberi: quod ſi id omiſſum in libello, recte fori declinatoria objicitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 11. en. 6.*

HEREDITATIS RENUNCIATIO.

1. Jure civili non valet renunciatio hereditatis, *l. fin. de suis legit. hered. Mev. p. 3. dec. 270. n. 2.* etiamsi jurata sit, *Hartm. Pistor. p. 4. qu. 6. n. 15.* Ast jure canonico ab ejusmodi renunciatione jurata recedere haud licet, *c. 2. de pact. in 6. Gail. lib. 2. obs. 39. n. 23. Mev. d. dec. n. 3. 4.*

2. Imo jure Saxonico valida est renunciatio simplex, absque juramento facta, Landr. *lib. 1. art. 13. Carpz. p. 2. c. 35. d. 6. n. 6. 7.* idque hodie in Germania per mores vulgatum esse testatur *Mev. d. dec. 270.* add. *Brunnem. ad l. fin. de suis & legit. hered. n. 5.*

3. Verum jure Saxonico Electorali, etiamsi filius, etiam absque juramento, valide renunciat paternæ hereditati, modo sit majorennis, *Carpz. p. 2. c. 35. d. 8. 9.* in filia tamen exigitur jurata renunciatio, *d. c. 35. ibique Carpz. d. 6.* qui *d. 7.* id ipsum ad alias feminas extendit: confer. tamen *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 48. not. 5. p. 485.*

4. Non aliter valet renunciatio hereditatis, quam si sit facta illi, vel consensu illius, de cujus successione agitur si igitur facta sit tertio non subsistit, *Carpz. d. c. d. 10.*

5. Pactum, quo filia hereditati renunciat, mutata patris voluntate, tollitur, sive patri solo, sive ejus consensu fratribus, aliisve renunciatio facta sit, nisi res non amplius sit integra, veluti si pater iis, in quorum gratiam facta est renunciatio, bona sua, se vivo, cesserit, atque eorum dominos effecerit, *Mev. p. 3. dec. 271.*

6. Etiam in Saxonia, non obstante renunciatione, filia succedit, si hic illam in testamento heredem instituat, quia pater tunc remisisse censetur juramentum, *Berlich. p. 2. concl. 43. n. 9. 10. 11.*

7. Re-

7. Renunciatio patris vel matris, legitime facta, non nocet nepotibus, avo, parentibus prædefunctis, ex propria persona succedentibus, licet renunciatio facta sit, pro se suisque heredibus, *A. Fab. in C. lib. 2. tit. 3. d. 1. Carpz. d. c. d. 11. 12.*

8. Neque hoc casu nepotes, non facti heredes parentum, in hereditatem avi conferre tenentur, quod parentes, facta renunciatione, pro portione hereditaria acceperunt, *Carpz. d. c. d. 13.* add. loc. *collatio. th. 29. seq.*

9. Flius, filiave, renuncians hereditati paternæ, fratri succedit, licet in ejus hereditate non nisi bona paterna inveniantur, *Carpz. d. c. d. 15.*

10. Nocet renunciatio parentum liberis, defunctis demum post avum parentibus, *Carpz. d. c. d. 14.*

11. Renunciatio jurata filiam a successione ita excludit, ut nec supplementum legitimæ petere queat, *Carpz. d. c. d. 16.* Auctis vero bonis paternis augeri quoque legitimam, ita ut filia deinde ex accessione atque incremento bonorum paternorum petere possit legitimæ supplementum, docet *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 48. not. 9. p. 486.*

12. Filiam, dote accepta, hereditati paternæ jurato renunciantem, ob læsionem enormissimam non posse rescindere renunciationem, etiamsi facultates patris postea auctæ fuerint, tradit *Carpz. d. c. d. 4. Berlich. p. 2. concl. 43. n. 23.* confer. tamen *Mev. p. 3. dec. 273 Gail. lib. 2. obs. 147.* nisi dos congrua ipsi data haud fuerit, *Carpz. d. c. d. 5.*

13. In monasterium deducta, recipiens quantum ad victum necessarium, & vicissim renuncians paternæ hereditati, non potest renunciationem ideo, quod dotata non sit, revocare, *Mev. p. 3. dec. 272.*

14. Rescinduntur transactiones & renunciationes hereditatis juratæ ex capite minoris ætatis, doli, metus, alteriusve justæ causæ, *const. Elect. 35. p. 2. ibique Carpz. d. 2. 3.*

HEREDITATIS REPUDIATIO.

1. Debitor obæratus, in præjudicium creditorum, hereditatem sibi delatam repudiare potest, *l. 6. de his, quæ in fraud. credit. Donell. lib. 23. c. 18. lit. c. ibique Hilliger. Huber. in prælect. ad ff. tit. quæ in fraud. credit. §. 1. in fin. & §. 2. ibique Thomas. Stryck. de success. ab intest. dissert. 8. c. 10. §. 103. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 289. n. 1. seq.*

2. Ast *Carpz. dec. 160. & Brunnem. ad l. 6. quæ in fraud. credit.* distinguunt, inter hereditatem delatam & deferendam; atque posteriori hoc casu repudiationi locum faciunt, priori autem illam excludunt; atque hanc sententiam, ut mediam & æquiorem, in supremo Appellationum judicio, nec non dicasteriis Saxonicis receptam esse, testantur *Wernher. d. obs. 289. n. 12. seq. & p. 3. obs. 71. Rivin. ad O. P. S. tit. 41. en. 16. Berger. dec. 65.* confer. *Barth. centur. 1. dissens. 17.* Plane nequidem deferendæ hereditati renunciari posse, contendit *Schilter. ex. 46. th. 53.*

3. Illud expeditum est, hereditatem, a debitore, tertio cessam, a creditoribus retrahi posse, cum cessio præsupponat jus quæsitum atque tacitam declarationem involvat, quod quis heres esse velit, *Wernher. d. obs. n. 10. 11.* confer. *Stryck. c. l. Huber. prælect. ad ff. tit. quæ in fraud. credit. §. 2.*

4. Sed uxorem, absque consensu mariti, eoque invito, hereditati renunciare, vel hereditatem delatam repudiare posse, responderunt Scabini Lipsienses apud

apud *Barth. in Hodeg. For. c.3. §.21. lit.b. p.598.* atque docet *Wernher. p. 2. obs. 454.* confer. tamen *Franzk. 2. resol.5. n.71. seq. Stryck. de success. ab intest. dissert.8. c.10. §.46.*

5. Pari modo maritus, idemque debitor, repudiare potest portionem, sibi defuncta uxore delatam, si quidem liberi existant, quibus magis, quam marito, bona materna jure naturæ debentur, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th.34. not. 21. p. 297.*

6. Hereditas semel adita rursus repudiari non potest, *§.5. J. de hered. qualit. & differ. l.3. & 4. C. de repud. vel abstin. heredit. Carpz. p.3. c.14. d.31. n.1. seq.* nisi mediante inventario adita sit, *l. fin. §. 1. & 12. C. de jur. deliber. Mev. p. 8. dec. 442. n. 3. 4. Philipp. ad dec.57. obs. 1. n. 7.* Sed hoc casu audiendi sunt illi, quorum interest, *Mev. d. dec. 442.*

7. Imo jure Saxonico hereditas semel adita repudiari potest, etiamsi inventarium haud fuerit confectum, modo heres cum juramento suo res hereditarias restituat: nec enim quicquam creditorum interest, an cum herede, an vero cum curatore bonorum experiantur, postquam utroque casu, ultra vires hereditatis, nihil consequantur, *Carpz. d. def.31. Philipp. d. obs. 1. n. 8. seq. & obs. 2.*

8. Jure Saxonico Electorali repudiatio aditæ hereditatis ad annum deliberandi est adstricta, ita ut inventarium aut juratam specificationem, intra illud spatium, oporteat judicialiter insinuari, eamque deinceps jurejurando confirmari, *dec. Elect. Sax.57. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 52. not. 1. p. 501.*

9. Fit autem repudiatio, salvo tertii jure, ut puta cum heres in fundo hereditario semel tertio constituit hypothecam, hæc deinde salva integraque

persistit, quamvis idem ille heres, mutato consilio, hereditatem semel aditam repudiarit, *Berger. c. l.*

10. Pupilli quorum nomine per tutorem patris hereditas est adita, ea abstinere possunt, sui juris facti, etiam sine imploratione restitutionis in integrum, *Mev. p. 6. dec. 29.*

HEREDITATIS TRANSMISSIO.

1. Hereditas non adita & bonorum possessio non agnita non transmittitur, *l. 9. pr. de suis & legit. l. 3. §. 7. de bonor. poss. ss. l. 7. l. 18. C. de jur. deliber.* hodieque, *Carpz. p. 3. c. 14. d. 23. n. 1. seq. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 49. p. 488.*

2. Exceptis quibusdam casibus: sic enim PRIMO, jure *suitatis*, liberi, qui in potestate morientis fuere, quia ipso jure sunt heredes, absque discrimine, cujuscunque sint ætatis, sive ex asse, sive ex parte, ab intestato vel ex testamento, absque conditione, etiam ignorantes, si decedant ante immixtionem vel abstentionem hereditatis, in proprios heredes, non tantum in liberos, sed etiam extraneos transmittunt hereditatem delatam, *l. 14. de suis & legit. l. 30. ex quib. caus. maj. l. 12. §. ult. l. 50. §. pen. de bon. libert. l. 6. §. 7 l. 7. de acquir. vel omitt. heredit. l. 9. §. 1. de reb. dub. l. 9. de jur. fisc. l. 3. C. de jur. deliber. Tessaur. dec. 88. n. 1. Carpz. p. 3. c. 14. d. 23. n. 3. 4.* add. *Hopp. ad verba: qui in potestate nostra. § 3. J. de hered. qualit. & differ. Huber. prælect. ad J. tit. eod. §. 10. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 49. p. 488.*

3. DEINDE emancipati, jure *sanguinis*, si ante aditionem vel repudiationem decedant, transmittunt hereditatem, sed ad solos descendentes, non æque in extraneos heredes, *l. un. C. de his, qui ante apert. tab. Carpz. c. l. n. 5. Hopp. c. l. Huber. c. l. Berger. c. l.*

nisi

nisi forsan decesserit intra tempora deliberandi: sic enim pariter ad quosvis heredes jus suum transmittunt, *Hopp. c. l.*

4. Ex jure enim *deliberandi* TERTIO hereditas a quocunque herede, etiam extraneo, qui intra annum deliberandi decessit, transmittitur in quoscunque heredes intra id temporis, quod defuncto supererat, modo heres sciverit, delatam sibi fuisse hereditatem, *l. 19. C. de jur. deliber. Carpz. p. 3. c. 14. d. 23. n. 6. Huber. prælect. ad J. tit. de hered. qualit. & differ. §. 10. Hopp. ad verba: qui in potest. nostra. §. 3. J. tit. eod. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 49. p. 489.* Hereditates enim, quæ ignorantibus obveniunt, si intra vel post annum moriantur, haud aditas ad heredes transferri, vulgo negatur, *Anton. Gomez. tom. 1. var. resolut. c. 9. Carpz. d. c. d. 24. n. 2. Berger. c. l.* dissentit *Berger. in resolut. Lauterb. tit. de adquir. vel omitt. heredit. qu. un.* Jure autem deliberandi semel transmisso, in transmissarii herede scientiam non requiri, tradit *Barry lib. 12. de success. tit. 1. n. 12.* Quin, si justa defuncti ignorantia fuerit, beneficio restitutionis in integrum, ejus heredem adhuc admitti, propter *l. 86. de acquir. heredit.* concedit *Carpz. c. l. n. 7.* Et heredem, qui, juste impeditus, hereditatem ante mortem non adierit, etiam hereditatem transmittere in heredem, ita ut huic per restitutionem in integrum jus adeundi concedatur, per *d. l. 86.* colligit *Berger. œcon. jur. c. l. & Resolut. Lauterb. c. l.*

5. Ex eo, quod heres non aliter hereditatem ex jure deliberandi transmittat, quam si sciverit, sibi delatam eam esse, sequitur, eos, qui non possunt adire vel pro herede gerere, h. e. qui nequeunt induere atque præferre animum heredis, quales sunt furiosi ac

infantes, etiam non posse transmittere jus hereditarium in proprios heredes, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de adquir. vel omitt. heredit. qu. un.* Quamvis *Huber. in prælect. ad J. tit. de hered. qualit. & differ. §. 10.* in hoc capite praxin cum theoria conciliaturus, collata *l. un. C. de his, qui ante apert. tab. cum l. 5. C. de jur. deliber. l. ult. §. 7. seq. C. de curat. furios. l. 11. C. de suis & legit.* existimet, furiosos ac infantes paternam maternamque hereditatem quidem transmittere ad eos, qui sunt ipsis proximi; minus vero hereditatem a collateralibus aliisve ipsis delatam, sed hanc devolvi ad eos, qui proximiores sunt ei, qui eam dereliquit.

6. QUARTO transmittitur hereditas nondum adita, si hoc testatori placuerit, *Joh. Dilect. de art. testand. tit. 1. caut. 1. n. 8. Carpz. p. 3. c. 14. d. 29. n. 6.* vel testamento sit addita clausula codicillaris, *Jason in l. cum filiofamilias. 11. n. 120. de legat. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 31. n. 5. Carpz. d. def. 29. n. 9.* add. *Jacob. Schultz. in addit. ad Mod. Pistor. p. 4. qu. 131.* ubi adhuc undecim casus alios, quibus hereditas non agnita vel adita transmittitur, recenset.

7. Plane in foro Saxonico hereditatem, quantumvis non aditam, semper transferri, nec a tempore delatæ hereditatis decursi fuerint triginta anni, annus & dies, ideo quod in foro Saxonico non requiratur aditio aliqua hereditatis, quia hoc nullo casu potest esse onerosum heredi, cum de jure Saxonico, etiam non confecto inventario, heres non teneatur ultra vires hereditatis, Landr. *lib. 1. art. 6.* tradit *Coler. p. 1. dec. 68. n. 13. & dec. 202. n. 6.* De quo tamen dubitat *Carpz. p. 3. c. 14. d. 29. n. 4.*

8. Transmissio fit cum onere; unde consequitur,

tur, hereditatem maternam, paternamve, a filia, eaque uxore, non aditam, ad ejus deinceps mortuæ descendentes ita transmitti, ut inde marito ex statuto Saxonico mobilia debeant præstari, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 49. not. 6. p. 490.*

9. Add. loc. *portio statutaria. th. 11.*

HEREDITATIS VENDITIO.

1. Hereditas delata vendi potest, *l. 1. & 7. de heredit. & act. vendit. Stryck. eod. tit. §. 1.* ita tamen, ut venditor heres maneat, *l. 88. de hered. instit. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 1. p. 642.*

2. Venditio futuræ hereditatis aliter subsistere non poterit, quam quatenus tertius ille consensit, *arg. l. fin. C. de pact. Stryck. c. l. §. 2.* Quanquam, quoad mores Germaniæ, quatenus iisdem pacta successoria probata sint, eatenus etiam hereditatem vendi, aut alio modo jus ex hereditate speratum in alterum transferri posse, atque hinc subsistere contractum, si quis a sorore sua speratam hereditatem patris pro certo pretio emat, modo accedat jurata sororis renunciatio, quam jus Canonicum & mores Germaniæ tali casu regulariter exigant, *c. 2. de pact. in 6.* tradit *Stryck. c. l.*

3. Emtor nec plus nec minus juris habet, quam heres, qui vendidit, *l. 5. C. de hered. vel act. vendit.* Ergo si heres nihil juris habuit, si incapax hereditatis fuit, quamvis eam capaci vendiderit, hic tamen quicquam petere nequit, *l. 54. de R. J. Leyser. ad ff. Specim. 30. de retors. jur. medit. 8.* Capacitas autem non æstimatur ex tempore venditionis, sed aditæ hereditatis, *§. 4. J. de hered. qualit. & differ.* Hinc valet venditio hereditatis, si heres tempore delatæ & aditæ

aditæ hereditatis capax fuerit, licet tempore venditionis incapax extiterit, *Leyser. ad ff. Specim. 198. de heredit. vendit. medit. 3.*

4. Si venditor hereditatem certi hominis, qui etiam revera mortuus est, præstare non possit, tenetur ad integram æstimationem totius hereditatis venditæ, *l. 8. de heredit. vendit.* licet æstimatio longe excedat pretium emtionis, *Brunnem. ad d. l. 8. n. 1.*

5. Venditor hereditatis ea, quæ levi culpa periere, præstare non tenetur, *l. 2. §. 5. de heredit. vendit. Berger. Resolut. Lauterb. tit. eod. qu. 1.*

6. Speciale est in vendita hereditate, quod venditor rerum singularium evictionem præstare non teneatur, *l. 2. pr. de hered. & act. vend. l. 1. C. de evict. Stryck. us. mod. tit. de hered. & act. vend. §. 3.*

7. Venditor omnia commoda & incommoda hereditaria in emtorem transfert, *l. 2. §. 9. de heredit. & act. vendit. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 1. p. 642.* actionesque hereditarias cedere debet, *l. 2. §. 3. l. 14. pr. eod.* & præstare tenetur, quicquid post mortem defuncti hereditati accessit, vel adhuc perventurum est, *d. l. 2. §. 2.*

8. Venditor autem non tenetur de acquisitis ex alio, quam hereditatis titulo, ut ex substitutione pupillari, *d. l. 2. §. 2. Berger. c. l. & Resolut. Lauterb. tit. de heredit. & act. vendit. qu. 2.* aut jure accrescendi, *arg. l. un. §. 10. C. de caduc. toll. Brunnem. ad d. l. 2. n. 6. Struv. ex. 23. th. 70. Berger. cc. ll.*

9. Civis, qui a peregrino juri detractionis obnoxio emit hereditatem, jus hoc & ipse admittere debet, quia emtor hereditatis persona venditoris fungitur, *l. 5. C. de heredit. & act. vendit. Leyser. ad ff. specim. 198. eod. tit. medit. 4.*

10. He-

10. Heres per contractum venditionis jus hereditarium non amittit, imo etiam dominium rerum & actionum hereditariarum retinet, *l. 6. C. de heredit. & act. vendit.* quod restringendum ad casum, si contra tertium venditor hereditatis experiatur, non autem extendendum ad casum, quo ipsi cum emtore controversia est, *Stryck. us. mod. tit. de heredit. & act. vendit.* §. 3. Hinc venditor quidem a tertio res hereditarias post venditionem vindicare potest, *Stryck. c. l.* non autem ab emtore hereditatis, cui ad præstandam evictionem obligatus est, *l. 2. pr. de heredit. vel act. vendit. Stryck. c. l.* Ast venditor istas res, quas a defuncto vindicare potuit, etiam ab emtore vindicare potest, *l. 2. §. 15. & 18. eod. l. 9. commun. prædior. l. 1. C. de evict. Leyser. ad ff. specim. 198. medit. 4. corollar. 1.*

11. Venditor hereditatis creditoribus hereditariis, legatariis, & fidei commissariis respondere cogitur, *l. 2. C. de heredit. vel act. vendit. Stryck. us. mod. tit. eod. §. 4. Berger. Resolut. Lauterb. tit. eod. qu. 3.* Repetere tamen potest ab emtore, quod legatariis vel creditoribus præstare necessum habuit, *l. 2. §. 3. & 7. l. 18. de heredit. vel act. vendit. Franzk. ad ff. h. tit. n. 12. Stryck. c. l.* imo & expensas in funus defuncti erogatas, *l. 2. §. 17. eod. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 5. th. 5. not. 1. p. 642.*

12. Emtor a creditoribus conventus non tenetur suscipere actionem invitus, per *l. 2. C. de heredit. vel act. vendit. Stryck. c. l.* nisi 1) a fisco hereditatem emerit, *l. 1. C. eod.* vel 2) venditor solvendo non sit; *Habn. ad Wesenbec. eod. tit. n. 4.* vel 3) controversia sit cum creditore hypothecario, & emtor rem oppignoratam possideat, *Stryck. c. l.*

HERES.

HERES.

1. Heres, testamento in totum vel pro parte institutus, ante omnia in possessionem bonorum a defuncto relictorum immitti debet, omnibus aliis, de quibus forte quæstio incidit, in aliud judicium reservatis: modo testamentum nullo visibili vitio laborare, & defunctum bona, quæ petuntur, possedisse, ostendatur, *l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. Carpz. p. 3. c. 5. d. 18. n. 1. 2. & 7. & lib. 6. R. 19. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 53. not. 1. p. 501.*

2. Etiam legatario *ex l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* actionem, eamque utilem, competere vulgo putant, *Mindan. de mandat. lib. 2. c. 68. n. 4. Finckelth. obs. 121.* add. *Brunnem. ad d. l. ult. n. 21. Berger. c. l. not. 2. p. 502.* dissentiunt *Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. n. 133. & remed. 4. n. 693. seq. Fachin. lib. 5. controv. 31. Kœppen. p. 1. obs. 151. n. 14. Mev. p. 1. dec. 97.*

3. Non modo in testamento solenni, sed & in testamento nuncupativo, & postea in scripturam redacto, codicillis, aliisque dispositionibus privilegiatis, puta inter liberos, vel paterna divisione, memoratum edictum obtinet juxta tradita *Menoch. d. remed. 4. n. 192. & 312. Carpz. d. def. n. 3. & lib. 6. R. 20. Bachov. ad Treutler. vol. 2. disp. 25. th. 1. lit. l. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 53. not. 2. p. 502.*

4. Ast ad successionem ab intestato remedium *l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* minus protogari potest, *arg. l. 14. & 16. de LL. Berger. c. l. not. 4. p. 503.*

5. Ex *l. ult. C. de edict. D. Adr. toll.* heres in testamento judiciali institutus, in possessionem non immittendus est, priusquam testamentum judicia-

liter

liter ac debito modo confectum vel insinuatum docuerit, *Carpz. lib. 6. R. 19.*

6. Per exceptionem, quæ in continenti probari potest, impediri immissionem in possessionem bonorum ex *d. l. ult.* post alios tradunt *Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n. 751. & Hartm. Pistor. p. 4. qu. 10. n. 14. seq.* vid. *Carpz. p. 3. c. 5. d. 18. n. 8.*

7. Sed quæritur: an ratio agendi ex *d. l. ult.* sit summaria in specie sic dicta, an executiva? Distinguendum esse putat *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 5. th. 9. p. 41.* utrum agatur contra tertium, titulo singulari aut universali possidentem, v. c. heredem, ab intestato, an adversus heredem, testamento scriptum, utputa cum legatarius ex testamento scripto possessionem rei legatæ petat, ita, ut priori casu contra tertium possessorem, v. c. heredem ab intestato, ratio agendi non sit executiva sed summaria, adeoque admittat exceptiones altioris indaginis: at posteriori casu, scil. adversus heredem scriptum, legatario liceat via experiri proprie executiva. Pro qua sententia etiam niti videntur *Finckelth. obs. 121. Carpz. p. 3. c. 13. d. 35.* Sed senatum censuisse, rationem agendi ex *l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* etiam respectu legatarii contra heredem scriptum summariam in specie esse, non executivam, testatur *Berger. c. l. p. 44.* Id quod jam existimavit *Fachin. lib. 5. controv. c. 31.*

8. Locus non habet *l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* contra possessorem, qui causam justam possidendi habet, eamque in continenti demonstrare potest, *Menoch. remed. adipisc. possess. 4. n. 554. seq. H. Pistor. lib. 4. qu. 10. n. 14.* Ita donatarius mortis causa, qui apprehendit possessionem fundi donati, in possessorio summario tuendus est, adversus heredem fidei-

com-

commissarium, qui ex prædicta lege ad adipiscendam experitur, *Berger. lib. 2. R. 250. & œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 53. not. 3. p. 502.*

9. Rasura testamenti scripti, in loco non substantiali, non impedit viam experiundi ex *d. l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. Brunnem. ad d. l. n. 6.* præsertim si rasura a notario, salvo integroque sensu, facta sit, *Menoch. remed. adipisc. possess. 4. n. 721. Berger. œcon. jur. c. l. not. 1. p. 502.*

10. Eidem remedio præscribitur 30. annis, quamdiu scilicet nondum præscriptum est juri immissionem petendi, *arg. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* neque res usucapta, *l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll. p. 503.*

11. Heres pro portione, in qua successit, factum defuncti impugnare haud potest, sed illud omnino ratum habere tenetur, *l. 149. de R. J.* idque locum habet, etiamsi defunctus bona ad heredes pertinentia alienaverit, *l. 14. C. de R. V. Hartm. Pistor. obs. 19. n. 3.* Nisi alienatio a defuncto facta per se nulla est: tum enim heredi contra factum defuncti venire licet, *Carpz. p. 2. c. 14. d. 70. n. 7. seq.*

12. Mentio heredum, circa jura personalia, nec sua natura ad heredes transitoria, non nisi de primi gradus heredibus accipienda est, *arg. l. 14. C. de usufr. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 271.*

13. Heredibus allodialibus inventarium feudi, quod vocant, cedit, nec semen ad seminandos agros successoribus feudalibus relinquere tenentur, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 297.*

14. Ad heredes allodiales pertinent arbores, ventorum violentia dejectæ, die Wind-Brüche, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 432.*

15. Heres,

15. Heres, qui ex testamento succedit, ad emolumenta ab intestato debita provocare nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 280.*

HERES, LEGATARIUS INDIGNUS.

1. Indignus redditur, & consequenter legato vel fideicommisso carere debet, qui ingratitudinem committit erga testatorem, post ejus mortem, veluti, qui defunctum post mortem quasi illicitæ mercis negotiatorem detulit, *l. 1. de his, quæ ut indign. aufer. Stryck. us. mod. tit. eod. §. 2.* Quod pluribus exemplis illustrat *Peregrin. de Jur. fisc. lib. 2. tit. 8. n. 3. seq.* Non autem quælibet levis offensa sufficit, sed insignis gratitudo requiritur, *Stryck. c. l.*

2. Quæstionem de statu alicui movens indignus redditur, ita, ut ante controversiam motam relicta fiscus uti ab indigno auferat, *l. 9. §. ult. de his, quæ ut indign. aufer. Peregrin. c. l. tit. 10. n. 1. Huber. prælect. ad ff. tit. eod. §. 2.* Multo magis indignus est, cujus dolo, negligentiave, dolo proxima, defunctus interiit, *l. 3. eod. Huber. c. l. Stryck. us. mod. tit. de his, quæ ut indign. §. 6.*

3. Adhuc hodie heredem, si necem defuncti occisi non vindicet, hereditate sibi relicta excidere, juxta *l. 7. de his, quæ ut indign.* propugnat *Heig. lib. 2. qu. 34. Mev. p. 5. dec. 153.* Id quod vero negat *Carpz. in pract. crimin. qu. 34. n. 12 seq. & p. 4. c. 11. d. 10,* ex hac præcipua ratione, quod magistratus hodie, non expectata accusatione, ex officio in delicta commissa inquirere debeat, confer. *Huber. c. l. Stryck. us. mod. tit. ad SCt. Syllan. §. 2.*

4. Plane, si magistratus delictum commissum ignoret, id ipsi ab herede denunciari par est, quod si

ipse facere neglexerit, non inique feret, si eidem tanquam indigno hereditas auferatur, *Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 155.* add. *Schilter. ex. 38. §. 179. Stryck. c. l.*

5. Aufertur quoque hereditas vel legatum illi, qui temere ultimam dispositionem defuncti impugnat & quidem 1) per bonorum possessionem contra tabulas, *l. 2. pr. de his quæ ut indign. Stryck. us. mod. tit. eod. §. 3.* 2) per querelam inofficiosi, *l. 8. §. 14. de inoffic. testam.* Necesse autem α) est, ut perstiterit in hac impugnatione usque ad sententiam definitivam, *d. l. 8. §. 14. j. l. 13. §. fin. de jur. fisc. Stryck. c. l. Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 125.* β) ut temere & improbe impugnaverit testamentum, veluti, si appareat, eum justa de causa exheredatum fuisse: qui vero probabili ex causa agit, excusatur, *Berlich. p. 1. dec. 28. Finckelth. obs. 109. n. 6. Richter. dec. 42. n. 7. & 13.* γ) ut nomine proprio impugnaverit, qui ergo vel ex officii necessitate, aut non suo nomine agit, legatum non perdit, *l. 22. de his, quæ ut indign. Stryck. c. l.* δ) ut pro testamento sit pronunciatum ob deficiens jus impugnantis; aliud ergo obtinet, si ob contumaciam ejus reus sit absolutus, *l. 8. §. 14. de inoffic. testam. Stryck. c. l.* 3) per impugnationem testamenti ex capite falsi, *l. 5. §. 1. l. 15. l. 22. de his quæ ut indign. Stryck. c. l.* Excusantur vero rursus, qui ex officii necessitate testamentum impugnarunt, *d. l. 22.* & ita advocatus, qui testamentum nomine alterius impugnavit ut falsum, legatum suum non perdit, *Mev. p. 1. dec. 41. n. 9.* 4) per impugnationem testamenti ex alio facto nefario & probroso, quo pertinet exemplum *in l. 16. pr. de his, quæ ut indign. Stryck. c. l.*

6. Qui vero testamentum ex capite nullitatis, veluti ratione solennium aut facultatis disponendi de certis

certis bonis impugnavit, non fit indignus, nec legatum amittit: quia ipsam voluntatem directo non impugnavit, *l. 24. de inoffic. testam. Stryck. us. mod. tit. de his, quæ ut indign.* §. 3. *Richter. p. 1. dec. 42. n. 4. Wernher. sel. obs. for. in supplem. ad p. 1. obs. 18.* Ast, qui, omissa inofficiosi querela, testamentum, velut a demente & rationis omnino experte conditum, ipso jure nullum dicit, nec tamen obtinet, utique privatur legato, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 175.*

7. Qui paternum testamentum ex capite subsecutæ revocationis impugnat, propterea, licet succumbat; nullam hereditariæ portionis diminutionem patitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 18.*

8. Ille præterea indignus est, qui clam & tacite fidem testatori dedit de hereditate incapaci restituenda, *l. 10. l. 18. de his, quæ ut indign. Peregrin. de jur. fisc. lib. 2. tit. 10. n. 23.* nisi forsan tempore mortis capax fuerit, *l. 3.* §. 1. *de jur. fisc. Stryck. us. mod. tit. de his, quæ ut indign.* §. 7.

9. Si palam heres rogatur ad hereditatem incapaci restituendam fideicommissum pro non scripto habetur, nec fisco locus est, sed remanet hereditas penes scriptum heredem, *l. 3. de jur. fisc. Garsias de tacit. fideicomm. n. 10. Stryck. c. l.* nisi sequatur restitutio, *Garsias c. l. n. 11.*

10. Illa tacita fideicommissa, quæ illis, qui capere possunt, relinquuntur, licita omnino sunt ac permissa, *l. 1. C. de delator. Stryck. de success. ab intestat. dissert. 8. c. 9.* §. 5.

11. Obscuritas testamenti circa personam, etiamsi restitutio postulata palam & aperte fit, non dicitur, nec intelligitur purgare vitium fideicommissi taciti, *l. 40. de jur. fisc. ibi:* Fundum Titio des, de quo te

rogavi, item rogo vos heredes meos, ut in eo, quod a vobis petii, fidem præstetis, vid. *Gars. c. l. n. 3. Brisson. de formul. pop. Rom. p. 670.*

12. Porro causam indignitatis præbet adulterium cum defuncto defunctave commissum; etiam in militari testamento, *l. 13. in fin. l. 14. de his, quæ ut indign. Huber. prælect. ad ff. tit. eod. §. 4. & 6.*

13. Miles mulieri, in quam turpis suspicio cadit, aut stupro cognitæ, quæ in contubernio militis fuit, testamento relinqui nihil potest, sed relictum fisco vindicatur, *l. 41. §. 1. de testam. milit. l. 14. de his, quæ ut indign. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 5. not. 6. p. 354.* Alius vero meretrici, quid relinquere potest, *Habn. ad Wesenbec. tit. de his, quæ ut indign. n. 2. in fin.*

14. Hereditas vel legatum, cum alicui velut indigno, aufertur, hodienum fisco regulariter cedit juxta *l. 1. seq. si quis aliqu. test. pron. 1. 1. de his, quæ ut indign. l. 1. pr. de jur. fisc. Huber. prælect. ad ff. tit. de his, quæ ut indign. §. 6. Stryck. us. mod. tit. eod. §. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 36. & in supplem. nov. ad d. obs. 36.* dissentiunt, & hereditates atque legata indignis relicta manere penes heredem, volunt *Grænew. ad tit. C. de his, quæ ut indign. Beyer. ad ff. tit. eod. posit. 17. & tit. si quis aliquem test. prob. posit. 20. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 30. p. 417.*

15. Add. loc. *liberi. th. 15.* loc. *pacta successoria. th. 9.*

HOMAGIUM.

1. Homagii præstatio indicium subjectionis est, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 2.* etiam in Saxonia, adeoque forum competens reddit, *Wernher. in supplem. nov. ad d. obs. 2.*

2. Ho-

2. Homagium ab omnibus, qui vel domicilium in territorio constituunt, vel saltem bona in illo possident, præstandum est, *Wernher. d. obs. 2. n. 4.* neque ab eodem excepti sunt clerici, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 284.*

3. Quicunque bona, sub alicujus jurisdictione sita, possidet, ad homagium præstandum compelli potest, quamvis alibi domicilium habeat, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 67.*

HOMICIDA. HOMICIDIUM.

1. Ut homicidium dicatur dolosum, locumque habeat pœna ordinaria, non præcise requiritur animus occidendi, sed sufficit voluntas nocendi atque percutiendi, *Carpz. pract. crim. qu. 1. n. 15. seq. Berger. jurispr. crim. p. 91.* in delictis enim puniendis dolus in genere sufficit, *Berger. c. l. p. 92. Carpz. c. l. n. 30.* modo instrumentum, ad cædem perpetrandam, aptum fuerit, *Carpz. qu. 3. Berger. c. l. p. 92.*

2. Mandans æque ac mandatarius, in secuto homicidio, pœna ordinaria tenetur, *Carpz. qu. 4. n. 1. seq.* quamvis mandatum fuerit saltem de vulnerando, *Carpz. d. qu. 4. n. 19. seq.* nisi mandatarius fines mandati excesserit, *Carpz. d. qu. 4. n. 17. 18.* vel etiam absque mandato hoc delictum perpetraturus fuisset, *Carpz. c. l. n. 27. seq.*

3. Pœna capitis remittenda non est illi, qui Titium interfecturus, per errorem Mevium occidit, vel Cajum forte fortuna adstantem, aut prætereuntem, aut intercedentem, vita privavit, *Carpz. qu. 5. n. 1. seq.* nisi defensionis suæ causa, cum aggressorem ferire vellet, adstantem forte vel intervenientem percussit, *Berger. c. l. p. 92.*

4. Neque remittitur pœna ordinaria, quando occiſor neque errorem in perſona occiſi committit, neque aliquem percutiendo ex caſu ſuperveniente alium occidit; ſed ſolum doloſe rem agit illicitam, & caſu quodam accidente aliquem interficit. Veluti: ſi quis graſſetur ante fores Titii tempore nocturno, neſciens an Titius domi ſit, vel non, & gladio pungat feneſtram, vel exonerando archibuſium globulum per januam trajiciat, eumque, qui caſu fortuito ſtat in limine domus, occidat, *Carpz. d. qu. 5. n. 37.*

5. Nec minus homicidium in rixa ex calore iracundiæ perpetratum mortis ſupplicio punitur: niſi juſta cauſa calorem iracundiæ præcedat, veluti ſi quis ab alio fuerit provocatus, aut alio modo offenſus, *Carpz. qu. 6.* confer. vero *Brunnem. proc. inquiſit. c. 9. n. 62. Berger. jurispr. crim. p. 105. & p. 258. ſequ. & Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 150.* ubi hac de re monita JCtorum Lipſienſium & Wittebergenſium referuntur.

6. Pœna ordinaria locum ſibi non vendicat, quando in rixa ſeu tumultu plurium quis eſt occiſus, neque eorum quisquam, qui occiderit, certo ſciri poteſt, *Carpz. qu. 25. n. 3. ſeq. Berger. c. l. p. 108. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 13.*

7. Secus ergo fuerit, ubi de prima percuſſione lethali conſtat, vel unus de illa ſufficientibus indiciis gravatus eſt: is enim priori caſu ſolus pœnæ capitis, & poſteriori torturæ ſubjicitur, *Wernher. d. obſ. 13. n. 2. 3. Beyer. c. l. Carpz. d. qu. 25. n. 19. & 33.*

8. Ubi, prævia conſpiratione, plures aliquem percuſſerunt, tunc omnes ordinaria homicidii pœna afficiuntur, *Ord. crim. art. 148. Conſtit. Elect. Sax. 7. p. 4. Carpz. d. qu. n. 11. Berger. c. l. p. 107. Wernher. c. l. n. 5.*

9. Quan-

9. Quando plures ſimul aliquot vulnera lethalia alicui inflixerunt, ac de vulneratoribus etiam conſtat, ſed quodnam vulnus primum fuerit illatum, & quisnam primo vulneraverit, dubitatur? omnes gladio puniendi ſunt, *Carpz. d. qu. n. 24. ſequ. Berger. c. l. p. 108.*

10. Cum in rixa caſuali plures unum vulneraverunt, & licet ſingula vulnera lethalia non fuerint, attamen omnia ſimul juncta mortem attulerunt, omnes extra ordinem plectuntur, adeo ut nequidem autor rixæ gladio ſit puniendus, *Carpz. d. qu. n. 41. ſeq. Berger. c. l.*

11. In dubio homicidium præſumitur doloſum; unde, ſi reus ſciens bombardam pulvere pyrio repletam eſſe, jocatus demonſtretur, ſe alterum enecare velle, atque adeo explodendo ſclopetum eundem enecet, locus erit pœnæ capitali, niſi interfector ignorantiam ſclopeti præparati, & animum a violatione alienum per torturam obtineat, *Berger. p. 2. ſupplem. ad jurispr. crim. obſ. 98.*

12. Ut pœna gladii locum inveniat, nihil intereſt, utrum cæſus in continenti animam efflarit, an poſtea diem ex lethali vulnere obierit: modo vulnus ſit ſimpliciter lethale, quod nulla arte ſanari poteſt, *Berger. jurispr. crim. p. 94.* vid. omnino *Carpz. qu. 26. n. 1. ſeq. Barth. Hodeg. For. c. 6. §. 6. lit. a. p. 877.*

13. Nam ſi vulnus non ſit ſimpliciter, ſed ſaltem per accidens lethale, reus non pœna ordinaria, ſed fuſtigatione, relegatione, aliave pœna arbitraria afficitur, *Ord. Crim. Car. art. 147. Carpz. d. qu. 26. n. 13. ſeq. Berger. c. l. p. 94.* confer. tamen omnino monita Jureconſultorum Lipſienſium & Witteber-

gensium apud *Berger. in jurispr. crim. p.275. seq. &* *Wernher. sel. obs. for. p.3. obs. 155.*

14. Ut igitur de lethalitate vulneris, ejusque qualitate constet, inspectio & sectio vulneris instituenda est a Medicis & Chirurgis, iisdemque jurejurando obstrictis, sive initio muneris suscepti & generatim, sive speciatim, & postea judicium suum jurejurando confirmantibus, præsente judice cum duobus assessoribus & actuario, *Ord. Crim. Car. art.149. Carpz. d. qu. 26. n. 19. seq. Berger. c. l. Barth. c. l.*

15. Vulnerum inspectio & sectio nunquam intermittenda est, licet gladio, bombarda, vel alio thelo mortifero vulneratus statim in terram prociderit, & e vestigio mortuus sit, cum sæpe etiam ex alia causa id contingere possit, *Carpz. d. qu. 26. n. 46. Granz. de defens. inquisit. c. 6. membr. 2. Sect. 1. a. 1. n. 18. & 21. p. m. 684.* Plane hoc casu inspectionem & sectionem vulnerum necessariam non esse putat *Brunnem. proc. crim. c. 7. n. 20.* add. *Berger. c. l. p. 95. & p. 268. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 152.* ubi monita JCtorum Lipsiensium & Wittebergensium exhibet, *& p. 4. obs. 4. n. 102. seq.*

16. Imo requisitis *d. art. 149.* omissis, atque sectione, absente judice, facta, ut maxime etiam Chirurgi vel Medici de vulneris mortalitate deponant, eamque doceant ac demonstrent, ad pœnam ordinariam deveniri non posse, docet *Carpz. d. qu. 26. n. 50. sequ. Barth. d. p. 877. sequ.* dissentit *Berger. d. p. 95. seq. & p. 268. seq.* ubi monita JCtorum Lipsiensium & Wittebergensium, cum eo facientium, refert.

17. Pœna gladii in homicidio quandoque exasperatur ob circumstantias causæ, personæ, loci, temporis

poris & qualitatis facti, quas late exponit *Carpz. qu. 24.* add. *Berger. jurispr. crim. p. 98. seq.*

18. Homicidium culposum extraordinarie, & quidem pro gravitate culpæ, modo fustigatione, modo relegatione, modo carcere vel multa punitur: in casuali vero pœna cessat, vid. *Carpz. qu. 27. Berger. c. l. p. 100.*

19. Homicidium culpa fieri dicitur, quando quis, vel operam dando rei illicitæ, vel in re licita diligentiam non adhibendo, occiderit, *c. 8. X. de homic. Carpz. d. qu. 27. n. 8. & 16.*

20. Homicidium casu fieri existimatur, quoties commissum est ab eo, qui operam dat rei licitæ, idque facit debito loco ac tempore atque omnem diligentiam adhibendo occidit, *Ord. Crim. Car. art. 146.* quorum alterutro deficiente, homicidium non fortuitum, sed culposum habendum est, *Berger. c. l.*

21. Is quoque, qui alterum occidit ad sui defensionem ab omni pœna immunis est; modo requisita moderaminis inculpatæ tutelæ exacte observaverit; & quidem 1) ratione *causæ:* ut injusta præcesserit offensio, 2) ratione *modi:* ut defensio offensioni respondeat, 3) ratione *temporis:* ut defensio fiat in continenti, vid. omnino *Carpz. qu. 28. Berger. c. l. p. 100. seq.*

22. Sicuti aliud est moderamen defensionis, aliud moderamen inculpatæ defensionis: ita & maxime differunt excessus defensionis, & excessus inculpatæ defensionis; quos, & quando propter ejusmodi excessus modo ordinaria, modo extraordinaria pœna locum habeat, late exponit *Carpz. qu. 29. 30. 31.* confer. omnino *Berger. c. l. p. 101. seq.* Quemadmodum hac de re monita JCtorum Lipsiensium & Wittebergen-

ſium legi merentur apud *eundem p. 258. ſequ. & apud Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 150.*

23. Qui alium, de ſalute ſua periclitantem, defendendo occidit aliquem, a pœna liberandus eſt: modo moderamen inculpatæ tutelæ obſervaverit, *Carpz. qu. 32. n. 1. ſeq.*

24. Defenſio rerum, etiam cum internecione invaſoris, ſi alio modo res conſervari aut recuperari nequeant, licita eſt, *Ord. Crim. Car. art. 150. Carpz. qu. 32. n. 32.* Si vero alio modo conſervari queant, veluti ſi fur non reſiſtat, vel res ablatas relinquat & aufugiat, vel judicialiter recuperari queant, vel plane nondum furatus ſit, ordinaria pœna vix ceſſabit, occiſo fure, *Carpz. d. qu. 32. n. 28.*

25. Furem nocturnum impune occidere licet, *l. 9. ad L. Cornel. de ſicar. c. 3. X. de homicid.* modo iſtud fiat, 1) pro defenſione ſui ipſius, vel rerum ſuarum, *l. furem nocturnum ad L. Cornel. de ſicar.* 2) volens occidere furem nocturnum clamet, *l. itaque ad L. Aquil.* 3) eum non cognoverit, neque habuerit teſtes, qui potuerint illum cognoſcere, 4) eum capere non potuerit, *l. ſed etſi quemcunque ad L. Aquil. Carpz. d. qu. 32. n. 37. ſeq.*

26. Si vero horum requiſitorum unum vel alterum neglectum fuerit, occiſor pœna extraordinaria, pro ratione commiſſi exceſſus, punitur, *Carpz. d. qu. n. 39.*

27. Add. loc. *heres indignus. th. 3. 4.*

HYPOTHECA.

1. Hypotheca a debitore, qui ſolvendo non eſt, conſtitui poteſt, donec ipſi adminiſtratio bonorum ſuorum interdicta, *Rivin. ad Ord. Proc. Sax. tit. 46. en. 1.*

2. Quan-

2. Quando pignoris conventio contractum præcesserit, ab ipso demum contractus tempore pignus incipiet; ex quo fit, ut is, cui eadem res interim pignori data fuit, præferatur, *l. pen. qua res pign. dat. oblig. non poss. l. 11. pr. qui pot. in pign.* Quando vero post contractum demum perfectum de pignore fuerit conventum, conventionis pignoratitiæ potius, quam contractus tempus inspicitur, *Hartm. Pistor. p. 3. qu. 14. n. 28. Carpz. p. 1. c. 28. d. 119.*

3. Si pro contractu puro pignus acceptum fuerit, ipsum tempus, quo de contractu conventum, non autem, quo numeratio secuta est, inspicitur, ac propterea is, qui prius contraxit, in pignore eo nomine accepto, præferendus est illi, cui, priusquam pecunia ex illo contractu debita numeraretur, eadem res pignori data fuit, *l. 1. qui pot. in pign. Hartm. Pistor. d. qu. 14. n. 7.*

4. In contractu vero in diem, sive ex die celebrato, ipsum conventionis tempus, non autem ejus, quo dies venit, spectandum est, adeoque, si ante diei adventum alteri eadem res oppignorata fuerit, is, qui prius ex die pignus accepit, tanquam potior præferri debet *l. 12. § 2. qui potior. in pign. Carpz. p. 1. c. 28. d. 120. n. 4. seq.*

5. Creditor quoque, qui sub conditione hypothecam accepit, præferendus est illi, cui ante conditionis eventum hypotheca pure constituta est, si postea conditio extiterit, *l. 9. §. 1. l. 11. §. 1. qui potior. in pign.* modo conditio sit casualis vel mixta: nam si ex mera debitoris potestate dependet, attenditur tempus conditionis existentis, *l. 1. C. qui potior. in pign. l. 11. pr. eod. Berlich. p. 1. concl. 66. n. 32. Carpz. d. def. n. 7. 8.*

6. Ex

6. Ex promissione de re oppignoranda non præfertur quis creditori, cui postea res eadem fuit oppignorata, *Moller. lib. 1. Semestr. 26. Carpz. d. c. d. 121.*

7. Jure civili valida est hypotheca, etiam in bonis immobilibus, extrajudicialiter constituta, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 188.* scil. ad causandam hypothecariam actionem: secus est quoad privilegium prælationis in concursu creditorum, quo casu hypotheca publica privatæ præfertur, per *l. 11. C. qui potior. in pign. Berlicb. p. 2. concl. 29. n. 1. 2.*

8. Plane de jure civili hypothecam bonorum immobilium extrajudicialem in tantum valere, ut anterior mulieri ratione dotis præferatur, tradit *Carpz. p. 1. c. 28. d. 122.* Imo in foro etiam Saxonico anterior hypotheca extrajudicialis *(a)* præfertur doti mulieris in rebus mobilibus, *Carpz. d. c. d. 67.*

9. In foro Saxonico, etsi valide extrajudicialiter oppignorentur res mobiles, *(b) Constit. Elect. Sax. 23. p. 2. ibique Carpz. d. 9.* nec non jura ac nomina, *O. P. S. tit. 46. §.* Ferner die *nomina. Carpz. d. c. d. 7.* bona immobilia tamen absque consensu magistratus seu judicis, sub quo immediate sunt sita, efficaciter oppignorari non possunt, Landr. *lib. 1. art. 8. d. c. 23. ibique Carpz. d. 20. 21.* nequidem a nobilibus & illu-

(*a*) Sed hodie in foro Saxonico hypotheca extrajudicialis nullum plane effectum habet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 46. §. 1.

(*b*) Plane hodie res mobiles neque judicialiter neque extrajudicialiter oppignorari possunt: sed ille tantum, cui res mobilis, pignoris loco, actu tradita est, nam constitutum possessorium vel traditio ficta non attenditur, jus reale in ea consequitur, adeo ut exinde præ cæteris omnibus, qui ad classem primam referri nequeunt, ipsi sit satisfaciendum, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 44. §. 2.

illustribus personis, *Carpz. d. c. d. 1.* nec a mercatoribus, *Carpz. d. c. d. 2.* etsi accesserit juramentum debitoris, *Carpz. d. c. d. 4.*

10. Sola confirmatio obligationis ad corroborandum in illa comprehensam hypothecam immobilium non sufficit, sed consensus demum magistratus in oppignorationem eorum jus reale tribuit: quia aliud est confirmare, aliud consentire in hypothecam constitutam, quod, ut speciale, speciali quoque expressione opus est, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 17. lit. c. p. 64.*

11. Præfectorum consensus in hypothecam feudi Amtsassiaci non sufficit, cum illis quidem in vasallos Amtsassiacos jurisdictio immediata, non autem exercitium dominii directi, tanquam reservatum principis, concessa sit, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 17. lit. c. p. 64.* Secus tamen in feudis rusticis Amtsassiacis dicendum, in hæc enim Præfectis exercitium dominii directii quodammodo, & speciatim investituram concessam æsse, eaque propter etiam in hypothecam ejusmodi feudorum eosdem consentire posse, ait *Berger. E. D. F. tit. 46. obs. 4. not. 2. p. 1607. Barth. c. l. p. 65.*

12. Ad oppignorationem bonorum emphyteuticorum vel censiticorum utriusque, tam judicis ordinarii, quam domini directi, consensus est adhibendus, *O. P. S. tit. 46. §.* Würde sichs auch. *ibique Rivin. en. 5.* add. *d. c. 23. ibique Moller. n. 33. & Carpz. d. 22.*

13. Qui consensum impetravit, vel a solo domino jurisdictionis, vel etiam ab eo tantum, qui dominium directum habet, præsentibus scabinis, moto concursu præfertur saltem chirographariis, *Rivin. d. tit. 46. en. 6.*

14. In-

14. Insinuatio judicialis ad oppignorationem bonorum non requiritur, si bona ipsi judici, sub quo sita sunt, oppignorentur, *Rauchb. p. 1. qu. 24. Carpz. p. 2. c. 23. d. 6. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 248.* Unde & feudi oppignorationem recte fieri ipsi domino, superioris etiam consensu vel confirmatione non adhibita, concludit, *Rauchb. d. qu. 24. Carpz. d. def. 6. n. 7.*

15. Et ipse (c) judex debitor bona sua creditoribus absque consensu superioris oppignorare potest, modo hanc in judicio suo actis publicis a notario judiciali insinuari faciat, *Carpz. d. def. 6. & lib. 4. R. 31.*

16. Emtorem, antequam dominii resignatio facta est, hypothecam in re emta valide constituere posse, negat *Carpz. lib. 1. R. 102. n. 5. seq. & lib. 5. R. 40. n. 13. & R. 41. n. 4. itemque dec. 127.* quem sequitur *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 25.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 49. en. 5.* affirmat *Franzk. lib. 2. Resolut. 12.* quem sequitur *Berger. dec. 126.* confer. omnino *Mev. p. 8. dec. 127.* ubi: quod si tamen ab aliquo rei suæ, nondum facta cessione solenni, (dominii resignatione) publica hypotheca constituta est, & post cessionem deinde eadem res alteri publice hypothecetur, prior non attento, cessionem nondum esse factam, posteriore potior est, quandoquidem, si res aliena pignori data est, post ejus acquisitionem pignus convalescit, *l. 16. §. alienat. de pignor. l. 9. §. fin. qui potior. in pign.*

17. Hypotheca bonorum immobilium judicialis non subsistit, nisi ipsemet debitor verbis expressis con-

(c) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 2. §. 3.*

consensum judicis ad hanc imploraverit, *Mod. Pistor. p. 4. qu. 137. n. 2. & 3. Carpz. p. 2. c. 23. d. 23.* Unde cum debitor in judicio coram magistratu solutionem promittat, sub oppignoratione omnium bonorum suorum valida hypotheca haud constituta esse censetur, nec jure aliquo prælationis præ reliquis gaudet creditoribus, *Carpz. p. 2. c. 23. d. 23. n. 6.* Et nequidem in foro communi a creditore, ignorante debitore, hypotheca extrajudicialis in judicialem mutari potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 70.* multo minus invito eo constitui potest, nisi ob contumaciam, *Mev. p. 8. dec. 125.*

18. Non sufficit, interpellatum fuisse dominum jurisdictionis ad interponendum consensum in oppignorationem bonorum immobilium, sed de impetratione constare debet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 46. en. 3.*

19. Hypotheca in immobilibus apud Saxones non ab eo tempore, quo constituta est, sed quod judicialis autoritas accessit, prærogativam tribuit, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 430.*

20. Valida est bonorum immobilium, exceptis bonis emphyteuticis, censiticis & feudalibus, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 125. & 126.* coram testibus *(d)* constituta hypotheca, etiam in terris Electoratus Saxonici, non ut hypothecæ judiciali, sed solum chirographariis præferatur, *Constit. Elect. Sax. 23. & O. P. S. tit. 46. §.* **da auch.** Imo ejusmodi creditores arrestantibus quoque, nec non in possessionem immissis, aliisque tacitam hypothecam habentibus, veluti mulieri ratione dotis, posterioribus anteferri, tradit *Carpz. d. c. d. 14.*

(*d*) Imo ejusmodi hypotheca hodie plane nullius est momenti, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 46. §. 1.*

d. 14. & 15. p. 1. c. 28. d. 127. cujus vero ſententia reprobata eſt *dec. 60. ibique Philipp. obſ. 1.* add. *Eckold. ad ff. lib. 20. tit. 4. §. fin. Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 12. lit. a. p. 546.*

21. Oppignoratio bonorum immobilium extrajudicialis, licet reſpectu aliorum creditorum, hypothecam judicialem habentium, invalida ſit, heredes tamen debitoris obligat, *O. P. S. tit. 46.* §. aber unbewegliche. *ibique Rivin. en. 7. d. c. 23. ibique Carpz. d. 3.* Imo ex hypotheca extrajudiciali dari actionem hypothecariam contra tertium poſſeſſorem, tradit *Berger. dec. 31.* diſſentit *Martin. ad O. P. S. tit. 46. Berger. elect. proc. exec. th. 6.*

22. Hypotheca generalis rerum mobilium comprehendit etiam mobilia ac nomina, in alieno territorio exiſtentia, *Carpz. p. 2. c. 23. d. 10.*

23. Hypotheca generalis non trahenda eſt ad res mobiles, quæ poſt mortem debitoris hereditati acceſſerunt, *Carpz. d. c. d. 11.*

24. Sub hypotheca generali bonorum mobilium atque immobilium, jure communi, nomina *(e)* non comprehenduntur, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 6. def. 14. n. 3. Stryck. de cautel. contract. ſect. 2. c. 4. §. 15.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 30.* Secus de jure Saxonico, *O. P. S. tit. 46.* §. ferner die *nomina. ibique Rivin. en. 2. Carpz. d. c. d. 7. Stryck. c. l.*

25. Creditori datur perſecutio bonorum mobilium,

(*e*) Hodie, in foro Saxonico, in nominibus, bey auſſenſtehenden Capitalien und Forderungen, ſicuti nec per inhibitionem, vel per præceptum de non ſolvendo, ſic quoque nec per ſimplicem conventionem, niſi documentum inſimul loco pignoris traditur, jus reale acquiri poteſt, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 44. §. 2.

bilium, sibi oppignoratorum, adversus tertium possessorem, principali debitore prius excusso, *Carpz. d. t. d. 12.* Mercibus tamen in taberna oppignoratis, ac postea singulatim venditis, creditor adversus emtorem hypothecaria experiri nequit, *Carpz. d. c. d. 13. Neguzant. de pignor. membr. 2. p. 2. n. 23.* bene tamen contra eum, qui vel integrum corpus mercium, vel maximam earum partem per aversionem, pretio non in singulas res, sed generaliter constituto, emit, *Leyser. ad ff. spec. 224. medit. 6.*

26. Hypotheca rerum mobilium extrajudicialis seu conventionalis anterior præfertur arresto & hypothecæ judiciali, posteriori in foro Saxonico, *O. P. S. tit. 46. §.* fernet die *nomina.* idque contra *l. 11. C. qui potior. in pign.* vid. *Carpz. d. c. d. 9.*

27. In fructibus fundi præfertur hypotheca extrajudicialis anterior judiciali posteriori, etiam in foro Saxonico, *Carpz. p. 1. c. 28. d. 124.*

28. Postquam, vendita hypotheca, de pretio satisfactum est hypothecariis, in residuo pretii, chirographariis, præferuntur ii, qui conventionalem habent hypothecam, *Carpz. d. c. d. 123.*

29. Ad hypothecam in feudo constituendam non sufficit nuda confirmatio contractus, in quo hypothecæ constitutio continetur, sed simul in illa exprimendum, dominum directum sigillatim in hypothecam consentire, *Carpz. lib. 4. R. 29. Struv. synt. iur. feud. c. 13. §. 7. n. 4.* nisi confirmatio contractus, in quo feudum hypothecæ expresse subjectum, in Cancellaria feudali facta sit, *Stryck. de cautel. contr. sect. 2. c. 4. §. 4. Wernher sel. obs. for. p. 2. obs. 467.*

30. Consensus domini vel judicis, super hypotheca feudi vel fundi, ad certum tempus restrictus,

cutionem petere poteſt, *l.2. l.14. l.24. C. de pignor. Carpz. d.c. d.32. Moller. lib.3. ſem.36.* confer. omnino *Mev. p.8. dec. 126.*

41. Creditor alienationem, hypothecæ regulariter impedire nequit, quia talis alienatio haud præjudicat illi, cum is jus ſuum reale in fundo retineat. Aliud dicendum, ſi pactum de non alienando inter creditorem & debitorem ſit initum: huic enim is contravenire nequit, ſed creditor, ſi res adhuc integra, ſine dubio alienationem impedire poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p.6. obſ. 473.*

42. Clauſula de non alienando adjecta hypothecæ tribuit creditori jus executivum contra tertium poſſeſſorem, diſcuſſo nondum principali debitore, *l.7. §. ult. de diſtract. pignor. Carpz. d.c. d.34.*

43. Combuſtis licet ædibus oppignoratis, durat tamen hypotheca in cœmentis, ex quibus alio in loco nova domus fuit ædificata, cujus poſſeſſor a creditoribus ad æſtimationem conveniri poteſt, *Carpz. dec.12.*

44. Hypotheca ſpecialis in re conſtituta durat, quamvis hæc in aliam formam mutata ſit, *l. 16. §.2. de pignor. Weſenbec. in parat. ff. quib mod. pign. vel hypoth. ſolv. n.3. Wernher. ſel. obſ. for. p.1. obſ. 246.*

45. Extinguitur hypotheca poſt acquiſitum creditori dominium ejus rei, quæ antea fuerat ipſi obligata, *l.pen. §.1. de except. rei judic.* Quodſi vero eveniat, ut rem illam creditori habere non liceat, alio poſſeſſionem avocante, actio pignoratitia adhuc durat, *d.l.pen. §.1.* Idque multo magis, ſi debitum ſaltem principale vel obligatio per ceſſionem in alium transferatur: nunquam enim extincta videtur hypotheca, cum perpetuam illam conditionem habeat, ſi ſolutum non ſit debitum aut aliter eo nomine ſatisfactum.

ctum, *l. 13. §. 4. de pignor. l. 9. §. 3. pignor. act. Carpz. p. 2. c. 23. d. 33. & 35.*

46. Non tollitur hypotheca, nec liberantur fidejussores per obligationem secundam, in qua alii dati sunt fidejussores, nisi hoc expresse fuerit actum; *Carpz. p. 2. c. 19. d. 15.*

HYPOTHECA TACITA. (a)

1. Hypotheca tacita absque expressa legis aut statuti dispositione non est statuenda: cum ad jus singulare sit referenda, atque adeo strictæ interpretationis, *Moller. lib. 4. semestr. 41. n. 2. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 1. not. 3. & 4. p. 514.*

2. Privigni jure taciti pignoris in rebus vitrici propter bona materna, quæ apud se habuit, uti non possunt, *Mod. Pistor. p. 1. qu. 4. Carpz. p. 2. c. 24. d. 17. n. 1. 2.* confer. vero loc. *mater tutrix. th. 9.*

3. Ast liberis in bonis paternis, ratione bonorum maternorum, tacita hypotheca competit, a tempore susceptæ administrationis, *l. 6. §. 2. & ult. C. de bon. quæ liber. l. 8. §. ult. C. de secund. nupt. Neguzant. de pignor. p. 2. membr. 4. n. 7. Carpz. c. l. n. 3.* non autem ob reliqua bona adventitia, *l. 6. §. ult. C. de bon. quæ liber. Carpz. c. l. n. 4.* cum hypotheca tacita, quam liberi in bonis paternis habent, jure civili non nisi ad bona materna pertineat, *l. 6. §. 2. C. de bon. quæ liber. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 19. n. 1.*

4. Imo nequidem ob bona materna, hypotheca competit, si eorum ususfructus patri ademptus fuerit, etsi ea sponte sua administret, quia tunc negotiorum gestor potius, quam legitimus curator seu administrator dicitur, *arg. l. 2. & t. t. de negot. gest.* gesto-

(a) Tacitæ hypothecæ per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 1.* plane sunt annihilatæ.

gestoris bona autem nunquam censentur tacite obligata, *Harprecht. in §. 4. n. 59. J. quib. mod. re contrah. Neguzant. de pignor. p. 2. membr. 4. n. 16. Carpz. c. l. n. 5. seq.*

5. Verum enim vero non modo ratione maternorum, sed quoque reliquorum adventitiorum bonorum liberis in bonis paternis competere tacitam hypothecam, ita ut ea ratione istorum ex tempore gerendæ administrationis, ex quo scilicet pater nomine liberorum adiit, aut adire potuit, debuitque maternam hereditatem, ratione horum autem ex die susceptæ administrationis, juxta *O. P. S. tit. 45. §. 5.* incipiat, docet *Berger. in œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. lit. δ. p. 518.* add. *Mev. p. 9. dec. 63. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 19.*

6. Et, cum pater ut plurimum bona adventitia reliqua tutorio nomine ad se recipiat, liberis tacitam hypothecam in bonis paternis, non tanquam patris, sed tutoris sui, indulgeri, per *l. 20. C. de administr. tut. O. P. S. tit. 45. §. 2.* ipse confitetur *Carpz. p. 2. c. 24. d. 18.*

7. Hinc intuitu pecuniæ lustricæ, des Pathen-Geldes, competit liberis in bonis patris hypotheca tacita, & quidem a die baptismi, *Carpz. p. 2. c. 24. d. 18. Mev. p. 9. dec. 63. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. lit. δ. p. 518. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 19.*

8. Jus tacitæ hypothecæ (b) competit pupillis &

(b) Ast hodie in Saxonia Electorali non competit: sed magistratus cujusvis loci tenetur pupillis, minoribus, absentibus, furiosis, similibusque, in ipsa tutoris vel curatoris constitutione, ut & liberis, quorum bona pater administrat, per judicialem hypothecam, ad certam quantitatem in illius bonis immobilibus, arbitrio judicis,

& minoribus in bonis tutorum vel curatorum a die susceptæ vel confirmatæ tutelæ, *l. 20. C. de administr. tut. O. P. S. tit. 45. §. 2. & 5. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 7. def. 1. n. 4. Carpz. p. 1. c. 28. d 114. & p. 2. c. 24. d. 12. n. 1. seq. Berger. E. D. F. tit. 45. obs. 1. not. 1. p. 1490. & not. 3. p. 1492.* imo & illius, qui se pro tutore curatoreve gessit, a die cœptæ administrationis, *O. P. S. d. §. 5. A. Fab. d. tit. 7. def. 2. n. 1. Carpz. d. c. d. 14.* non solum pro sorte principali, sed & pro accessionibus omnibus, *l. 18. qui pot. in pign. A. Fab. d. def. 1. n. 6. Carpz. d. def. 12. n. 6. 7.*

9. Eademque hypotheca tacita competit pupillis in rebus, ex pecunia pupillari emtis, *l. 7. pr. qui pot. in pign. Berger. œcon, jur. lib. 2. tit. 2. th. 2 p. 515.*

10. Bona ejus, cui pecunia pupillaris a tutore mutuo fuit data, jure tacitæ hypothecæ obligata non sunt, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 7. def. 2. n. 6. 7.*

11. Imo pupillo non competit privilegium tacitæ hypothecæ in bonis illius, qui, cum nec tutor esset, nec se pro tutore gerere vellet, tamen bona pupilli per speciem administrationis invasit, animo scil. deprædandi, *l. 6. §. 3. de negot. gest. A. Fab. c. l. n. 3. Carpz. p. 2. c. 24. d. 13. n. 3.*

12. Privilegium tacitæ hypothecæ, pupillo indultum in bonis tutoris, est personalissimum, neque

cis, ex redituum annuorum summa, definiendam, prospicere, desuperque consensum impertiri, vel id saltem in libro consensuum annotare, &, si forte tutor curatorve non sub ejusdem jurisdictione, sed alibi sit possessionatus, curare, ut ibi hypotheca constituatur; nec minus, si tutor curatorve plane immobilia non possideat, eum adigere, ut cautionem per fidejussores præstet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 1.*

ad ejus heredes transit, nequidem ad suos & descendentes, *Coler. p.2. dec.274. Carpz. p.2. c.24. d.12. n.9.* Confer. vero & dissentiunt *VVesenbec. p.3. consil. 104. Carpz. lib.4. R.33. Berger. E.D F. tit. 45. obs.1. not. 2. p.1491. & œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 2. not. 3. p. 516.*

13. Hypotheca tacita quoque competit furioso in bonis curatoris, *l. ult. 4.5. & 6. C. de curat. furios.* ventri, i.e. ei, qui in ventre est, in bonis curatoris ventris, modo deinceps vivus nascatur, *arg. l.7. de stat. hom. l.12. §.1. de liber. & posth. l. 3. C. de posth. hered. Berger. c. l.* alioquin ad tertium hujusmodi hypotheca minus prorogatur, *arg. l.24. pr. de reb. autor. jud. Berger. c. l.* nisi tamen is sit coheres, idemque pupillus aut minor, tum enim curator ventris in casum, si fœtus vivus non nascatur, pro tutoris, curatorisve loco habetur, atque adeo ejus bona coheredi sunt obligata, *Berger. c. l.* Alioqui si coheres sit major, exulat hypotheca tacita, *Berger. c. l.*

14. Fisco competit tacita hypotheca in bonis debitorum 1.) ex contractu, *l. 2. C. in quib. caus. pign.* 2.) ex causa tributorum, *l. 1. C. eod.* 3.) ex administratione, *l. 1. C. de jur. fisc. l. ult. C. quo quisque ord.* 4.) ex delicto ratione pœnarum, *l. 46. §.3. de jur. fisc. O. P. S. tit 43. §.5. Berger. œcon. jur. lib.2. tit.5. th.3. lit. e. p.518.*

15. Hypotheca tacita fisco in bonis debitorum ex contractu competens est cum jure prælationis, in bonis scil. postea quæsitis, *l. 28. de jur. fisc. Berger. c. l. not. 1. p.518.* cujusmodi non intelliguntur, quæ ex antea quæsitis sunt comparata, ne usuræ quidem, *Berger. c. l. p.519.* Ceterum idem illud privilegium fisci ad privatum principis patrimonium profertur, *l. 6. §.1. de jur. fisc.* atque ordinibus imperii merito applicatur, *Berger. c. l.*

16. Hy-

16. Hypotheca tacita, quæ fiſco competit ex cauſa tributorum eſt generalis, & afficit non ſolum fundum tributarium, ſed & cetera bona, *l. 1. C. ſi propt. publ. penſit. l. 1. C. in quib. cauſ. pign. Carpz. p. 3. c. 16. d. 11. Ziegler. de jur. majeſt. lib. 2. c. 3. §. 56. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 2. p. 519.* Cujuſmodi hypotheca generalis etiam competit Senatui, qui merum imperium, atque adeo jus fiſci habet, v. c. Wegen des Schoſſes, *Berger. c. l.* Alia eſt ratio juris prælationis, quod, præter hypothecam tacitam, fiſco tributorum nomine competit, utpote quod feudum ſolum tributarium attingit, *l. 1. C. ſi propt. publ. penſit. Carpz. d. def. 11. n. 3. Berger. c. l.*

17. Hypotheca ſpecialis, quæ eſt in fundo tributario, prius excuti oportet, quam ad hypothecam generalem, quæ eſt in ceteris bonis, deveniri poſſit, *arg. l. 2. C. de pignor. Berger. c. l.* Novus vero poſſeſſor fundi tributarii, ex quo tributa præteriti temporis debentur, beneficio excuſſionis uti non poteſt, *l. 5. §. 2. de cenſib.* add. *Bertoch. diſſert. de pact. quo vendit. trib. in ſe recip. c. 1. §. 6.* Fiſco itaque liberum eſt, utrum adverſus venditorem, actione perſonali, vel hypothecaria, an contra emtorem, tanquam poſſeſſorem, hypothecaria experiri velit, *Berger. c. l.*

18. Fiſco Steuræ hypotheca tacita & jus prælationis non competit in feudo, nomine Steuræ cereviſiariæ, wegen derer davon reſtirenden Tranck-Steuren, propterea quod lex deficit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 4. p. 520.*

19. Hypotheca tacita, quæ fiſco competit ex adminiſtratione in bonis eorum, qui tributa recipiunt, eſt generalis, eaque ſimplex, i. e. ſine jure prælationis talis, atque initium capit a tempore vel ſu-

cepti muneris, bey denen bestellten und verpflichteten Einnehmern, vel tributorum receptorum, aut recipien..orum, bey denen Gerichts-Herren, welche von denen Unterthanen die Steuern eingehoben, von der Zeit, da jeder Termin verfallen, demnach von denen Unterthanen eingenommen werden sollen, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 5. p. 520.* Unde hypotheca tacita, quæ fisco senatus competit in bonis Camerarii, a tempore suscepti muneris computanda est, sine discrimine rationum, & quamvis anniversaria sit administratio, *Berger. c. l.*

20. Sed 1) verius fisco præter hypothecam tacitam competere jus prælationis in bonis postea quæsitis, 2) ex analogia juris hypothecam tacitam, etiam in dominis jurisdictionalibus incipere statim a die susceptæ administrationis, 3) eandem hypothecam ad allodium tantum, non item feudum pertinere, monet *Berger. c. l.*

21. Etiam fisco metallico hypotheca tacita in administratoris bonis metallicis a die delatæ administrationis competit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 6. p. 521.*

22. Hypotheca tacita, quæ competit fisco ratione pœnarum, incipit a die condemnationis, *arg. l. 46. §. 3. de jur. fisc. O. P. S. tit. 43. §. 5. Berger. œcon. jur. c. l. not. 7.* & tum demum locum habet, cum fiscus concurrit cum creditoribus, qui debitorem æque ex delicto obligatum habent, *Berger. c. l.* Ceteroquin in concursu creditorum postponitur ille, ratione multæ, etiam chirographariis, quamvis fiscus arrestum in bonis rei impetrarit, *Berger. c. l.*

23. Com-

23. Competit quoque civitati & piis causis *(c)* tacita hypotheca in bonis administratorum, *O. P. S. tit. 45.* §. So seynd auch, *Carpz. d. c. d. 115.* imo & piæ causæ in bonis debitoris, ratione pecuniæ mutuo datæ tacitam hypothecam habent, *O. P. S. c. l.* §. Weil wir aber, *Carpz. d. c. d. 116.* etiam extra Saxoniam, *Berger. dec. 123.* dissentit *Wernher. p. 5. obs. 195.*

24. Hypotheca tacita in bonis tutoris, aliusve administratoris, veluti quoad fiscum, producitur ad bona extra territorium principis constituentis sita, idque indistincte, 1) quamvis uno loco ad hypothecam expressam requiratur confirmatio, altero minus, 2) sine discrimine bonorum, mobilia ea sint, an immobilia, *Berger. E. D. F. tit. 45. obs. 1. not. 4. p. 1494. & œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 2. not. 2. p. 516.* Quæ tacita hypotheca per cautionem, specialiter præstitam, non tollitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 418.*

25. Nec minor est favor legatarii, *(d)* qui pro legato

(c) Sed cum hodie in Saxonia nec piis causis, nec fisco competat tacita hypotheca, eodem modo, ut pupillis, illis prospiciendum est, *Ord. Proc. Sax. c. l.* §. 2. Nec aliter fisco & piis causis in bonis eorum, cum quibus contrahunt, jus reale tribuitur nisi hypotheca expressa sibi prospexerint, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* §. 3.

(d) Nec legatarii hodie in Saxonia tacitam hypothecam habent: e contra illis, ut & fideicommissariis ac donatariis mortis causa alio modo prospicitur: nam statim, post publicationem testamenti judicialis, a judice ipsis hypotheca in bonis defuncti immobilibus constitui, vel heredes ad cautionem adigi debent. Si autem testamentum sit extrajudiciale, heredes sub pœna dupli & obligatione singulorum in solidum, exclusoque beneficio divisionis, intra tres menses, a tempore hereditatis computandos, judicialiter id indicare, debitamque securitatem præstare tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 4.*

elapſo tempore extinguitur, & jus pignoris ſublatum eſt, præſertim ſi clauſula caſſatoria fuerit adjecta, *Rauchb. p.1. qu.23. n.1. ſeq. Carpz. p.2. c.23. d.24.* add. *Dec. Elect. Sax.31. ibique Philipp. obſ.1.* Hoc tamen cum grano ſalis eſſe accipiendum, ita ut aliqualis temporis laxamentum non excludatur, ait *Barth. in hodeg. for. c.1. §.17. lit.b. p.63.*

31. Magiſtratus conſentiens hypothecæ ad certum tempus, reſervato ſibi vel debitori jure reluendi, tacite conſenſum prorogare videtur, ſi, finito tempore, non reluantur bona hypothecata, *Carpz. d.c. d.25. Moller. lib.4. Semeſtr. c.24.* add. *d. dec.31. ibique Philipp. obſ.2. Barth. c.l.*

32. Ita quoque in illo caſu, quando quis ante elapſum tempus in conſenſu definitum convenitur, & tempus illud durante proceſſu elabatur, nihilominus hypotheca valida manet, *d. dec. 31. ibique Philipp. obſ. 2. n.8.*

33. Magiſtratus, ob præſtitum conſenſum in oppignorationem bonorum pluribus creditoribus factam, nulla ratione tenetur, licet bona omnibus non ſufficiant, *Pingizer. qu.38. Carpz. d.c. d.26.* niſi hypothecam falſo idoneam affirmaverit, *Moller. lib.1. ſem.21. Carpz. d.c. d.27.*

34. Creditor magiſtratum, qui ſine ſufficienti cauſa denegat conſenſum in oppignorationem bonorum immobilium, ad intereſſe convenire poteſt, *Rivin. ad O.P.S. tit.46. en.4.* Magiſtratus enim oppignorationi, etiam invitus, conſentire tenetur, *Moller. ad p.2. c.23. n.14.* modo ipſemet debitor conſenſum imploraverit, *Carpz. p.2. c.23. d.23. n.2.*

35. Creditor, in alienationem pignoris conſentiens, illud debitori remiſiſſe videtur, *l.4. §.1.*

quib.

quib. mod. pign. vel hypoth. modo expresse consentiat, *Carpz. d. c. d. 28.* add. *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 14. def. 6.*

36. Qui generalem habet hypothecam, eligere potest rem qualemcunque, ac petere, ut in eam fiat executio, etiamsi illa res alteri postea specialiter sit obligata, *l. 2. qui pot. in pign. Stryck. de cautel. contr. Sect. 2. c. 4. §. 16.*

37. Creditor, generalem & specialem hypothecam simul habens, prius specialem excutere tenetur, antequam generali utatur, per *l. 2. C. de pignor. O. P. S. tit. 46.* §. Ob nun wohl. *Carpzov. d. c. d. 29. Stryck. c. l. §. 17.* confer. omnino *Hartm. Pistor. lib. 3. qu. 13. Pruckmann. consil. 23. Mev. p. 2. dec. 116.*

38. Hypothecarius, cui generalis (f) constituta est hypotheca, non potest reliquis creditoribus præjudicari in speciali hypotheca, si certam rem semel elegerit, *Carpz. d. c. d. 30. Mev. p. 2. dec. 285.*

39. Parte debiti licet soluta, pignoris tamen obligatio pro residua parte debiti integra manet, *l. 3. §. ult. qui potior. in pign. l. 6. C. de distract. pign. Hartm. Pistor. p. 3. qu. 12. Carpz. p. 2. c. 23. d. 31.*

40. Creditor hypothecarius, omissa actione hypothecaria, personaliter adversus debitorem experiri, inque alia ejus bona sibi non oppignorata exe-

(*f*) Hodie generalis hypotheca, sive sit judicialis, sive extrajudicialis, neque in concursu creditorum, neque contra tertium possessorem, aliquem habet effectum: sed semper in certis rebus immobilibus specialiter constituenda est hypotheca: liberum tamen est creditori, propter unum creditum in duabus, pluribusve rebus specialem hypothecam stipulari, atque desuper consensum judicialem impetrare, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 44. §. 1. 2.

cutionem petere poteſt, *l. 2. l. 14. l. 24. C. de pignor. Carpz. d. c. d. 32. Moller. lib. 3. ſem. 36.* confer. omnino *Mev. p. 8. dec. 126.*

41. Creditor alienationem, hypothecæ regulariter impedire nequit, quia talis alienatio haud præjudicat illi, cum is jus ſuum reale in fundo retineat. Aliud dicendum, ſi pactum de non alienando inter creditorem & debitorem ſit initum: huic enim is contravenire nequit, ſed creditor, ſi res adhuc integra, ſine dubio alienationem impedire poteſt, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 473.*

42. Clauſula de non alienando adjecta hypothecæ tribuit creditori jus executivum contra tertium poſſeſſorem, diſcuſſo nondum principali debitore, *l. 7. §. ult. de diſtract. pignor. Carpz. d. c. d. 34.*

43. Combuſtis licet ædibus oppignoratis, durat tamen hypotheca in cœmentis, ex quibus alio in loco nova domus fuit ædificata, cujus poſſeſſor a creditoribus ad æſtimationem conveniri poteſt, *Carpz. dec. 12.*

44. Hypotheca ſpecialis in re conſtituta durat, quamvis hæc in aliam formam mutata ſit, *l. 16. §. 2. de pignor. Weſenbec. in parat. ff. quib mod. pign. vel hypoth. ſolv. n. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 246.*

45. Extinguitur hypotheca poſt acquiſitum creditori dominium ejus rei, quæ antea fuerat ipſi obligata, *l. pen. §. 1. de except. rei judic.* Quodſi vero eveniat, ut rem illam creditori habere non liceat, alio poſſeſſionem avocante, actio pignoratitia adhuc durat, *d. l. pen. §. 1.* Idque multo magis, ſi debitum ſaltem principale vel obligatio per ceſſionem in alium transferatur: nunquam enim extincta videtur hypotheca, cum perpetuam illam conditionem habeat, ſi ſolutum non ſit debitum aut aliter eo nomine ſatisfactum,

ctum, *l. 13. §. 4. de pignor. l. 9. §. 3. pignor. act. Carpz. p. 2. c. 23. d. 33. & 35.*

46. Non tollitur hypotheca, nec liberantur fidejussores per obligationem secundam, in qua alii dati sunt fidejussores, nisi hoc expresse fuerit actum, *Carpz. p. 2. c. 19. d. 15.*

HYPOTHECA TACITA. (a)

1. Hypotheca tacita absque expressa legis aut statuti dispositione non est statuenda: cum ad jus singulare sit referenda, atque adeo strictæ interpretationis, *Moller. lib. 4. semestr. 41. n. 2. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 1. not. 3. & 4. p. 514.*

2. Privigni jure taciti pignoris in rebus vitrici propter bona materna, quæ apud se habuit, uti non possunt, *Mod. Pistor. p. 1. qu. 4. Carpz. p. 2. c. 24. d. 17. n. 1. 2.* confer. vero loc. *mater tutrix. th. 9.*

3. Ast liberis in bonis paternis, ratione bonorum maternorum, tacita hypotheca competit, a tempore susceptæ administrationis, *l. 6. §. 2. & ult. C. de bon. quæ liber. l. 8. §. ult. C. de secund. nupt. Neguzant. de pignor. p. 2. membr. 4. n. 7. Carpz. c. l. n. 3.* non autem ob reliqua bona adventitia, *l. 6. §. ult. C. de bon. quæ liber. Carpz. c. l. n. 4.* cum hypotheca tacita, quam liberi in bonis paternis habent, jure civili non nisi ad bona materna pertineat, *l. 6. §. 2. C. de bon. quæ liber. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 19. n. 1.*

4. Imo nequidem ob bona materna, hypotheca competit, si eorum ususfructus patri ademptus fuerit, etsi ea sponte sua administret, quia tunc negotiorum gestor potius, quam legitimus curator seu administrator dicitur, *arg. l. 2. & t. t. de negot. gest.*

 gesto-

(a) Tacitæ hypothecæ per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 1.* plane sunt annihilatæ.

gestoris bona autem nunquam censentur tacite obligata, *Harprecht. in §. 4. n. 59. J. quib. mod. re contrah. Neguzant. de pignor. p. 2. membr. 4. n. 16. Carpz. c. l. n. 5. seq.*

5. Verum enim vero non modo ratione maternorum, sed quoque reliquorum adventitiorum bonorum liberis in bonis paternis competere tacitam hypothecam, ita ut ea ratione istorum ex tempore gerendæ administrationis, ex quo scilicet pater nomine liberorum adiit, aut adire potuit, debuitque maternam hereditatem, ratione horum autem ex die susceptæ administrationis, juxta *O. P. S. tit. 45. §. 5.* incipiat, docet *Berger. in œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. lit. δ. p. 518.* add. *Mev. p. 9. dec. 63. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 19.*

6. Et, cum pater ut plurimum bona adventitia reliqua tutorio nomine ad se recipiat, liberis tacitam hypothecam in bonis paternis, non tanquam patris, sed tutoris sui, indulgeri, per *l. 20. C. de administr. tut. O. P. S. tit. 45. §. 2.* ipse confitetur *Carpz. p. 2. c. 24. d. 18.*

7. Hinc intuitu pecuniæ lustricæ, des Pathen-Geldes, competit liberis in bonis patris hypotheca tacita, & quidem a die baptismi, *Carpz. p. 2. c. 24. d. 18. Mev. p. 9. dec. 63. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. lit. δ. p. 518. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 19.*

8. Jus tacitæ hypothecæ *(b)* competit pupillis &

(*b*) Ast hodie in Saxonia Electorali non competit: sed magistratus cujusvis loci tenetur pupillis, minoribus, absentibus, furiosis, similibusque, in ipsa tutoris vel curatoris constitutione, ut & liberis, quorum bona pater administrat, per judicialem hypothecam, ad certam quantitatem in illius bonis immobilibus, arbitrio judicis,

& minoribus in bonis tutorum vel curatorum a die susceptæ vel confirmatæ tutelæ, *l. 20. C. de administr. tut. O. P. S. tit. 45. §. 2. & 5. A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 7. def. 1. n. 4. Carpz. p. 1. c. 28. d 114. & p. 2. c. 24. d. 12. n. 1. seq. Berger. E. D. F. tit. 45. obs. 1. not. 1. p. 1490. & not. 3. p. 1492.* imo & illius, qui se pro tutore curatoreve gessit, a die cœptæ administrationis, *O. P. S. d. §. 5. A. Fab. d. tit. 7. def. 2. n. 1. Carpz. d. c. d. 14.* non solum pro sorte principali, sed & pro accessionibus omnibus, *l. 18. qui pot. in pign. A. Fab. d. def. 1. n. 6. Carpz. d. def. 12. n. 6. 7.*

9. Eademque hypotheca tacita competit pupillis in rebus, ex pecunia pupillari emtis, *l. 7. pr. qui pot. in pign. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 2 p. 515.*

10. Bona ejus, cui pecunia pupillaris a tutore mutuo fuit data, jure tacitæ hypothecæ obligata non sunt, *A. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 7. def. 2. n. 6. 7.*

11. Imo pupillo non competit privilegium tacitæ hypothecæ in bonis illius, qui, cum nec tutor esset, nec se pro tutore gerere vellet, tamen bona pupilli per speciem administrationis invasit, animo scil. deprædandi, *l. 6. §. 3. de negot. gest. A. Fab. c. l. n. 3. Carpz. p. 2. c. 24. d. 13. n. 3.*

12. Privilegium tacitæ hypothecæ, pupillo indultum in bonis tutoris, est personalissimum, neque

cis, ex redituum annuorum summa, definiendam, prospicere, desuperque consensum impertiri, vel id saltem in libro consensuum annotare, &, si forte tutor curatorve non sub ejusdem jurisdictione, sed alibi sit possessionatus, curare, ut ibi hypotheca constituatur; nec minus, si tutor curatorve plane immobilia non possideat, eum adigere, ut cautionem per fidejussores præstet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 1.*

ad ejus heredes transit, nequidem ad suos & descendentes, *Coler. p.2. dec. 274. Carpz. p.2. c.24. d.12. n.9.* Confer. vero & dissentiunt *VVesenbec. p.3. consil. 104. Carpz. lib.4. R.33. Berger. E.D F. tit. 45. obs.1. not. 2. p.1491. & œcon. jur. lib.2. tit.2. th.2. not. 3. p. 516.*

13. Hypotheca tacita quoque competit furioso in bonis curatoris, *l. ult. 4.5. & 6. C. de curat. furios.* ventri, i.e. ei, qui in ventre est, in bonis curatoris ventris, modo deinceps vivus nascatur, *arg. l.7. de stat. hom. l.12. §.1. de liber. & posth. l. 3. C. de posth. hered. Berger. c. l.* alioquin ad tertium hujusmodi hypotheca minus prorogatur, *arg. l.24. pr. de reb. autor. jud. Berger. c. l.* nisi tamen is sit coheres, idemque pupillus aut minor, tum enim curator ventris in casum, si fœtus vivus non nascatur, pro tutoris, curatorisve loco habetur, atque adeo ejus bona coheredi sunt obligata, *Berger. c. l.* Alioqui si coheres sit major, exulat hypotheca tacita, *Berger. c. l.*

14. Fisco competit tacita hypotheca in bonis debitorum 1.) ex contractu, *l. 2. C. in quib. caus. pign.* 2.) ex causa tributorum, *l. 1. C. eod.* 3.) ex administratione, *l. 1. C. de jur. fisc. l. ult. C. quo quisque ord.* 4.) ex delicto ratione pœnarum, *l. 46. §.3. de jur. fisc. O. P. S. tit 43. §.5. Berger. œcon. jur. lib.2. tit.5. th.3. lit. e. p.518.*

15. Hypotheca tacita fisco in bonis debitorum ex contractu competens est cum jure prælationis, in bonis scil. postea quæsitis, *l. 28. de jur. fisc. Berger. c. l. not. 1. p.518.* cujusmodi non intelliguntur, quæ ex antea quæsitis sunt comparata, ne usuræ quidem, *Berger. c. l. p.519.* Ceterum idem illud privilegium fisci ad privatum principis patrimonium profertur, *l. 6. §.1. de jur. fisc.* atque ordinibus imperii merito applicatur, *Berger. c. l.*

16. Hy-

16. Hypotheca tacita, quæ fisco competit ex causa tributorum est generalis, & afficit non solum fundum tributarium, sed & cetera bona, *l. 1. C. si propt. publ. pensit. l. 1. C. in quib. caus. pign. Carpz. p. 3. c. 16. d. 11. Ziegler. de jur. majest. lib. 2. c. 3. §. 56. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 2. p. 519.* Cujusmodi hypotheca generalis etiam competit Senatui, qui merum imperium, atque adeo jus fisci habet, v. c. Wegen des Schosses, *Berger. c. l.* Alia est ratio juris prælationis, quod, præter hypothecam tacitam, fisco tributorum nomine competit, utpote quod feudum solum tributarium attingit, *l. 1. C. si propt. publ. pensit. Carpz. d. def. 11. n. 3. Berger. c. l.*

17. Hypotheca specialis, quæ est in fundo tributario, prius excuti oportet, quam ad hypothecam generalem, quæ est in ceteris bonis, deveniri possit, *arg. l. 2. C. de pignor. Berger. c. l.* Novus vero possessor fundi tributarii, ex quo tributa præteriti temporis debentur, beneficio excussionis uti non potest, *l. 5. §. 2. de censib.* add. *Bertoch. dissert. de pact. quo vendit. trib. in se recip. c. 1. §. 6.* Fisco itaque liberum est, utrum adversus venditorem, actione personali, vel hypothecaria, an contra emtorem, tanquam possessorem, hypothecaria experiri velit, *Berger. c. l.*

18. Fisco Steuræ hypotheca tacita & jus prælationis non competit in feudo, nomine Steuræ cerevisiariæ, wegen derer davon restitenden Tranck-Steuren, propterea quod lex deficit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 4. p. 520.*

19. Hypotheca tacita, quæ fisco competit ex administratione in bonis eorum, qui tributa recipiunt, est generalis, eaque simplex, i. e. sine jure prælationis talis, atque initium capit a tempore vel su-

cepti muneris, bey denen bestellten und verpflichteten Einnehmern, vel tributorum receptorum, aut recipien..orum, bey denen Gerichts-Herren, welche von denen Unterthanen die Steuern eingehoben, von der Zeit, da jeder Termin verfallen, demnach von denen Unterthanen eingenommen werden sollen, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 5. p. 520.* Unde hypotheca tacita, quæ fisco senatus competit in bonis Camerarii, a tempore suscepti muneris computanda est, sine discrimine rationum, & quamvis anniversaria sit administratio, *Berger. c. l.*

20. Sed 1) verius fisco præter hypothecam tacitam competere jus prælationis in bonis postea quæsitis, 2) ex analogia juris hypothecam tacitam, etiam in dominis jurisdictionalibus incipere statim a die susceptæ administrationis, 3) eandem hypothecam ad allodium tantum, non item feudum pertinere, monet *Berger. c. l.*

21. Etiam fisco metallico hypotheca tacita in administratoris bonis metallicis a die delatæ administrationis competit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 3. not. 6. p. 521.*

22. Hypotheca tacita, quæ competit fisco ratione pœnarum, incipit a die condemnationis, *arg. l. 46. §. 3. de jur. fisc. O. P. S. tit. 43. §. 5. Berger. œcon. jur. c. l. not. 7.* & tum demum locum habet, cum fiscus concurrit cum creditoribus, qui debitorem æque ex delicto obligatum habent, *Berger. c. l.* Ceteroquin in concursu creditorum postponitur ille, ratione multæ, etiam chirographariis, quamvis fiscus arrestum in bonis rei impetrarit, *Berger. c. l.*

23. Competit quoque civitati & piis causis *(c)* tacita hypotheca in bonis administratorum, *O. P. S. tit. 45.* §. So seynd auch, *Carpz. d. c. d. 115.* imo & piæ causæ in bonis debitoris, ratione pecuniæ mutuo datæ tacitam hypothecam habent, *O. P. S. c. l.* §. Weil wir aber, *Carpz. d. c. d. 116.* etiam extra Saxoniam, *Berger. dec. 123.* dissentit *Wernher. p. 5. obs. 195.*

24. Hypotheca tacita in bonis tutoris, aliusve administratoris, veluti quoad fiscum, producitur ad bona extra territorium principis constituentis sita, idque indistincte, 1) quamvis uno loco ad hypothecam expressam requiratur confirmatio, altero minus, 2) sine discrimine bonorum, mobilia ea sint, an immobilia, *Berger. E. D. F. tit. 45. obs. 1. not. 4. p. 1494. & œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 2. not. 2. p. 516.* Quæ tacita hypotheca per cautionem, specialiter præstitam, non tollitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 418.*

25. Nec minor est favor legatarii, *(d)* qui pro legato

(c) Sed cum hodie in Saxonia nec piis causis, nec fisco competat tacita hypotheca, eodem modo, ut pupillis, illis prospiciendum est, *Ord. Proc. Sax. c. l.* §. 2. Nec aliter fisco & piis causis in bonis eorum, cum quibus contrahunt, jus reale tribuitur nisi hypotheca expressa sibi prospexerint, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* §. 3.

(d) Nec legatarii hodie in Saxonia tacitam hypothecam habent: e contra illis, ut & fideicommissariis ac donatariis mortis causa alio modo prospicitur: nam statim, post publicationem testamenti judicialis, a judice ipsis hypotheca in bonis defuncti immobilibus constitui, vel heredes ad cautionem adigi debent. Si autem testamentum sit extrajudiciale, heredes sub pœna dupli & obligatione singulorum in solidum, exclusoque beneficio divisionis, intra tres menses, a tempore hereditatis computandos, judicialiter id indicare, debitamque securitatem præstare tenentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45.* §. 4.

legato in bonis testatoris æque tacitam habet hypothecam, *§. 2. J. de legat. l. 1. C. comm. de legat. O. P. S. tit. 45. §. Item,* Wann einem. Attamen non præfertur legatarius ratione hujus hypothecæ creditoribus testatoris, etiamsi nudi sint chirographarii, *Carpz. d. c. d. 117. n. 3. 4.*

26. Hypotheca tacita, quæ nomine legati competit, non obtinet 1) in re ipsa, i. e. specie eademque testatoris propria legata, *arg. l. 45. pr. de R. J. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 29. not. 2. p. 412.* 2) in bonis heredis, *l. 1. in fin. C. commun. de legat. Berger. c. l.* 3) in iis bonis, quæ aliis legata itidem sunt, *Berger. c. l. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 3.* Sed in ceteris tantummodo hereditariis, propterea quod alioquin ejusmodi legata sese mutuo impedirent, atque id, quod uni datur, alteri denegaretur, *l. 11. ut in possess. legat. Berger. c. l.*

27. Sed hoc capiendum est de eo casu, cum ultra legata supersint alia testatoris bona: ceteroqui, si in bonis testatoris non extet, nisi species legata, in ea specie uterque legatarius, scil. cum illius speciei, tum quantitatis, pro rata concurrunt, *l. 82. ad L. Falcid. Berger. c. l. Neguzant. de pignor. p. 2. m. 4. n. 160. Bachov. de pignor. lib. 1. c. 10. n. 5.*

28. Etiam iis in bonis hypothecæ tacitæ locum esse videri, quæ a vivo testatore sunt vendita, post mortem vero tradita venditori, suspicatur *Berger. c. l.* ubi tamen id ipsum in dubium vocat.

29. Locum etiam habet tacita hypotheca *(e)* in bonis

(e) Imo hodie in Saxonia non: locatoribus tamen jus retentionis in fructibus natis vel rebus illatis competit, pro diversitate casuum, adeo ut eos, easve, in prædio exi-

bonis in domum, aream, cellam aliamve rem conductam illatis atque invectis, pro mercede nempe promissa, *l. 2. l. 4. l. 6. quib. in cauf. pign. l. 5. C. de locat. O. P. S. tit. 45.* §. Wann auch einer. *Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 128.*

30. Tacita hypotheca non competit domino rei ablatæ ratione damni ac intereſſe. *Wernher. sel. obſ. for. p. 1. obſ. 288.* add. *Berger. Reſolut. Lauterb. tit. de condict. furt. ad verba: non etiam in bonis furis.* diſſentit *Carpz. d. c. d. 118. n. 4. & pract. crim. qu. 80. n. 119. Schilter. ex. 24. §. 48.*

31. In bonis etiam emphyteuticis jus tacitæ hypothecæ locum habet, *Carpz. p. 2. c. 25. d. 7.* (diſſentit *Moller. ad d. c. 25. n. 14.*) non vero in feudis, *d. c. 25. ibique Moller. n. 1. ſeq. Carpz. d. 1.* add. loc. *emphyteuſis. th. 6.*

32. Attamen, feudo cum conſenſu domini & agnatorum, creditorum cauſa, vendito, poſtquam creditores, expreſſam hypothecam habentes, credita ſua prius conſecuti fuerint, reſiduum pretii ex feudo redacti cedit *(f)* creditoribus illis, qui tacitam hypothecam ex proviſione legis in bonis allodialibus habent, ſecundum prioritatem temporis. Quibus demum ſuccedunt perſonaliter privilegiati, aliique creditores chirographarii, *d. c. 25. ibique Carpz. d. 1. n. 5. 6.*

33. Plane

exiſtentes, pignoris loco, retinere poſſint, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(f) Hodie non, ſed illud reſiduum pretii in feudum convertitur, vel in emtionem feudi collocatur, adeo ut ſimultanee inveſtiti in eo jus ſuum retineant, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 40. §. 3.*

33. Plane si quis ad conservationem & administrationem feudi impenderit quid, hujus nomine non modo reliquis chirographariis, sed & creditoribus, hypothecam expressam habentibus, omnino præferri debet, *Carpz. d. def. 1. n. 9. 10.*

34. Deinde si mulier dotem ex aliis mariti bonis allodialibus, vel ex residuo pretio post creditores hypothecam expressam habentes, consequi non possit, nec ei dotalitium constitutum fuerit, tunc ipsi jus tacitæ hypothecæ pariter ac retentionis & prælationis competit, eique dos præ omnibus aliis creditoribus, expressam hypothecam anteriorem non habentibus, ex bonis feudalibus restitui debet, *d. c. 25. ibique Carpz. d. 2. & O. P. S. tit. 45.* §. Jedoch wo sichs begebe.

35. In fructibus & commoditatibus feudi creditores jure tacitæ hypothecæ uti possunt, *Neguzant. de pignor. part. 2. membr. 2. n. 48.* Quod tamen saltem procedit, 1) quamdiu vasallus, feudi possessor, vivit, & feudum domino non aperitur, vel ad agnatos devolvitur, 2) postquam creditores, quibus feudum expresse pignoratum est, licet sint posteriores, ex fructibus feudi prius satisfactionem acceperint, *d. c. 25. ibique Carpz. d. 3. O. P. S. tit. 45.* §. Wenn aber gleichwohl. *ibique Philipp. consid. 3.*

36. Denique pupillis jus tacitæ hypothecæ competit, *(g)* non solum in fructibus & commoditatibus, sed & in ipsa proprietate feudi tutorum: quod tamen ita accipiendum, ut restringatur ad casum, quando bona debitoris vasalli allodialia nulla supersunt, itemque ut mortuo tutore, agnatis & feudi successo-

(g) Hodie non, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 45. §. 6.*

ceſſoribus id nocumento nullatenus ſit, *O. P. S. tit.45.* §. Ferner vermercken wir, *ibique Philipp. conſid. 6. Carpz. d. c. 25. d. 4.* Atque hic favor extenditur quoque ad pias cauſas, *O. P. S. c. l. Philipp. c. l. Carpz. c. l.*

37. Non impedit tacita hypotheca bona alicujus afficiens, quo minus is vendere, aliovemodo ea diſtrahere poſſit, *Carpz. p. 2. c. 24. d. 8.*

38. Mulieri tamen alienationem bonorum mariti ex jure tacitæ hypothecæ impugnare licet, ſi ex reliquis mariti bonis ipſi ſatisfieri nequeat, ne onere vindicationis gravetur, *Carpz. d. c. d. 9.*

39. Add. loc. *abſens. th. 12.* loc. *creditorum claſſis I. th. 23. 24. 37. 38.* loc. *creditorum claſſis II. th. 4. 5. 6. 15. 18. 19. 25. 27. 28. 30. 31.* loc. *curator bonorum. th. 3.* loc. *curator ſexus. th. 34.* loc. *mater tutrix. th. 9.* loc. *onera. th. 5. 6.* loc. *tutela. th. 49.*

I.

IGNORANTIA.

1. Ignorantia juris non excuſat, *l. 2. de jur. & fact. ignor. Ludovic. uſ. pract. diſtinct. jurid. lib. 22. tit. 6. diſt. 2.* niſi quis adhuc minor ſit, *l. 9. pr. eod.* vel miles, *l. 1. C. eod.* vel femina, ſed quibusdam ſaltem in caſibus propter ſexus infirmitatem, *d. l. 9. pr. & l. fin. C. de jur. & fact. ignor.* vel ruſticus, ſed quoque quibusdam ſaltem in caſibus lege comprehenſis, vel ubi æquitas judicem movet, *l. 1. §. fin. de edend. l. 25. §. 1. de probat. l. 2. §. fin. de jur. fiſc. l. fin. C. de teſtament. Struv. ex. 28. th. 56. Ludov. l. c.* ubi: exceptiones has in iis ſolummodo procedere, quæ meri juris civilis, non autem quæ juris naturalis, & divini poſiti-

positivi sunt, add. *l. 2. C. de in jus voc. l. 11. §. 4. de his, qui not. infam.*

2. Juris ignorantia non prodest, sed nocet in lucro quærendo, *l. 7. l. 8. pr. l. 9. §. 3. de jur. & fact. ignor.* etiam feminis, *d. l. 8. Struv. c. l. th. 53.* at non nocet, quoties agitur de damno vitando, *d. l. 7. & 8.* Si scil. damnum saltem immineat, *d. l. 7. & 8.* Secus autem si damnum jam perpessi simus, *l. 10. C. de jur. & fact. ignor.* vid. *Ludovic. c. l. Struv. c. l. th. 54. 55.*

3. Ignorantia juris positivi culpam latam infert, *l. 9. C. de leg. l. 12. C. de jur. & fact. ignor. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 6. p. 33.*

4. Probabilis ignorantia juris præsertim specialis & statutarii excusat, *Wernher. in supplem. nov. ad p. 5. obs. 50.* quandoque etiam a pœna, *Wernher. p. 5. obs. 50.*

5. Ignorantia facti alieni excusationem præbet, *Ludovic. c. l.* & præsumitur, *l. fin.* pro suo adeoque contrarium ab adversario probandum, *c. 47. de R. J. in 6to. Gail. lib. 2. obs. 48. Struv. ex. 28. th. 61.*

6. Ignorantia vero facti proprii, cum valde supina esset, prætendi nequit, *l. 37. ad SCt. Vellej. l. 3. pr. de jur. & fact. ignor. l. 7. de acquir. vel omitt. hered. l. 25. de adopt.* nisi agatur de facto antiquo, *Mascard. de probat. concl. 889. n. 48. Ludovic. c. l.* Interim ignorantiam facti proprii allegans, iis casibus, quibus illa excusat, probare debet, *Gail. lib. 2. obs. 48. Struv. c. l.*

ILLATA UXORIS.

1. In dubio bona uxoris illata præsumuntur esse paraphernalia: qualitas enim non receptitia minus, quam dotalis, est facti, atque adeo ab uxore probanda,

banda, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 3. th. 10. p. 123. Carpz. p. 2. c. 16. d. 11.*

2. Plane, qualitatem dotalem vel inde comprobari, si quidem bona, statim tempore contracti matrimonii, illata esse demonstrentur, cum *Carpz. lib. 5. R. ult.* docet *Berger. c. l. & Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 100.* Quod ad bona constante matrimonio quæsita extendit *Schilter. ex. 36. th. 79. seq.*

3. Sed bona uxoris non præsumi dotalia, sive constante matrimonio, sive tempore contracti matrimonii illata fuerint, si nulla mentio eorum, saltem in pactis dotalibus, facta, tradit *Wernher. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 100.*

4. Caveat tertius, ne cum solo marito super bonis dotalibus aut paraphernalibus litiget: neque enim sententia, contra maritum lata, uxori nocet, *Berger. c. l.*

IMMISSIO. IMMISSUS CREDITOR.

1. Immissio in actionibus personalibus, ad præstandum vel solvendum tendentibus, non nisi prævia executione,(a) præfixoque ad eam termino Saxonico, fieri solet ac debet: in realibus vero executione opus non est, sed in rei vindicatione ad ablationem rei mobilis manu militari; in immobilibus vero ad exmissionem, præfixo, ad restituendum eas actori, termino, utroque casu, arbitrario, moribus vero Saxonicis quatuordecim dierum spatio; in hypothecaria autem ad immissionem recta procedendum, *Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 8. lit. d. p. 534.*

2. Uxo-

(a) Imo hodie executio & immissio uno actu perficitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 39. §. 10.*

2. Uxores debitorum intervenientes impedire nequeunt immissionem, cum nullum exinde ipsis nascatur præjudicium, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 26.* confer. vero *Mev. p. 4. dec. 59. & p. 5. dec. 183.*

3. Per immissionem non acquiritur dominium rei immobilis, ac proinde ab immisso creditore suscepta alienatio est invalida, *Rivin. c. l. en. 27.* add. *Mev. p. 1. dec. 20.*

4. Fit tamen creditor per immissionem possessor, adeoque eidem a debitore dejecto & actio & exceptio spolii competit, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 86.* confer. *Mev. p. 4. dec. 97. & p. 9. dec. 83.*

5. Qui in fundum litigiosum immittitur, adversario præstet, necesse est, cautionem idoneam vel fidejussoribus vel pignoribus: quæ cautio respicit fructus restituendos in casu victoriæ, non item deteriorationem ejusdem, *Berger. dec. 223.* confer. *Hering. de fidejuss. c. 18. n. 113.*

6. Facta executione & immissione in feudum, non creditori, sed vasallo debitori onus servitiorum incumbit, *Moller. lib. 3. sem. 33. Carpz. p. 2. c. 25. d. 5.*

7. Creditor immissus non tantum de perceptis, sed etiam percipiendis fructibus, quos imputet in debitum, *Mev. p. 3. dec. 320. n. 5. & p. 9. dec. 81.* reddere rationes est obstrictus, *O. P. S. tit. 39.* §. Im Fall nun, *ibique Rivin. en. 25. Carpz. p. 1. c. 32. d. 28. Berger. E. D. F. tit. 39. obs. 7. not. 5. p. 1114.* etsi debitor simplici ejus assertione stare promiserit, *Carpz. d. c. d. 29.*

8. Creditor immissus difficultates administrationis evitare potest, si bona per sequestrum autoritate magistratus constitutum administrari faciat, *Rivin. ad*

ad O. P. S. tit.39. en. 23. add. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 29. th. 2. not. 3. p. 1151.*

9. Cum nomen immissi creditoris per sequestrationem ad illiquidum perveniat, hinc ei exceptio nondum redditarum rationum recte objicitur, *Rivin. c. l. en. 24.*

10. In arbitrio creditoris immissi est, bona administrare, redditisque annuis rationibus ex fructibus sibi satisfacere, an administrationis onere, impetrata immissione, supersedere, & pignoris distractionem vel bonorum executatorum subhastationem urgere velit, quam nec judex ei denegare poterit, nisi forte propter exiguum debitum pretiosioris prædii subhastatio peteretur, cum ex locatione illius & mercede seu locario inde percipiendo, intra breve tempus unius vel alterius anni, solvi integrum possit, *Barth. Hodeg. For. c. 3. § 8. lit. b. p. 535.*

11. Non tamen ea propter particularem solutionem recipere tenebitur creditor, sed pecunia interim colligenda, integraque sors deinde cum usuris ei præstanda, *Barth. c. l.*

12. Subhastatione autem decreta, elocari nihilominus interea prædium, vel administrationi alicujus committi, usque ad adjudicationem, potest, bis es erstanden worden, perceptique inde fructus ad massam concursus deferendi, tametsi creditor ipse subhastationem impetrans, illud conduxerit, vel ab immissione usque administraverit, & fructus perceperit: ex quo enim subhastari id fecit, ex fructibus sibi satisfieri velle desiisse, adeoque nec jure immissionis in compensationem crediti fructus suos facere præsumitur, sed ad instar tertii administratoris, ad redditionem rationum obligatur, *Barth. c. l.*

13. Post motum concursum creditorum contra debitorem ad unius vel alterius creditoris instantiam fieri non debet immissio vel executio, *Mev. p. 7. dec. 135.*

14. Immissio non statim alterius, qui in fundo est, ejectionem infert, *Mev. p. 1. dec. 142. & p. 6. dec. 175.* immissio enim salvo jure tertii decreta & facta intelligitur, *Mev. p. 1. dec. 141.*

15. Immissio unius creditoris non impedit immissionem alterius, *Mev. p. 4. dec. 83. & dec. 212.* cui vero fructus cedant, cognitione opus est, in qua respicitur ad jus potius, vid. *Mev. p. 4. dec. 83. & p. 5. dec. 38.*

16. Immisso creditori, quia ad inopiam divergit, & ideo bonis cedit, non statim adimenda collectio & perceptio fructuum, multo minus ea reddenda debitori, *Mev. p. 9. dec. 49.*

17. Immissio creditoris in bona debitoris non mutat jus & conditionem conductoris, cum etiam immissus locationi debitoris stare teneatur; nec conductor ultra creditori tenetur ac ad mercedem quam locatori debuit, *Mev. p. 7. dec. 69. Moller. lib. 4. semestr. 14.*

IMMUNITAS.

1. Concessio immunitatis stricte capienda est, *arg. l. 13. de muner.* Unde immunitas data a muneribus publicis, von gemeinen Beschwerden, non pertinet ad patrimonialia, *l. ult. §. 24. eod. l. 3. C. de muner. patrim.* nec concessa ab oneribus realibus, æque ac personalibus, pertinet ad onera extraordinaria, extraordinair Anlagen, *l. 6. de vacat.* Imo nec data ab extraordinariis ad ea prorogatur, quæ forte ob casum insolitum & necessitatis extremæ imponuntur, *arg.*

arg. l.78. §. ult. de contrab. emt. vid. *Schilter. ex. 1. th. 22. seq. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 15. not. 10. p. 80. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 477.* confer. omnino *Mev. p. 3. dec. 157. & 158. nec non 310. p. 5. dec. 118. p. 6. dec. 283. p. 7. dec. 144. n. 7. & denique p. 8. dec. 1. dec. 245. & 454.*

2. Privilegium immunitatis ab oneribus pertinet etiam ad ea bona, quorum quis ſolum uſumfructum habet, licet nec proprietarii, nec bonorum conditio immunis ſit, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 10.*

3. Portio ejus, qui immunitatem obtinuit, in concedentis, non univerſitatis detrimentum imputari oportet, *arg. l. 10. C. de SS. eccleſ. l. 2. §. 10. & 16. ne quid in loc. publ. Berger. œcon. jur. c. l. not. 11. p. 81.*

4. Immunitas ab oneribus, collectis & tributis adverſus dominum territorii præſcriptione immemoriali acquiri poteſt, *Carpz. p. 2. c. 3. d. 24. Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 11. th. 52. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 5. n. 123. ſeq. & obſ. 246. nec non p. 10. obſ. 265.* adverſus concives vero ordinaria præſcriptione, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ. 419.* Plane immunitatem a collectis longiſſimo tempore præſcribi, indiſtincte aſſerit *Mev. p. 4. dec. 210. & p. 8. dec. 312.*

5. Immunitates, exemptiones & privilegia titulo oneroſo acquiſita ſunt irrevocabilia, *Klock. de contribut. c. 16. n. 147. ſeq. Myler. de ſtatib. imper. p. 2. c. 62. §. 17. n. 12. Carpz. dec. 87. n. 4. ſeq.* nec ſucceſſor in principatu ejusmodi immunitates revocare poteſt, *Klock. d. tr. c. 8. n. 78. 79. Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 12. th. 12.*

6. Qui immunitatem ab omnibus collectis etiam in caſu extremæ neceſſitatis habet, nequidem actione negotiorum geſtorum a communitate conveniri po-

 teſt,

test, quoties utriusque negotium necessario nexum est, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de vacat. & excus. muner. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 255.* secus ac sentit *Schilter. ex. 1. th. 26.*

IMPEDIMENTUM LEGITIMUM.

Vid. loc. *Legitimum Impedimentum.*

IMPENSÆ.

1. Impensæ in rem non ex fructuum quantitate, sed rei necessitate vel utilitate censendæ sunt, ut inde necessariæ & utiles definiantur, *l. 1. & t. t. de impens. in res dot. l. impensas. de V. S.* Idcirco quod tantum fructuum ex re haberi non potuit, quantum in rem expensum est, haud eo minus sumtus repeti queunt, & debentur, *Mev. p. 2. dec. 210.*

2. Impensæ immodicæ & superfluæ non debentur, *l. 18. C. de negot. gest.* Hæ sunt, quæ rem dominumque ipsum nimis gravant, non semper quæ fructus superant, *Mev. p. 2. dec. 210. n. 2. 3.*

3. Impensæ utiles debentur, licet fructus sint exigui, *Mev. p. 2. dec. 210.* vel cum re perierint, *l. 38. in fin. de petit. hered. l. 10. l. 22. de negot. gest. Mev. p. 2. dec. 227.* vel effectum non habuerint, *l. 10. de negot. gest. Mev. p. 3. dec. 41. n. 5.*

4. Multum interest, utrum rei alienæ possessori seu detentori, veluti conductori, ex lege contractus vel quasi debeantur, an ob præstitam utilitatem melioramenta; in hac posteriori specie æstimatio tantum ejus fit, quod revera existit, & præstatur juxta præsens tempus, non habita ratione, quibus impensis & oneribus vere comparatum sit: in priori vero repetitur non modo quanti res post reparationem vel structuram est & valet, sed quantum ejus causa revera & non inepte impensum, *Mev. p. 3. dec. 41.*

5. Im-

5. Impensæ, quibus res conservatur & melior fit, in concursu creditorum, antecedunt alia credita: quod vero eo non pertingit, ut, qui impendit, alios creditores excludere possit, donec satisfiat: sed ubi fundus, in quem facta sunt melioramenta, ejus pretii sit, ut præterea aliis inde satisfieri possit, hi non attenta illorum prioritate immittuntur, ut fundo tanquam pignori simul incumbant, *Mev. p.6. dec.330.*

6. Creditor enim a detentore ob melioramenta seu impensas non impeditur, quo minus in hypothecam immittatur, *l.44. §.1. de damn. infect. Mev. p. 5. dec. 396. n. 4.* An & quatenus vero detentor recuperet impensas variis distinctionibus explicat *Mev. ibid.*

7. Retentio ordinarium impensas servandi remedium est, tam malæ quam bonæ fidei possessori competens, *l. si fundum de rei vindic. l. si necessarias. de pignor. act. l. colonus. de vi & vi arm. Mev. p. 5. dec.396. n.11.*

8. In repetitione expensarum, quando fit juxta designationem exhibitam, quæ illas exprimit sic procedi oportet, ut primum ea debitoribus communicetur, hisque certus terminus ad respondendum super istis præfigatur. In quo necesse est, ad singula designata, quæ rata habeant, quæ disputent, adjecta contradictionis causa, speciatim exprimere. Super iis summariter proceditur, cognoscitur, porro judicis arbitrio statuitur; statim autem judex liquida ab illiquidis separare & de his porro statuere solet, quomodo verificari, & ad certitudinem redigi debeant, *Mev. p.3. dec.42.*

9. Juramentum est modus probandi expensas, quas contumacia alicujus causavit, utpote de quarum

veritate atque quantitate ex actis judicialibus judici constat, aut res verosimilis est. Ast hoc ad alias, quarum diversa ratio est, expensas porrigi nequit: ubi solum juramentum partis non admittitur, nisi aut ab adversario delatum, aut semiplene probatum sit, *Mev. p. 7. dec. 6.*

IMPENSÆ FUNERIS.

Vid. supra loc. *Funus th. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*

IMPOSSIBILE. IMPOSSIBILITAS.

1. Impossibilia, vel his paria, valde difficilia non sunt imponenda partibus, *Mev. p. 2. dec. 224. n. 4.* & judex impossibilia injungens gravat, *Mev. p. 2. dec. 368.*

2. Impossibilitas, in quam quis semet ipsum conjicit, non excusat, *l. 2. §. pen. si quis caut. judic. sist. Mev. d. dec. 368. n. 4. 5.*

3. Impossibilitas, in quam casu vel probabili ratione pervenitur, non nocet, *l. 19. §. 4. de furt. Mev. c. l. n. 8.* sed per æquipollens præstatur, *l. pen. mandat. Mev. c. l. n. 9. 10. & p. 7. dec. 99. n. 2.*

IMPUBES.

1. Impuberes, qui infantiæ annos excesserunt, dolique capaces sunt, ab omni pœna non sunt immunes, licet non ordinaria, sed, pro arbitrio judicis, extraordinaria quadam pœna affici debeant, *l. 7. C. de pœn. Ord. Crimin. art. 164. Theodoric. in Colleg. crimin. disp. 10. th. 4. lit. e. Carpz. pract. crimin. qu. 143. n. 21. seq. Berger. jurispr. crimin. p. 4. & part. 2. supplem. obs. 157.*

2. Imo impubes pro ratione circumstantiarum non modo fustigatione, sed quoque gladio puniri potest: modo, quoad gladii pœnam, impubes 1) mox pubes futurus, 2) malitia ejus supina, 3) crimen

men atrox sit, *Ord. Crimin. art. 164. Carpz. c. l. n. 43. seq. Berger. c. l.*

3. Impubes, si jam infantiam egressus, & doli capacitas adfuerit, non actione tantum furti tenebitur, si quid abstulerit, sed & ob damnum illatum L. Aquilia obligatur, *l. 5. §. 2. ad L. Aquil. l. 23. de furt. Stryck. us. mod. tit. si quadrup. pauper. fec. dicatur. §. 3.*

INCARCERATIO. INCARCERATUS.

1. Ad incarcerationem delinquentis judex regulariter devenire non potest, nisi in criminibus, pro quibus irrogatur ultimum supplicium, vel pœna corporis afflictiva. *Carpz. pract. crim. qu. 111. n. 5.* nisi delinquens sit vilis persona, aut vagabunda, quæ nec immobilia possideat, nec quicquam in bonis habeat, *Carpz. c. l. n. 10.* vel dubium est, num corporis afflictiva aut mitior aliqua pœna infligenda veniat, *Carpz. c. l. n. 12.* add. *Ludov.* Einleit. zum Peinlichen *Proc. c. 2. §. 5.*

2. Deinde delinquens non est incarcerandus, nisi indicia criminis ab eo perpetrati præcesserint, quæ pro ratione circumstantiarum, veluti ipsius delicti, sortis & conditionis personæ delinquentis, modo fortiora, modo debiliora esse possunt, vid. omnino *Carpz. c. l. n. 14. seq. Ludov. c. l. §. 3. 4. Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 470.*

3. Judex, si quempiam injuste carceri mancipavit, de syndicatu tenetur, nec solum pœnam extraordinariam incurrit, sed etiam læso ad damna ac interesse tenetur, *Carpz. c. l. n. 69. 70.* add. *Ludovic. c. l.* injuriarum vero conveniri non potest, *Carpz. c. l.* dissentit *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 7. n. 8. 9. Ludovic. c. l.*

4. Jure Saxonico judex, ob injustam incarcerationem, tenetur ad emendam Buße, quæ est 30. solidorum per singulos dies, Landr. *lib. 3. art. 45. Berger. p. 1. Supplem. ad Elect. jurispr. crim. obs. 23. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 15.* qui ducto calculo, 40. grossos Misnenses seu duas Sexagenas antiquas conficiunt, *Carpz. c. l. n. 73. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 7. n. 11.*

5. Hæc pœna ad solum judicem restricta non est, sed a quovis privato, ad cujus instantiam carcere quis injuste affectus est, præstanda venit, *Wernher. d. obs. 7.* Nec ratione carceris ullum constituitur discrimen, utrum in loco publico, an privato quis detineatur, atque adeo tunc quoque cum ad alterius petitionem magistratus custodes ad cujusquam ædes injuste apposuit, locum habet, *Wernher. d. obs. 7. n. 12. seq. & supplem. ad d. p. 1. obs. 7.*

6. Ad emendam Saxonicam non tenetur privatus, qui judicis arbitrio reliquit, utrum carcerem decernere velit, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 339.* Nec potest emenda peti, quando specialis inquisitio reo dictata, & captura per sententiam approbata est, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 120.*

7. Præter emendam nihil amplius exigi, neque insuper damnorum restitutio postulari potest, quippe quam illa absorbet, & jam virtualiter complectitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 119.*

8. Emenda, quæ, jure Saxonico, in judicem, ob injustam incarcerationem, constituta est, a magistratu ex officio non suppletur, sed necesse est, ut a parte læsa petatur; nihil autem interest, quomodo petatur, utrum expresse, an implicite, i. e. nomine

ne

ne damnorum, vel per modum actionis legis Aquiliæ, vel per modum inquisitionis, *Berger. dec. 176.*

9 Pro relaxando captivo processus mandati necessarius est, etsi causa adhuc dubia sit, *Mev. p. 1. dec. 2.* Quamdiu vero causa carceris adhuc dubia est, mandatum sine clausula, pro relaxando carcerato, non decernitur, *Mev. p. 1. dec. 1.*

10. Incarceratus sua innocentia fretus mandatis juvandus, ut aut accusatio aut inquisitio maturetur, *Mev. p. 8. dec. 216.*

11. Ea, quæ ab incarcerato, licet jurato, promissa sunt, metu extorta præsumuntur, adeoque retractari possunt, *c. 4. 5. X. de his, quæ vi, met. caus. fiunt. l. 22. quod met. caus. Schilter. ex. 49. §. 180. VVernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 483.*

12. Incarcerato nequidem in delictis atrocissimis imponendæ sunt manicæ ac compedes, nisi carcer non satis sit munitus, vel reus de fuga suspectus, *Carpz. pract. crim. qu. 11. n. 51. Brunnem. proc. inquis. c. 8. membr. 1. n. 11. 21. Berger. p. 2. Supplem. ad Elect. jurispr. crim. obs. 31. p. 79. Ludovic.* Einleitung zum Peinlich. *Proc. c. 2. §. 9.*

13. Ob delictum incarcerati ex bonis suis, si quæ habeant, sunt alendi, *Coler. de aliment. lib. 1. c. 14. n. 79.* Quodsi propriis sumtibus se non possunt sustentare, magistratus sumtus ferat, *l. 9. C. de Episcop. audient.* Peinl. Halß-Ger. Ordn. *tit. 176.* Sumtuum autem quantitas ex circumstantiis est determinanda, *Joh. Baptist. Pontan. de aliment. c. 7. Berger. c. l.*

INCENDIUM. INCENDIARIUS.

1. Incendium dolo, attentatum; puta positione materiæ, fustigatione, consummatum autem igne puni-

punitur, Peinl. Halß-Ger. Ordn. *art. 125. Constit. Elect. Sax. 17. p. 4.* vid. *Carpz. pract. crim. qu. 38. n. 1. seq. Berger. jurispr. crim. p. 118.*

2. Atque pœna incendii obtinet in quibuslibet incendiariis, sive sint seditiosi & famosi, Mordbrenner, sive simplices, Brenner ohne Mord; neque interest, masculus, an femina sit; nobilis, an plebejus; neque, an incendium factum sit in urbe, an extra urbem; neque: utrum in ædificiis, iisdemque sive ad inhabitandum, sive ad alios usus comparatis, sive propriis sive alienis, an in aliis rebus, ut acervo frumentorum, lignis & similibus; nec denique: utrum incendium magnum sit, an parvum, &c. vid. *Carpz. c. l. n. 15. sequ. Berger. c. l. p. 119.* add. *VVernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 12. & 176.*

3. Vocatur autem incendium consummatum, sive ædes sint inflammatæ, sive materia accensa sit, adeo ut necesse non sit, ut ædes ardescant, *Carpz. c. l. n. 41. 42. Berger. c. l. & p. 1. Supplem. obs. 32.*

4. Exulat pœna ignis in minore, cui pœna gladii dictitatur, *Carpz. qu. 39. n. 14. Berger. p. 1. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 32.* imo quandoque, veluti ob insignem rei stuporem remittitur pœna gladii, substituta in ejus locum fustigatione & perpetua relegatione, *Berger. c. l.* Idque etiam factum esse in melancolico, testatur *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crim. obs. 129.*

5. Cessat quoque pœna ignis, si reus pœniteat, crimine nondum perfecto; quin &, si in ipso actu delicti, incendio jam exorto, reus vere pœniteat: ubi eum pœna gladii plectendum esse existimat *Carpz. prox. c. l. n. 3. 4. 5.* Imo reum incendii consummati, qui delictum ante incarcerationem sponte confessus

est,

est, ab ordinaria ignis pœna liberari, & gladio puniri, tradit *Berger. prox. c. l. obs. 128.*

6. Porro pœna gladii sufficit, si reus prætendat causam aliquam, ex qua ipsum non tam dolose ac deliberato & perverso animo, quam ex simplicitate quadam deliquisse conjecturari potest, *Carpz. c. l. n. 9. seq.* Imo incendiarium aliquando, habita ratione circumstantiarum non tantum extraordinaria, sed & simplici carceris pœna coerceri posse, tradit *VVernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 250.*

7. Incendium culpa lata admissum, præter restitutionem damni, extra ordinem, puta fustigatione, relegatione, carcere, pœnave pecuniaria puniri: incendium vero culpa levi aut levissima commissum, præter damni restitutionem, non puniri, tradit *Berger. jurispr. crim. p. 119.*

8. Ast incendium culposum, pro gradu culpæ, extra ordinem puniri: ideo tamen semper processum inquisitionis institui non posse, sed agi tantummodo ad damni reparationem, nisi dolus deinceps supervenerit, v. c. cum dominus ædium, suborto incendio, fores dolose clauserit, atque adeo homines, restinguendi causa concurrentes, aditu prohibuerit, docet *id. p. 2. supplem. obs. 130.* Quo ipso quod ad pœnam adstipulari videtur *Carpzovio*, qui *c. l. n. 27. sequ.* statuit, culposum incendium pro diversitate culpæ extraordinarie puniri, quique *c. l. n. 43. sequ.* a *Bergero* alienus est, asserens, jure Saxonico, in incendio etiam culposo reum, si pœna corporis afflictiva afficiatur, ad damna interesse & rerum incendio consumtarum restitutionem non teneri, add. *Heig. p. 2. qu. 23. n. 30.*

9. Reus incendii culposi, qui ex inopia damnum emendare non valet, pœna quadam severiori, vel etiam

etiam fustigatione puniri debet, *l. 9. §. si vero casu. de incend. ruin. naufrag. l. 28. §. 12. in fin. de pœn. Carpz. c. l. n. 48. seq.*

10. In dubio incendium casu fortuito magis quam culpa inhabitantis ortum esse, præsumitur, adeoque probatio culpæ incumbit incendium passo, sive actori, *dec. nov. 80. ibique Philipp. obs. 1. Struv. ex. 23. th. 56. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 200. & p. 4. obs. 214. n. 140. seq. nec non supplem. nov. ad p. 1. obs. 200.* dissentiunt *Moller. lib. 4. Semestr. c. 31. Jason. ad l. 58. de legat. 1. Carpz. pract. crim. qu. 39. n. 62.*

11. Nec paterfamilias tenetur ob incendium, culpa seu negligentia eorum, qui in ejus familia sunt, ortum, nisi de familiæ negligentia monitus fuerit, & monitus non observaverit, *l. 21. de peric. & commod. rei vendit. dec. nov. 79. ibique Philipp. obs. 2. Struv. c. l.* confer. vero *Carpz. c. l. n. 51. seq.*

12. Debitum vel solutio juramento creditoris vel debitoris probatur, si instrumentum vel libri publici incendio perierint, *Carpz. p. 4. c. 17. d. 15.* add. loc. *instrumentum th. 12.*

INCESTUS.

1. Incestus inter consanguineos in linea recta punitur gladio, *Carpz. pract. crim. qu. 72. n. 20. sequ. Berger. jurispr. crim. p. 142.* idque etiam obtinet in parentibus & liberis naturalibus, seu ex fornicatione procreatis, *Carpz. c. l. n. 34.* Nec locus est remissioni conjugum, *Carpz. c. l. n. 39.* Nec mitigatur pœna ideo, quod mater aut filia sit meretrix, *Carpzov. c. l. n. 43.*

2. Mitigatur tamen pœna, si vel minor ætas, vel quæ aliæ graves causæ mitigationem suadeant, utpote si ignoranter ascendentes & descendentes se invicem com-

commiſcuerint, aut filia perſuaſa a patre, ſe ſine exceptione in omnibus & quibuscunque rebus ipſi morem gerere teneri, copiam ſui fecerit, *Carpz. c. l. n. 47.* item, ſi alterius partis, cum qua crimen hoc commiſſum perhibetur, confeſſio deficiat, *Carpz. c. l. n. 51.*

3. Inceſtus inter conſanguineos in linea collaterali, ſine differentia, vinculum duplex ſit, an ſimplex, legitimum ſimul, an naturale tantum, varie coercetur; in gradu primo aut ſecundo, eoque lineæ inæqualis, ſecundum computationem canonicam, fuſtigatione, in gradu ſecundo lineæ æqualis, aut tertio vel quarto quoque lineæ inæqualis, perpetua relegatione, modo alteruter immediate ſtipiti comuni ſubſit: alioqui relegatione temporali, vid. omnino *Carpz. pract. crim. qu. 73. Berger. c. l.* add. *Wernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 368. & Supplem. nov. ad p. 1. obſ. 278.* ubi quod fuſtigationis loco ſola relegatio ob honeſtiorem delinquentis conditionem, veluti conſiliarii, obtineat.

4. Quoties inceſtus committitur inter affines, toties, ſi committatur in linea recta, punitur fuſtigatione; ſin in linea collaterali, varie itidem plectitur: in primo gradu lineæ æqualis pariter fuſtigatione, in ſecundo utriusque lineæ relegatione perpetua, in gradu tertio lineæ inæqualis relegatione modo perpetua, modo temporali, *Carpz. qu. 74. Berger. c. l. p. 143.*

5. Inceſtus cum defuncti fratris vidua commiſſus, eo caſu, quo hæc cum marito nunquam una caro facta eſt, temporali relegatione punitur, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 10. obſ 312.* & pœna inceſtus inter novercam & privignum, nullo adulterio concurrente,

retite, admissi extra Saxoniam Electoralem arbitraria est, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 303.*

6. Per dispensationem Principis liberi, ex incestu juris divini nati, ita restituuntur, ut capaces hereditatis paternæ reddantur, ad eandemque cum liberis, antea ex legitimo matrimonio procreatis, admittantur, *Berger. jurispr. crim. p. 355. seq.*

INCOLA. INCOLATUS.

1. Incolatus contrahitur per domicilium, *l. domicilium ad municip. l. 2. C. de incol.* Unde incola civium numero & jure censetur, *l. provinciales. ibi gl. & Dd.* fit subditus loci, *c. licet. X. de for. compet.* & obnoxius statutis, consuetudinibus, oneribus, *Gail. lib. 2. obs. 35. n. 4. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 17. n. 2.*

2. Incolæ non negandus est usus privilegii, quod non qualitati civis, sed loci ratione competit, *Mev. p. 6. dec. 109.*

3. A mercatura non est excludendus incola, etsi non civis, nec oneribus civitatis subjectus est, *Mev. p. 3. dec. 156.*

4. Statutum, quo successio in gerada viduo defertur, etiam ad incolas pertinet, *Wernher. d. obs. 17.*

5. Incola, etsi privilegiatus, civitatis jurisdictioni obnoxius est, nisi expresse exemtus, *Mev. p. 3. dec. 155. & dec. 309.*

6. Incola ad jus civitatis recipiendum cogi potest, etiam pignoribus captis, nisi singulari concessione ad incolatum admissus, *Mev. p. 4. dec. 85. & 196.*

INDEBITUM. INDEBITI CONDICTIO.

1. Condictio indebiti datur illi, qui, processu executivo conventus, ad pecuniam solvendam fuit con-

condemnatus & solvit, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 240.* Secus, si in processu ordinario aut summario est condemnatus, *Wernher. c. l. n. 6.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 6. en. 6. & 7.*

2. Condictio indebiti cessat, quando transactionis causa aliquid, indebito licet, solutum fuerit, *l. 65. §. 1. de condict. indeb. l. 2. C. eod.* nisi evidens calumnia detegatur, *d. l. 65. §. 1.* aut solutio facta sit tanquam ex praecedenti transactione, quae tamen nunquam intervenit, *l. 23. pr. de condict. indeb. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 354.*

3. Indebitum, piae causae ex errore solutum, repeti non potest, *Clud. de condict. indeb. c. 4. n. 91.* Idemque ad ea etiam, quae studiorum causa indebite soluta sunt, Doctores extendunt, *Lauterb. Colleg. pract. tit. de condict. indeb. §. 32. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 159.*

4. Is, qui contendit, indebitum a se solutum, regulariter hoc probare tenetur, *l. 45. pr. de probat. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 181. & p. 8. obs. 263.* nisi is, qui solvit, minus diligens, utputa pupillus, mulier, rusticus, miles &c. fuerit, *l. 25. §. 1. de probat. VVernher. cc. ll.*

5. Si cautio indebite data esse proponatur, in qua causa debendi expressa non est, tenentis est, probare debitum; quodsi vero causam debendi contineat, illi, qui dedit cautionem, incumbit probatio, quae tamen sit evidentissima, & in continenti per scripturam peragenda oportet, *l. 25. §. fin. de probat. Mev. p. 8. dec. 336. 337.*

INFAMIS. INFAMIA.

1. Infamiae causa est delictum, idque cujusvis proprium, *l. 5. §. 1. de extraord. cognit.* & verum, i. e.

 dolo

dolo admiſſum, *l. 4. §. ult. de his, qui not. infam.* quaſi delictum, quod committitur culpa, ad irrogandam Infamiam non ſufficit, ſine diſcrimine culpæ, atque adeo quamvis lata culpa fiat, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 13. p. 65.*

2. Infamia juris fit notatione legis: contra vero infamia facti per cenſuram hominum, *l. 2. pr. de obſeq. parent.* non omnium e vulgo, ſed cordatiorum, *arg. l. 12. §. 1. C. de pœn.* Infamem jure dicimus berüchtiget, ehrloß, eine verleumde anrüchtige Perſohn: infamem facto autem, welcher ſich proſtituiret, *Berger. c. l.*

3. Infamia juris immediata contingit in factis notoriis, ut puta, ſi quis in ſcenam prodierit, lucri cauſa, *l. 1. l. 2. §. ult. de his, qui not. infam.* Hodierni vero comœdiarum actores neque infames ſunt, neque levis notæ macula laborant, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 7. obſ. 184. & in ſupplem. nov. ad eand. obſ. Stryck. uſ. mod. ff. h. t. §. 7. 8.*

4. Infamia juris mediata per ſententiam judicis irrogatur in obſcuris, ubi ſcil. opus eſt cauſæ cognitione, puta in reliquis delictis publicis, itemque privatis, ut & contractibus, qui exuberantem fidem requirunt, veluti mandato, depoſito, ſocietate & tutelæ adminiſtratione, ob dolum ſcil. eundemque ſententia expreſſum, *l. 1. l. 4. §. ult. h. t. l. 4. §. 1. 2. de ſuſpect. tut. Berger. c. l.* add. *Mev. p. 2. dec. 340.*

5. Affinis infamiæ eſt levis notæ macula, *l. 27. C. de inoffic. teſtam.* quæ contrahitur *α*) ex illegitima nativitate, ut puta in ſpuriis & aliis illegitimis, non in præcocibus, *arg. l. 11. C. de nat. lib.* nec in expoſititiis, Findlingen, *Berger. c. l. p. 67.* *β*) ex ſordido, & vili vitæ genere, ut in carnificibus, excoriatoribus, lictori-

ctoribus, iis, qui purgandis latrinis & cloacis, scil. alienis, operantur, castratoribus suum, ministris diversoriorum, utpote quæ viles dicuntur, *l. 29. C. ad l. jul. de adulter.* confer. *l. 1. C. ne quis lib. invit.* in oberrantibus lyris & cantiunculis, itemque in circumforaneis & Zingaris, *Berger. c. l.* γ) ex morum levitate, ut in prodigis, lusoribus publicis, *Berger. c. l.* itemque in iis, qui culpa bonis cedunt, *arg. nov. 135. in fin. pr. & c. 1. Berger. Resolut. Lauterb. h. t. qu. un.* ut & legitime tortis, *Brunnem. ad l. 14. C. h. t. n. 5.* Plane qui torturam sustinuit, nec infamis, nec levi macula notatus censeri debet, *VVernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 311. Struv. jurispr. rom. germ. for. lib. 1. tit. 13. § 9.*

6. Quod ad castratores suum, illi in Electoratibus, Coloniensi, Saxonico & Brandenburgico, itemque in ditionibus Luneburgicis atque Hassiacis integræ sunt existimationis: utpote quibus famam restituit, atque ab omni liberatis macula aditum ad honores, collegia atque opificia patefecit *Imperatorium Edictum an. 1699.* emissum. Quod tamen vix aliter usu fori sustinetur, quam in quantum a prædictis Ordinibus receptum est, atque comprobatum, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 15. not. 8. p. 69.*

7. Levis notæ macula non asperguntur molitores, similesque, aut eorum liberi: quandoquidem contraria consuetudo, quæ olim obtinuit, pridem damnata fuit, *Rec. Imper. de an. 1539. 1548. & 1577. Berger. c. l. not. 7. p. 68.*

8. Levis notæ macula est personalis, atque adeo ad uxorem quidem, ob consortium vitæ, *arg. l. 1. C. de dignit. l. 3. C. de murilegul.* non autem ad liberos pertingit, *Carpz. dec. 111. & 112. Berger. c. l. not. 6.*

9. Infamis est 1) vidua, quæ intra annum luctus

nubit, jure scil. civili, *l. 8. b. t.* non autem jure canonico, *c. ult. X. de sec. nupt.* nec Sax. Electorali, *Carpz. p. 4. c. 21. d. 10.* 2) contrahens bina sponsalia aut nuptias eodem tempore, *l. 13. §. 2. b. t.* Id quod extenditur α) ad personam, quæ sciens cum antea legitime desponsata sponsalia contrahit, *Ord. Matr. Elect. Sax. rubr.* **Von Ehe-Gelöbniß. §. Wenn sich Jemand.** β) ad conjugem sponsalia tantummodo publica cum alia persona ineuntem, *Constit. Elect. Sax. 20. p. 4. Berger. c. l. not. 2.*

10. Incestus infamat, *l. 13. §. 4. b. t.* imo etiam stuprum, *arg. l. 7. de publ. jud. j. §. 4. J. eod.* Quamobrem Senator, stupri reus, ab ordine Senatorio removetur, *Carpz. dec. 17. & lib. 6. R. 100. n. 9. & 10.* ita quidem, ut nequidem collegiis juridicis competat ejusmodi reo famam reservandi potestas: sed is adire principem, ab eodemque, ut famæ restituatur, & in ordine retineatur, petere debeat, *Berger. jurispr. crim. p. 351.*

11. Qui transegit cum adversario in delictis famosis, non capitalibus, infamia notatur, quandoquidem delictum confiteri intelligitur, *l. 4. §. ult. b. t. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 13. not. 5. p. 68.* etiamsi protestationem: *pro redimenda vexa*, adjiciat, *Berger. c. l. th. 14. p. 71.* Non autem ille, qui transegit in contractibus, *l. 7. b. t.* & de expensis litis, *Berger. p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 69. n. 2.*

12. Infamis facti est decoctor dolosus, qui flavo pileo incedere jubetur, *Resolut. Grav. de an. 1661. j. l. 23. qua in fraud. credit. Berger. œcon. jur. c. l. not. 3. p. 68.* ut & stuprata, *Carpz. p. 2. c. 6. d. 14. n. 6. Berger. c. l. not. 4.*

13. Qui intuitu delicti in contumaciam pro con-

confessio & convicto habetur, infamiam haud incurrit, *Berger. c. l. th. 14. p. 70. & p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 79. VVernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 495.*

14. Cum alicui sententia jusjurandum purgatorium in causa famosa dictitatum, & simul mulcta injuncta est, is infamia non maculatur, nec proinde incapax efficitur honorum, *Berger. prox. c. l. obs. 75.*

15. Evitatur infamia, si reus ante sententiam, offerendo debitum, se ab obligatione liberet, *l. 73. de procurat.* idque hodie non in delictis minus, quam contractibus locum habet, *Gail. lib. 2. obs. 103. n. 2. Berger. œcon. jur. c. l. th. 14. p. 70.* & procedit in causa injuriarum, si reus ante litem contestatam profiteatur, pœnitere se convitii, temere objecti, *Berger. jurispr. crim. p. 81.*

16. Nec infamis est, cui judex graviorem solita pœnam dictitat: qua ratione cum ipso, salva incolumique fama, transegisse videtur, *l. 13. §. 7. h. t. l. 10. §. ult. de pœn. Berger. c. l. & œcon. jur. c. l. p. 71.*

17. Effectus infamiæ juris & facti, denique levis notæ maculæ sunt, remotio a dignitate, *l. 2. C. de dignit. l. un. C. de infam.* itemque exclusio ab opificiis, *Carpz. dec. 17. & lib. 6. R. 100.* & labefactatio testimonii, *l. 1. §. 1. l. 3. pr. de test.* add. tamen *Schilter. ex. 10. th. 35.* ubi Germanos tantam infamiæ, quantam quidem inierint Romani, rationem habere negat.

18. Infamia juris regulariter perpetua est, *arg. l. 43. §. 4. de rit. nupt.* nisi se restituendum curet infamis, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 14. not. 1. p. 72.* Aboletur enim infamia per restitutionem famæ gratiosam, eamque expressam aut tacitam, vel ab imperatore vel a principe factam: hac tamen effectus differentia, ut restitutio principis per solam ejusdem pro-

provinciam valeat: restitutio autem Imperatoris, sive immediate, sive mediate, per Comitem Palatinum, facta, vim suam exerat per universum Imperium, *Berger. d. th. 14. p. 71.*

19. Infamia facti tollitur, si quis per triennium ad frugem se receperit, *Schilter. ex. 10. th. 26.* Levis notæ macula, quæ ex illegitimis natalibus oritur, demum per restitutionem tollitur: contra vero ea, quæ ex sorditie vitæ venit, dimissa sordida professione, tollitur, *Berger. c. l. p. 72.*

20. Spuria, viro legitimo nupta, legitimatur, *Berger. c. l. not. 2.* dissentit *Stryck. us. mod. tit. de his, qui sui vel al. jur. §. 20.* Stuprata quoque, quæ deinceps tertio nubit, famæ restituitur, *Berger. c. l. not. 3.* multoque magis tum, cum ipsemet nubit stupratori, *Berger. c. l.*

INFANS.

1. Infans, in ipso partu mortuus, neque succedit, neque hereditatem ad heredes transmittit, *l. 12. §. 1. de liber. & posth. Carpz. p. 3. c. 17. d. 17.*

2. Si vero infans vivus fuerit natus, & cum spiritu editus, ipsi defertur hereditas, *d. l. 12. §. 1.* licet sexto mense natus & nondum perfectus fuerit, *Rauchb. p. 2. qu. 15. n. 49. Carpz. d. c. d. 18.*

3. Capax est hereditatis posthumus vivus, licet in manibus obstetricum decesserit, nec vox ejus fuerit audita, *l. 3 C. de posth. hered. instit. Carpz. d. c. d. 19.* ubi sic textum in *art. 20.* Lehnrecht interpretatur, add. *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 2. th. 2. p. 38.* Et perinde est, an infans ordinario modo edatur, an vero ex matre mortua exsecetur, *Stryck. de cautel. testam. c. 17. membr. 1. §. 5.*

4. Infans delinquens non punitur, *Carpz. pract. crimin.*

crimin. qu. 143. n. 9. seq. Berger. jurispr. crimin. p. 3. & p. 145. ſalva tamen parentibus, imo interdum magiſtratui, caſtigatione, Züchtigung mit Ruthen, *Carpz. c. l. n. 18. Berger. jurispr. crim. p. 3. nec non part. 2. ſupplem. obſ. 157.* Imo nequidem civiliter ex delicto obligatur infans, *l. 5. §. 2. ad L. Aquil. Stryck. uſ. mod. tit. ſi quadr. pauper. fec. dic. §. 3. Berger. c. l. p. 3. & p. 145. ſeq.*

5. Quodſi vero juſſu alterius, vel non prohibentibus parentibus, damnum dederit infans, in hos redundabit culpa, quæ ipſos ad damni reparationem adſtringit, *Stryck. c. l.*

INFANTICIDIUM.

1. Ordinaria infanticidii pœna ceſſat, & gladio tantum punienda eſt mater, quæ infanti jamjam nato auxilium & opem debitam non præſtat, ſed eum in ſtercore & ſqualore jacentem interire ac mori ſinit, quem vivum conſervare potuiſſet, *Carpz. pract. crimin. qu. 11. n. 21. ſeq.*

2. Mulier, quæ ſentiens dolores puerperii latrinam acceſſit, & infantem voluntarie & doloſe in cloacam emiſit, non pœna parricidii ordinaria, ſed ſolummodo gladio plectenda eſt, *Carpz. c. l. n. 34.* niſi mater ignoraverit, ſe fuiſſe prægnantem, aut eo animo latrinam acceſſerit, quo ventrem exoneraret, præter intentionem vero partus in latrinam ceciderit: tum enim mulier pœna tantum arbitraria ob culpam puniri debet, *Menoch. A. J. Q. lib. 2. cent. 4. caſ. 357. n. 23. Carpz. c. l. n. 36.*

3. Qui ſolam infanticidii committendi vel jam commiſſi ſcientiam habet, iſtudque non impedit, neque revelat, pœna, non ordinaria, ſed arbitraria,

 velut

velut relegatione, carcere aut etiam multa pecuniaria plectitur, *Tessaur. dec. 8. n. 6. seq. Carpz. c. l. n. 44. & 48. seq.* dissentiunt *Damhouder. in pract. crimin. c. 80. n. 10. Berlich. p. 4. concl. 6. n. 40.*

4. Add. loc. *parricidium th. 3. 4. 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. seq.*

INFANTIS EXPOSITIO.

1. Quando infans in locum solitarium, & a conspectu hominum remotum, abjicitur, ea intentione & proposito, quo inedia consumatur & moriatur, tunc, eventu subsecuto, exponentes gladio sunt puniendi, *Ord. crimin. art. 132. Carpz. pract. crim. qu. 10. n. 5.* imo tunc obtinere pœnam ordinariam culei, liquet ex *dec. Elect. Sax. nov. 78.* add. *Berger. jurispr. crim. p. 111. Carpz. c. l. n. 8.* Sin incolumis servetur, fustigatio dictitatur, *Carpz. c. l. n. 16. Berger. c. l. Philipp. ad dec. 78. obs. 2. n. 28.*

2. Si parens infantem in loco obvio & publico exponat, infansque moriatur, locum habet fustigatio, *Carpz. c. l. n. 10. sequ. Berger. c. l.* sin minus, obtinet pœna relegationis aut carceris, *d. dec. 78. Carpz. c. l. n. 15. seq. Berger. c. l.*

3. Onus alendi infantes expositios incumbit ei, qui merum imperium habet, *Carpz. c. l. n. 25. 26. 27. Berger. c. l.* quanquam nobiles hoc onus rusticis & toti communitati obtrudere soleant, idque defendat *Tessaur. dec. 118.*

INFICIATIONIS POENA.

1. Pœna inficiationis, nulla lege, sed solo usu forensi utcunque suffulta, omni modo restringi debet, *Wernher. supplem. nov. ad p. 1. obs. 107.*

2. Add. loc. *actio realis.*

INHI-

INHIBITIO.

1. Inhibitio ante ſummariam cauſæ cognitionem non eſt decernenda, *Carpz. lib. 1. R 19. n. 7. ſeq.* alias nullius eſt momenti, & revocari debet, *Carpz. diſp. de inhibit. c. 1. n. 69. Barth. Hodeg. For. c. 5. §. 14. lit. a. p. 824.*

2. Præcedere igitur debet monitorium, *Barth. c. l. §. 16. p. 825. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 6. not. 2. p. 1179.* absque prævio enim monitorio data inhibitio haud ſubſiſtit, *Reſolut. Grav. de an. 1609. tit.* Von *Juſtitien*-Sachen, *§. 9. Carpz. lib. 1. R. 20. & 23. Wernher. ſel. obſ. for. p. 2. obſ. 464.*

3. Imo, niſi periculum ſit in mora, plerumque adhuc præcedit excitatorium, quod nihil aliud eſt, quam reiteratum monitorium, annexa inhibitionis concedendæ comminatione, *Barth. c. l. Berger. c. l.*

4. Inhibitio ſuper litigioſa poſſeſſione absque clauſula juſtificatoria decernenda non eſt: alioquin ea ipſo jure eſt nulla, *Carpz. lib. 1. R. 20. n. 1. ſeq. Berger. c. l. not. 4.*

5. In arbitrio inhibiti eſt, an parere inhibitioni, & a turbatione ulteriori deſiſtere, an vero, paritione neglecta, poſſeſſionis ſuæ jura plenius deducere velit, *Carpz. in proc. tit. 23. art. 4. n. 6.*

6. Si parere lubeat, neceſſum eſt, non ſaltem paritionem allegare, ſed etiam in termino documentis vel teſtibus probare, *Carpz. prox. c. l. & lib. 1. R. 28.*

7. In continenti ac momento poſt lectam inhibitionem paritio fiat, neceſſe eſt; ideo a multa non relevabitur, qui demum poſt aliquot dies paruit, *Carpz. prox. c. l. n. 14. 15.*

8. Et quidem facienda eſt reſtitutio in natura,

non in æstimatione, ipsi impetranti, vel ad domum, vel in loco turbationis, vel in judicio præsenti ad recipiendum citato, nisi forte res ablata in natura amplius haud existat: tunc enim æstimatione, aut ejusdem generis & bonitatis specie impetrans contentus esse debet, *Barth. hodeg. for. c. 5. §. 16. lit. d. p. 827.*

9. Non paretur inhibitioni, si spolium, super quo inhibitio est decreta, alii, quam inhibenti, restituatur, *Carpz. lib. 1. R. 29.* & qui rem aliam pro spolio judicialiter deponit, *Carpz. c. l. R. 30.* add. *ejusd. disput. de inhibit. c. 5. §. 44. n. 26.*

10. Nec pro parte paruisse sufficit, sed omnimoda paritio requiritur, *Carpz. proc. tit. 23. art. 4. n. 17.*

11. Paretur inhibitioni abstinentia possessionis reali, licet inhibitus super possessione verbis protestetur, *Carpz. lib. 1. R. 31.*

12. Si paruerit reus, aut jura sua penitus probaverit & plenius deduxerit, inhibitio cassatur, *Carpz. proc. d. art. 4. n. 32. Barth. d. §. 16. p. 826. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 6. not. 3. p. 1179.*

13. Quando inhibitus paritionem nec docuerit, nec causam non factæ paritionis justificaverit, inhibitio confirmatur, *Carpz. c. l. n. 36. Berger. c. l.*

14. Sin inhibitus non per omnia sufficienter tergiversationis causas justificaverit, sed dubiæ adhuc sint, in vim simplicis citationis resolvitur inhibitio, *Carpz. c. l. n. 47. Barth. c. l.* add. *Berger. c. l.*

15. Quando inhibitio per sententiam in vim simplicis citationis resolvitur, possessorium summariissimum haud commutatur in ordinarium, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 398.* Aliter sentit *Carpz. proc. tit. 23.*

tit. 23. art. 4. n. 51. & lib. 1. R. 20. n. 21. nec non tract. de inhibit. th. 5. n. 97. seq.

16. Inhibitione per ſententiam in vim ſimplicis citationis reſoluta, liberum eſt impetranti, utrum nova actione experiri, an veterem continuare velit, *Berger. c. l. not. 8. p. 1180.*

17. Per confirmationem vel caſſationem inhibitionis inhibens vel inhibitus declaratur poſſeſſor, *Carpz. lib. 1. R. 21.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 30. th. 6. not. 6. p. 1180.*

18. Inhibitiones ſuper poſſeſſione tantummodo & in puncto litigioſæ poſſeſſionis decernuntur, poſſeſſio vera ſit, vel quaſi, vid. *Carpz. lib. 1. R. 22. n. 2. 3. 4.*

19. Caſus inhibitivi ſunt, 1) contraventionis & prægravationis, adverſus ſententiam in actione reali latam, quæ tranſiit in rem judicatam, 2) vel contra transactionem utriusque partis ſigillo corroboratam, 3) juſti metus de incarceratione alicujus, vel ſpoliatione ſuorum bonorum, quem metum tamen doceri oportet, 4) ſpolii, vel incarcerationis jam factæ, ex cauſa civili, 5) novi operis nunciationis, 6) damni dati per ædificium vicini, 7) facti operis in flumine publico, quo aliter aqua fluat, aut impetus ejus derivetur in fundum vicini. Quibus & plures alii ſunt accenſendi, vid. *Carpz. de inhibit. c. 3. §. 25. n. 21. ſeq. Barth. hodeg. for. c. 5. §. 21. lit. a. p. 830.*

20. Etiam in criminalibus, ſi v. gr. ſtatim ab incarceratione incipiatur, defenſio denegetur, ſalvus conductus non ſervetur, & in ſimilibus impetrari poteſt inhibitio, *Carpz. proc. tit. 23. art. 2. n. 47. Barth. c. l. §. 22. p. 831.*

21. Inhibitio non ſubſiſtit, niſi a competente judice

dice sit decreta, nec litispendentiam in alieno judicio tollit, *Carpz. lib.1. R.24.*

22. Confirmata inhibitione pœnali, non statim exigi potest pœna ab inhibito, sed citari prius debet ad videndum, se declarari in pœnam, *Carpz. c. l. R. 26.*

23. Si pro parte relaxetur inhibitio, multam pro rata remittendam esse, docet *Barth. hodeg. for. c.5. §.17. p. 828.* Sed dissentiunt *Tuius in jur. priv. p.1614. Berger. E. D. F. p.146. & proc. possess. th.6. n. 6. Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.272.*

24. Nec inhibitus a pœna liberatur per transactionem, *Berger. œcon. jur. lib.4. tit.30. th.6. not.10. p.1180.* add. *Barth. c.l. §.20. p.829.*

25. Emanente in primo termino docendæ scil. paritionis vel justificandæ inhibitionis actore vel reo, antegressa contumaciæ accusatione, sine comminatione protinus vel cassatur vel confirmatur inhibitio, *Barth. c.l. §.18. p.829.* confer. *Berger. E. D. F. tit. 5. obs. 5. not. 6. p. 145.* Neutro vero comparente terminus pro circumducto habetur, *Barth. c. l.*

26. Inhibitus non potest a petitorio repelli eo prætextu, quasi ob non solutam multam possessorium nondum sit finitum, *Wernher. sel. obs. for. p.1. obs. 218. n. 2.*

INJURIA.

1. Non solum injuriæ verbales, sed & scriptæ & reales leviores anno civili præscribuntur, *l.5. C. de injur. Constit. Elect. Sax. 46. p.4. ibique Carpz. d.1. & 3. Coler. p.1. dec.128. n.2.* etiam hodie, post mandatum de Duellis Saxonicum de an. 1712. *Wernher. sel. obs. for. p.5. obs.186. & in supplem. nov. ad eand. obs.* adeo ut nec judex proprio motu & ex officio pro-

procedere possit, *Harpr. ad §. in summa. 10. n. 72. J. de injur. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 56.*

2. Injuriæ reales graviores autem, quo & refertur famosus libellus, non nisi 30. annis, cum additamento Saxonico, præscribuntur, *d. c. 46. ibique Carpz. d. 3. n. 15.*

3. Annalis præscriptio ab eo demum tempore, quo injuriæ, ad injuriati scientiam pervenit, currere incipit, *d. c. 46. ibique Carpz. d. 2.*

4. Sola citatione interrumpitur præscriptio injuriarum annalis, *Moller. lib. 2. Semestr. 11. Carpz. d. c. d. 6.* non etiam per libelli oblationem, nisi actor citationem impetrare haud potuerit, *Carpz. d. c. d. 7. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 219.*

5. Per remissionem, non solum expressam, sed quoque tacitam, injuriarum actio extinguitur, veluti, si injuriatus injuriam ad animum non revocaverit; vel ad animum quidem revocaverit, sed postea iterum pristina familiaritate cum injuriante sit usus, *l. 11. §. 1. de injur. §. ult. J. eod. ibique Hopp. Carpz. d. c. d. 8.* etiamsi animum remittendi abfuisse, jurare velit, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 137.* Modo tamen 1) injuriatus id ultro fecerit: secus, si ex necessitate, aut honestatis ergo, utpote si ad commune convivium cum injuriante invitatus, & ad unam mensam cum eo positus, cum ipso familiariter conversatus fuerit, *Schneidew. ad §. ult. n. 2. J. de injur. Hopp. c. l.* 2) modo non cum protestatione id feeerit, *Wernher. in obs. pract. voc.* Hof-Recht. 3) modo id fecerit, antequam in jus vocaret injuriantem, *Hopp. c. l.*

6. Hodie in foro Saxonico remissio in injuriis realibus, wenn es zur Thätlichkeit gekommen, fieri non potest: sed injuriatus magistratui injurias denun-

nunciare tenetur, nisi ipse pœnam incurrere velit, vid. *Duell-Mandat de an. 1712. §. 16. 18.*

7. Remissa licet injuria, quod adhuc hodie in injuriis levioribus & verbalibus, so in Worten, Gebährden und Bedrohungen bestehen, fieri potest, *d. mandat. de duell.* §. 17. judex nihilominus injuriantem punire potest, *Carpz. p. 4. c. 46. d. 9. Wernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 353.*

8. Ad injuriam verus dolus & animus injuriandi requiritur, *l. 3. §. 1. 3. & 4. l. 44. de injur.* Animus vero injuriandi præsumitur in doli capacibus, 1) ex ipso dicto & facto injurioso, *l. 5. C. eod. Carpz. pract. crim. qu. 97. n. 2. seq. Struv. ex. 48. th. 55.* 2) ex circumstantiis, v. c. cum quis ironice bonus patiensve maritus nominatur, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 14. p. 793.* 3) ex moribus, *l. 15. §. 16. de injur.* v. c. cum sacerdos, apud nos appellatur ein Pfaffe, *Berger. c. l.*

9. Injuria fieri intelligitur, quotiescunque in alterius contumeliam quodcunque factum suscipitur, *l. 1. §. 6. l. 13. § ult. l. 23. de injur. Wernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 147. p. 433.*

10. Protestatio adjecta animum injuriandi non excludit, *Gail. lib. 2. obs. 101. Berger. d. th. 14. not. 1. p. 794.* nec veritas objecti criminis, *l. 5. C. de injur. Struv. ex. 48. th. 55. Berger. c. l.* nec autoris demonstratio, *Carpz. lib. 2. R. 62. n. 7. 8. Struv. c. l. th. 56.* nisi fiat α) cum protestatione de non injuriando, β) relative & dubitanter, *Hopp. ad pr. J. de injur. Berger. c. l.*

11. Nihil excusat, licet dictum injuriosum sit conditionale, *Harpr. ad §. 1. n. 147. J. de injur. Carpz. lib. 3. R. 62. Berger. c. l. not. 6. p. 795.* nisi conditio respi-

respiciat tempus futurum, *Carpz. dec. 65.* add. *Berger. c. l.*

12. Animus non injuriandi colligitur ex circumstantiis & quidem 1) ex officio patris & præceptoris, *arg. l. 5. §. ult. ad l. Aquil.* itemque testis, *arg. l. 13. §. 2. de injur. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 14. not. 2. p. 794.* 2) ex studio defendendi, *arg. l. 55. de R. J.* v. c. cum pars gravata appellando petit, corrigi sententiam, aut quis testi, adversus se producto, infamiam opponit, *arg. l. 42. de injur. Berger. c. l.*

13. Quando res aliter expediri non potest, admittitur reus ad juramentum purgatorium, *Gail. lib. 2. obs. 106.* confer. *Carpz. lib. 2. R. 66.*

14. Ecclesiæ ministri aliquid injuriosum facientes, vel convitium in certam personam pro concione dicentes, etiam injuriarum tenentur, *R. J. de an. 1530.* §. Wir haben, *vers.* die Prediger. & *R. J. de an. 1542.* §. Damit aber. *Struv. ex. 48. th. 56.* confer. *loc. clericus. th. 12. 13. 14.*

15. Mediate injuria afficitur 1) pater per liberos in potestate existentes, § *2. J. de injur.* 2) dominus per famulos hodiernos, si, in contumeliam domini injuriam factam esse, constet, *arg. l. 15. §. 48. eod. Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 433.* 3) maritus per uxorem, *l. 1. §. 3. eod.* 4) sponsus per sponsam, *l. 15. §. 24. eod.* 5) heres per defunctum, *l. 1. §. 6. eod. Harpr. ad §. 2. J. de injur.* 6) locator per colonum, *Berger. lib. 2. R. 261.* 7) uxor per maritum, si injuria utrique est communis, veluti, cum maritus dicatur cornutus, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 9. th. 13. not. 4. p. 793.*

16. Filiusfam. injuriarum experiri non potest, nisi emancipatus sit deinceps, aut consentiat pater, *arg.*

arg. l. 17. §. 10. l. 41. de injur. Imo pater injuriam filiofam. factam remittere potest, *d. l. 17. §. 12.* nisi patris persona vilis sit & abjecta, filii vero honesta, *d. l. 17. §. 13.* add. *Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. p. 3. in fin.* Recte quoque agit filiusf. si pater sit absens, aut pro absente habeatur, *d. l. 17. §. 10. & 11.*

17. Add. loc. *maritus. ib. 28.*

INJURIARUM PROCESSUS.

Vid. loc. *processus injuriarum.*

INQUISITIO. INQUISITUS.

1. Inquisitio generalis duabus absolvitur partibus, 1) investigatione corporis delicti, 2) ipsius delinquentis, *Carpz. pract. crim. qu. 107. n. 10. Wernher. princip. jurisprud. formul. part. poster. c. 2. §. 1.* Specialis autem est, quæ adversus certam personam, sufficientibus indiciis oneratam, dirigitur, *Carpz. c. l. n. 11. Wernher. c. l. c. 1. §. 3.*

2. Ast usu fori Saxonici inquisitio specialis demum incipit a responsione ad articulos inquisitionales: actus vero, qui antecedunt, veluti incarceratio inculpati, & summaria interrogatio, ad inquisitionem generalem referuntur, vid. *Wernher. in supplem. ad p. 4. obs. 225. p. 797.*

3. Speciali inquisitioni locus non est, nisi & qualitas delicti eandem permittat, atque indicia reum, præsertim, si honestioris conditionis sit, urgeant, vid. *Carpz. c. l. n. 22. Wernher. princip. jurispr. formul. part. poster. c. 3. §. 1.*

4. Qualitas delicti ea esse debet, ut pœna corporis afflictiva, vel saltem relegationis, sive perpetuæ, sive temporalis, locum habere possit, *Carpz. c. l. Wernher. c. l. §. 2.*

5. Unde

5. Unde sequitur, neminem teneri ad articulos inquisitionales respondere, si delictum, cujus arguitur, non sit ejus generis, ut ad minimum ad pœnam relegationis deveniri possit, secus si fuerit non, nisi summaria responsio, quæ existimationem haud gravat, dictatur, *Wernher. c. l.* §. 3. Quod etiam in delictis gravioribus fit, si indicia sint leviora, & reus honestioris conditionis, *Wernher. c. l. c. 1.* §. 3.

6. Inquisitio specialis non aliter decerni, vel ad eam procedi debet, quam si indicia, quæ ad inquirendum adversus certam personam sufficiunt, concurrant. Quænam vero indicia ad specialem inquisitionem sufficiant, fere ab arbitrio judicantium pendet, *Carpz. c. l. qu. 108. n. 43. seq. Wernher. c. l. c. 3.* §. 5. *seq.* Ubi quædam indicia examinant, quæ ad specialem inquisitionem sufficiant, vel minus.

7. Judex, qui sine indiciis inquisitorie contra aliquem procedit ob delictum, actione injuriarum conveniri potest, *l. 32. de injur. ibique Brunnem. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs 50.*

8. Ad formam inquisitionis, imprimis Saxonicæ Elect. requiritur 1) ut fiat responsio ad articulos inquisitionales desuper confectos, *Ord. Polit. Elect. Sax. de an. 1612. tit.* Von *Justitien*-Sachen, *n. 5. Berger. p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 193.* Unde nemini pœna vel corporis afflictiva, vel relegationis, etiam ad unicum solum annum, per sententiam dictatur, nisi prius ad articulos inquisitionales responderit, *VVernher. princip. jurispr. formul. part. post. c. 3.* §. 4. A qua tamen regula excipiendus est casus, ubi aliud expressa lege constitutum est, ut in Saxon. Elect. *per Mand. de an. 1719.* nempe quoad violentos & seditiosos fures & prædones, *VVernher. c. l. & sel. obs. for.*

 p. 4.

p. 4. obs. 4. n. 125. & p. 5. obs. 1. 2) ut acta non privata & tecto nomine, sed publica, eaque originalia, ad Collegia juridica transmittantur, *Ord. Car. art. 7. Brunnem. proc. crim. c. 8. membr. 4. n. 2. 3. 4. & 6. Berger. c. l.*

9. Processus, per modum inquisitionis institutus, laborat nullitate, cum 1) judex delegatus non juravit, 2) citatio deficit, vel verbalis, vel realis, 3) responsio ab ægrotante, moribundove, atque adeo vi metuque extorta est, 4) Scabini non adfuerunt, denique 5) notarius, a commissario adhibitus, juramento non est adstrictus, *Berger. p. 2. supplem. ad jurispr. crimin. obs. 195.*

10. Quando inquisitio ratione formæ est nulla, effectus transitionis hereditariæ cessat, *Berger. c. l.*

11. In causis inquisitoriis reo semper ultima scriptura permittenda est, sive eidem per sententiam pœna, sive medium eruendæ veritatis, qualecunque tandem, dictetur; neque interest, utrum a procuratore fisci, an a domino jurisdictionali, aut alio quocunque aliquid adversus reum moneatur, *Berger. c. l. obs. 185. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 479.*

12. Per constitutiones, tum Carolinas, tum Electorales Saxonicas omnis decisio causarum criminalium judicibus & magistratibus inferioribus est interdicta, & tenentur illi in his negotiis consilia sapientum petere atque secundum eorum pronunciata pœnas executioni mandare, Peinl. Hals-Ger. Ord. *art. 120. & 160.* Churfl. Sächs. Policey-Ordn. *n. 5. Ziegler. de jur. maj. lib. 1. c. 8. §. 12.* add. *Berger. jurisprud. crimin. p. 211. seq.* Ut itaque præfecti, qui ipsimet pronunciant in causis inquisitionalibus, nulliter

ter procedant, *Berger. p.2. supplem. ad jurisprud. crimin. obs.27.*

13. Plane in delictis levioribus ab ipso magistratu, inconsulto JCtorum, pœna, quæ non est corporis afflictiva, dictari potest, secundum *Carpz. pract. crimin. qu.116. n.28. Barth. hodeg. for. c.1. §.66. lit. c. p.306. Horn. cl.15. R.17. p.1051.*

14. Caveat judex, ne in literis, quibus sententiam in causa criminali a Collegio juridico expetit, contra reum laborare, ejusque factum exagerare videatur: ab hoc enim, ad evitandam suspicionem animi contra inquisitum male affecti, abstinere debet, *Brunnem. proc. crimin. c.8. membr.4. n.7. Wernher. sel. obs. for. p.5. obs 164.*

15. Add. loc. *maritus. th.30.*

INSPECTIO OCULARIS.

Vid. loc. *ocularis inspectio.*

INSTITOR.

1. Præponenti contra eum, quocum institor contraxit, non competit actio, nisi in subsidium, i. e. ab institore suum servare non possit, *l.1. in fin. l.2. de instit. act. Berger. œcon. jur. lib.3. tit.14. th.2. not. 14. p.866.*

2. Finito munere, institor regulariter conveniri non potest, *arg. l. ult. de instit. act.* nisi 1) proprio nomine contraxerit, 2) in specie fidem suam adstrinxerit, 3) fines excesserit, *Berger. c. l. not.15.*

3. Add. loc. *factor.*

INSTRUMENTUM.

1. Instrumenta pro se habent præsumtionem veritatis & solennitatis, *l.14. C. de contrah. stipulat. §.11. & 16. J. de inutil. stipulat. l.134. de V. O. Cothm.*

vol. 1. R. 18. n. 2. maxime, quæ principis autoritate confecta ac roborata sunt, *c. 8. de rescript. in 6. Cephal. vol. 4. consil. 468. n. 110. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 135. n. 1.*

2. Sed cum hæc præsumtio non sit juris & de jure, hinc contrariam probationem admittit, per eamque eliditur, ac infirmatur: nam contra quodvis instrumentum, licet sit judiciale, imo principis autoritate roboratum, contraria probatio locum habet, *Wernher. d. obs. 135. Horn. cl. 16 R. 21.* Nec interest, quomodo contrarium probetur, sive per testes, & documenta alia, sive per juramenti delationem, *Wernher. c. l. n. 3.*

3. Instrumentum subscribens præsumitur intellexisse & probasse omnia illa, quæ in eo continentur, *arg. l. 2. §. 5. quomod. testam. aper. Carpz. proc. tit. 22. art. 1. n. 42.*

4. Qui documento, quo beneficia, quibus renunciat, explicantur, ipse subscripsit, exceptionem non factæ certiorationis contra illud frustra opponit, vid. *l. 29. C. de pact. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 208.*

5. Qui instrumento sigillum apponit, in ejus contenta consentire videtur: cum sigillum eundem cum subscriptione effectum habeat, *Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 113. n. 10. Carpz. proc. tit. 14. art. 2. n. 24 seq.*

6. Instrumentum referens absque relato nihil probat; *auth. si quis in aliquo. C. de edend. ubi Bald. n. 7.* Sed hoc ita, si inter alios probatio fiat: nam instrumentum, referens se ad aliud, inter easdem personas, inter quas confectum est, probat etiam absque relati productione, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 4. n. 7.* Quin & inter alias personas probat instrumentum referens, si con-

si contineat claram facti narrationem in instrumento relato contentam, *Berlich. p. 1. concl. 43. n. 14. Carpz. c. l. n. 8.*

7. Documentum, quod residuum rationum continet, nihil contra scribentem probat, si nomen ejus, cum quo rationes collatæ sint, in eodem expressum haud sit, *Wernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 253.*

8. Instrumenta peregrini sermonis vertenda sunt per interpretem, etiam unum, itemque actuarium, utrumque juratum tamen, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1073.*

9. Falsitas instrumenti ex his fere conjecturis: rasura, foliorum separatione, atque varietate chartarum colligitur, quæ si quis suscipiat, doli suspicione vacare nequit, *Menoch. vol. 1. consil. 48. Decian. vol. 2. consil. 100. n. 9. seq.*

10. Documentum a testibus subscriptum, licet subscriptio simul & uno tempore non facta, ob id improbari nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 13.* Neque præsumtio falsi ex documento oritur, quod alio loco conceptum, alio autem subscriptum, *Rivin. c. l.*

11. Si quis instrumentum incendio consumtum, aliove casu omissum asserat, admittendus est, ut ejus tenorem mediante juramento indicet, *Gail. lib. 2. obs. 37. n. 1. seq.* add. *Habn ad Wesenbec. tit. de fid. instrum. n. 6.* si modo prius existentiam ejus demonstraverit, *vid. l. ult. C. de fid. instrum. Lyncker. centur. 6. dec. 202. Wernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 252.* add. loc. *incendium. th. ult.*

12. Furto subtractis ab adversario instrumentis, quod ad contenta standum est jurejurando ejus, qui passus est furtum, modo hoc probetur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 7. not. 6. p. 1063.*

INSTRUMENTUM GUARENTIGIONATUM.

1. Instrumentum guarentigionatum, i. e. liquidum ac confessatum, klare Brieff und Siegel, in foro Saxonico paratam executionem habent, & absque alio processu executioni mandantur, Landes-Ordnung *de an.* 1555. *tit.* Versetzte Brieffe und Siegel, *Ord. Polit. de an.* 1612. *tit.* Von *Justitien*-Sachen, *n.* 19. *Carpz. lib.* 4. *R.* 9. *n.* 5. 6. 14 *seq.*

2. Instrumentum guarentigionatum, ex quo processus executivus institui possit, ita comparatum esse debet, ut ex ejus inspectione statim liquido appareat, quis, quid, cui, & ex qua causa debeat. Si unum horum deficiat, executive inde agi nequit, *Barth. Hodeg. For. c.* 3. §. 1. *lit. a. p.* 473. *Wernher. sel. obs. for. p.* 2. *obs.* 362. *n.* 1.

3. Testamentum ad instrumenta guarentigionata refertur, adeoque executive ex eo agi potest, *Berlich. p.* 1. *concl.* 80. *n.* 10. *Boer. dec.* 295. *n.* 12. *Carpz. p.* 3. *c.* 13. *d.* 35. sive sit scriptum solenne, sive judiciale *Finckelth. obs.* 121. *n.* 16. sive nuncupativum, sed deinceps in scripturam redactum, *Carpz. lib.* 6. *R.* 20. *n.* 2.

4. Sed actionem ex testamento, sive scripto, sive nuncupativo, sed deinceps in scripturam redacto, esse summariam in specie, non executivam, præjudicio comprobat *Berger. p.* 1. *supplem. ad E. D. F. tit.* 5. §. 9. *p.* 46. Et, contra testamentum judiciale probationem contrarii esse admittendam, tradit *Wernher. sel. obs. for. p.* 1. *obs.* 12. *n.* 11. add. loc. *heres. th.* 7. loc. *legatum. th.* add. loc. *libellus ineptus. th.* 18.

5. Instrumentum a debitore nec scriptum, nec subscriptum, jussu autem ejus & nomine ab alio vel scriptum vel subscriptum, pro guarentigionato habendum

bendum est, atque adeo processui executivo dat locum, ita quidem, ut reum idem vel recognoscere vel jurato diffiteri oporteat, hac generali formula, daß er weder Hand noch Siegel kenne, *Berger. Elect. Proc. Exec. th. 20. n. 27.* Atque eam in sententiam, mutata non nihil jurandi formula, concesserunt JCti Tenenses, *Lyncker. p. 3. dec. 1260.*

6. Sigilli appositio regulariter non est necessaria, nisi ejusdem in ipso instrumento fiat mentio, quamvis tum sufficiat, loco deficientis sigilli hæc apponi verba: in Mangelung meines Pettschaffts, *Berger. c. l.*

7. Imo instrumenti, solo sigillo muniti, non solum in processu summario in specie pariter ac ordinario, de quo *Carpz. p. 1. c. 17. d. 21. & proc. tit. 14. art. 2. n. 24. seq.* loquitur, sed & executivo, habenda est ratio, veluti docet *Coler. de proc. exec. p. 3. c. 1. n. 102. seq.* quamvis literis sigillatis, deficientibus aliis adminiculis, eam vim de consuetudine Germaniæ tribuendam esse, fortassis non sine ratione dubitet *Esbach. ad Carpz. d. def. 21. n. 3.* monente *Bergero c. l. p. 28.* Plane ex ejusmodi instrumento executive agi non posse, cum non sit guarentigionatum, tradit *VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 416.*

8. Instrumentum, idemque collectivo senatus nomine subscriptum, inter guarentigionata referendum est, ex eoque executive, ad effectum recognoscendi, aut jurato diffitendi, agi potest, *Berger. acor. jur. lib. 4. tit. 30. th. 2. not. 2. p. 1164.*

9. Et ex instrumento rationum contra Senatum executive agi potest, quamvis sigillum publicum & consulentis regentis subscriptio deficiat, sed saltem loco subscriptionis senatus mentio fiat per verba:

Der Rath daselbst. *VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 497.*

10. Instrumenta publico collegii sigillo munita, licet subscripta non sint, firma sunt, *Berlich. dec. 54. n. 1. 2. Martin. ad O. P. S. tit. 7. §. 3. n. 22.* ex iisque executive agi potest, *Berger. c. l.*

11. Clausula instrumento obligationis inserta: Er der Debitor wolle, so bald immer möglichen, bezahlen, non impedit, quo minus creditor ex eodem agere queat executive, *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 1. th. 8. not. 4. p. 567. VVernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 86.*

12. Documentum, quod ad aliud se refert, guarentigionatum haud est, adeoque executive ex eodem agi nequit, nisi relatum & ipsum ad manus sit, ejusdemque recognitio simul petatur, vel etiam illius integer tenor in instrumento referente contineatur, *Berger. Elect. Proc. Exec. th. 10. VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 362. & p. 4. obs. 187.* add. *Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 1. lit. a. p. 473.*

13. Instrumentum super contractu bilaterali confectum, cui uterque contrahentium subscripsit, guarentigionatum esse intelligitur, eoque processui executivo locum dat, *Berger. elect. proc. exec. th. 29. Wernher. supplem. ad p. 3. obs. 172.*

14. Quod si vero alter exceptionem non adimpleti contractus opponat, ille passus ante omnia est excutiendus, nec refert, an illa exceptio in continenti sit liquida, aut turbida, *Zanger. de except. p. 3. c. 22. n. 1. seq. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 149. & p. 3. obs. 172. Berger. c. l.*

15. Sed hoc obtinere saltem in substantialibus ipsius contractus, non etiam in accidentalibus pactis, contractui quantumvis adjectis, quorum probationem

nem non adversario, contra quem exceptio haud sequuti implementi opponatur, sed ipsi reo objicienti incumbere, cum *Magon. d. 11. n. 10.* tradit *Carpz. lib. 2. R. 88. n. 14.* dissentit *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. E. tit. 5. §. 10. p. 46.*

16. Regula, quod ex instrumento, super contractu bilaterali composito, prius non possit agi executive, quam probato a parte actoris implemento, intelligenda est de contractu bilaterali *aequali*, v. c. locati conducti: nam ex instrumento super contractu bilaterali *inaequali*, v. c. commodato, conscripto, simpliciter experiri executive licet, & exceptio non secuti implementi opponi nequit, sed ut turbida in reconventionem est rejicienda, *Berger. Elect. Proc. Exec. th. 31. p. 37.*

17. Ex instrumento hypothecae sive consensus judicialis actio personalis executive intentari adversus debitorem potest, ipsa quantumvis non exhibeatur obligatio. *Carpz. dec. 125. n. 15.* minus autem ex libro consensuum, vid. loc. *liber. consensuum. th. un.*

18. Ex instrumentis dilaceratis nec cambialiter, nec executive agi potest, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1074.* si scil. appareat, dilacerationem hac mente esse factam, ut documentum annullari debeat: veluti, si in parte essentiali dilaceratum est, quo quidem casu recognoscendum non est, *Wernber. sel. obs. for. p. 9. obs. 27.* secus est, si probabile sit, non consulto, sed casu fortuito, aliqua sui parte documentum dilaceratum esse, *Wernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 407.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 23.*

19. Ex instrumento obligationis, quod administrator universitatis super mutuo dedit, adversus

hanc executive agi nequit, quia pro guarentigionato haberi non potest, cum versio in utilitatem universitatis ex eo probari nequeat, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 282.*

20. Contra instrumentum guarentigionatum exceptioni usurariæ pravitatis locus non datur, nisi sit incontinenti liquida, *Wernher. p. 3. obs. 101.*

21. Instrumenti guarentigionati vis per exceptionem rei vitiosæ haud eliditur, neque processum executivum impedit, *Wernher. p. 8. obs. 474.*

22. Ex instrumento guarentigionato etiam adversus debitoris heredem executive agi potest: quod si tamen reus neget, se esse heredem, actori demonstratio injungitur, reoque contraria demonstratio reservatur, suspensa tantisper executiva procedendi ratione, *VVernher. p. 10. obs. 298.* add. *Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 1. lit. a. p. 473.*

23. Ex instrumento guarentigionato, veluti chirographo, vel literis cambialibus ordinarie agere nemo prohibetur; quod quandoque utile est, si metus subsit, ne reus illas jurato diffiteatur, *VVernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 360.*

24. Ex instrumentis, quæ causam *(a)* debendi non habent, executive agi non potest, *Wernher. p. 4. obs. 186. n. 1.* ea autem in instrumento sufficienter expressa intelligitur, quando pecuniæ acceptæ mentio in eo facta, *VVernher. d. p. 4. obs. 185. Berger. proc. exec. th. 11.* exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciatum,

(a) Imo hodie ad instrumentum guarentigionatum haud requiritur expressio causæ debendi, adeo ut, licet hæc deficiat, tamen ex eo executive agi possit, secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. in addit. §. 5.*

ciatum, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 39. Horn. cl. 9. R. 100. p. 778. b.* vel mentio reliqui aut residui facta sit, *VVernher. d. p. 4. obs. 186.*

INSTRUMENTUM NOTARIATUS.

1. Instrumenta a notariis confecta pro publicis habentur, *l. 25. C. de fid. instrum.* nullam tamen vim probandi habent, si partibus non rite prælecta fuerint: indicatur vero prælectio satis per verba: daß sie beständig darbey geblieben, *VVernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 61* add. *Berger. œcon. jur. lib. 4. th. 24. th. 16. not. 9. p. 1059.*

2. Defectus signeti notariatus vitiat instrumentum, nec suppleri potest per appositionem sigilli privati, R. A. *de ann. 1512.* §. Nachdem. *&c. &c. Dec. Elect. Sax. 20. ibique Philipp. obs. 3.* Privati tamen sigilli appositionem in sola instrumenti vidimatione sufficere, docet *Carpz. lib. 3. R. 85. n. 22.*

3. Ad validitatem instrumenti notariatus testium subscriptio necessaria quidem est jure civili, *nov. 73. c. 5.* non autem moribus hodiernis, qui hoc in capite recedunt a jure civili, *Berger. c. l. & Resolut. Lauterb. tit. de fid. instrum. ad verb. subscriptio.*

4. Requisita instrumenti notariatus sunt 1) invocatio nominis divini, 2) annus Servatoris nostri, 3) nomen Imperatoris & indictio, 4) series facti ac negotii, 5) tempus, i.e. mensis, dies & hora, 6) locus, nec solum in genere, sed & in specie, h. e. locus loci, ut vocant, sive situs, 7) testes, eorundemque omnium manifesta descriptio, 8) ut instrumentum sit manu notarii scriptum, vel ad minimum in casu impedimenti subscriptum & signo ipsius atque manuali subscriptione corroboratum, 9) oportet notarium simpliciter esse requisitum, ac palam de confectione instru-

instrumenti rogatum, hujusque expressam mentionem in instrumento fieri, quibus 10) additur a nonnullis, opus esse, ut instrumenta non in papyro, sed pergameno scribantur: hodie tamen ex consuetudine, etiam in Camera Imperiali, chartacea instrumenta recipiuntur, *Philipp. ad Dec. Elect. Sax. 20. obs. 2.* add. *Berger. œcon. jur. c. l.*

5. Instrumentum, quod notarius nomine alicujus literarum ignari conficit, non exigit requisitionem testium, sed sufficit, si quidem ille nomen mandantis & proprium subscribat, addita mentione, mandantem literarum ignarum esse, *Berger. p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 193.*

INSTRUMENTUM PUBLICUM.

1. Pro instrumento publico non potest haberi illud, quod a magistratu, contractum celebrante, conditum est, quia tunc non aliter, quam privatus considerari potest; quale instrumentum sunt rationes a senatu subscriptæ, Berechnung, *VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 497. n. 1. 2.*

2. Add. loc. *instrumentorum recognitio. th. 32. & 33.*

INSTRUMENTORUM DIFFESSIO.

Vid. loc. *instrumentorum recognitio. a th. 31. usque ad th. 58.*

INSTRUMENTORUM EDITIO.

1. Actor reo postulanti omnia instrumenta indistincte, scil. quæ ad fundandam intentionem rei idonea, edere tenetur, *l. 5. & 6. C. de edend. Hartm. Pistor. obs. 218. n. 5. seq. Berlich. p. 1. concl. 45. n. 10. seq.* non vero si sit irrelevans, *Horn. cl. 12. R. 26. p. 822.*

2. Nec actor in causa ulterius admittitur, donec editionem fecerit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 5.*

3. Quod

3. Quod tamen fallit in processu executivo, ubi de domo adversarii probatio exceptionum peti nequit, *Rivin. c. l.*

4. Nec editio documentorum ab actore poscenda ad probandas exceptiones, quæ executionem impedire debent, *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. cn. 11.*

5. Reus vero actori instrumenta edere non tenetur, *l. 1. 4. C. de edend.* nisi 1) in duplicibus judiciis, *Bald. in l. 24. C. de fideicomm. n. 7.* 2) instrumenta sint communia, *(a) l. 7. C. de edend. O. P. S. tit. 26. pr.* qualia sunt instrumenta emtionis venditionis, locationis conductionis &c. *Carpz. p. 1. c. 17. d. 26. n. 8.* Quo etiam pertinent acta publica, *l. 2. C. de edend. Perez. in C. ad d. tit. n. 12. VVernber. sel. obs. for. p. 6. obs. 401.* 3) proprie ad actorem pertineant, *O. P. S. c. l.* 4) actor iis egeat ad replicam probandam, *Mev. p. 7. dec. 91. VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 238.* quamvis replica sit inserta libello, *(b) Berger. E. D. F. p. 779. seq. & p. 1. Supplem. p. 301.* (ubi alia exceptio: quando editio petitur, non ad fundandam sed ad adjuvandam actoris intentionem,) non vero ad elidendam præscriptionis exceptionem, *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. cn. 12.* cum nequidem actor adigi possit, ut ad probandam præscriptionem documenta edat, *Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 63. n. 126.* 5) aliter veritas haberi nequeat, *Carpz. d. c. d. 27. Berger. dec. 414.* 6) in actione negatoria, *Rivin. ad. O. P. S. tit. 26. cn. 16.*

Berger.

(*a*) Pro instrumentis communibus habentur non solum illa, de quorum proprietate vel usu alter participat, sed quoque ea, quorum intuitu ob peculiare interesse actio moveri potest, daran er sonst eines gewissen Interesse halber Anspruch hat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 26. §. 1,*

(*b*) Id quod probat *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1076. vid. omnino *Berlich. p. 1. conclus. 45. n. 23. seq.* ubi 27. casus recenset, quibus reus actori instrumenta edere tenetur.

6. Fisco in causis civilibus & pecuniariis, ubi de jure dominii, aliave simili causa agitur, instrumenta a reo sunt edenda, *l. 3. de edend. l. 2. §. 1. & 2. de jur. fisc. VVernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 496. n. 1. & p. 4. obs. 43.* Quod vero limitatur in casu, ubi lis fisco cum ecclesia intercedit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 8. VVernber. d. obs. 496. n. 2.* De cetero hoc privilegium fisci etiam ad ecclesiam extendi solet, *Mev. p. 5. dec. 317. VVernber. cc. ll.*

7. Imo in hac materia universa judicis arbitrium haud parum valet, ipseque ex æquitate instrumentorum editionem, licet repugnantibus stricti juris regulis, injungere potest; ideoque privilegium fisci & ecclesiæ non solum ad alias pias causas, sed etiam ad pauperes, aliasque personas miserabiles extendi solet, *VVernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 496 n. 5.* add. *Mev. t. l. Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 9.*

8. Hoc tamen privilegium ordinibus provincialibus, quando ipsis cum membro, mit einem Mitstandt, controversia est, nequaquam indulgendum videtur, *VVernber. d. obs. 496. n. 6.* add. *Berger. E. D. F. p. 783.*

9. Ast dominus feudi directus a vasallo editionem petere potest instrumentorum, eorumque non communium, *Martin. ad O. P. S. tit. 26. §. 1. n. 49.* quamvis iisdem illicita feudi alienatio contineatur, ut puta, in actione privatoria, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1077.*

10. A Tertio etiam peti potest editio instrumento-

mento-

mentorum, si quidem hæc sint α) petentis propria, aut communia, *l. 7. C. de edend.* β) acta publica *l. 2. C. eod.* etiam protocolla notariorum, *R. J. de an. 1512. tit. 1 §. 23. Berger. œcon. jur. c. l. p. 1076.* add. *Gail. lib. 1. obs. 106. n. 2.*

11. Editio documentorum heredi injungi potest, utut eam testator prohibuerit; itaque, etsi testator prohibuerit, ne cistula quædam aperiatur, nisi effluxo 6. annorum spatio: attamen Dnn. Wittebergenses responderunt, quod cistula, prævia demonstratione, in eo verosimiliter asservari documenta communia, sit aperienda, & quæ in ea reperiantur documenta, implorantibus sint exhibenda, vid. *VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 221.*

12. Nemo adigendus, ut edat documenta, quæ facili negotio ex actis publicis producens impetrare potest, *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 15.* Neque etiam, si eorum editio petatur, quæ ob interesse publicum divulganda non sunt, *Rivin. c. l.*

13. Reus in reproductione frustra ab actore petit editionem & recognitionem instrumentorum, quæ jam antea actor in probatione produxit, *Berger. E. D. F. tit. 25. obs. 3. not. 7. p. 764. & œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1074.* quia instrumenta literaria sunt individua, ita, ut in passibus, quos vocant, utilibus tantum, minus produci possint, sed producta undiquaque debeant agnosci, *Berger. dec. 415. n. 2.* Sed in contrariam sententiam, ex ea ratione quod productio in passibus saltem utilibus fieri possit, inclinat *Rivin. ad. O. P. S. tit. 25. en. 1.* ubi præjudicia, add. *Berger. d. dec. 415.*

14. Judæi & usurarii, nullo casuum discrimine,

ad

ad edendos libros mercatorios tenentur, *clem. 1. §. 1. de usur. Berger. œcon. jur. c. l. p. 1078.*

15. Editio & recognitio instrumentorum in processu executivo peti non potest, *Rivin. ad O. P. S. tit. 5. en. 21.* add. *Horn. cl. 12. sent. 98. p. 930. b. Berger. dec. 306.* imo nequidem in processu summario irregulari *ex §. 8. Resolut. Grav. de an. 1661. VVernber. sel. obs. for. p. 8. obs. 355. & in supplem. nov. ad eand. obs.* Nihil tamen vetat, quominus seorsim primum editio, deinde editi recognitio petatur, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1077.*

16. Ast in processu summario in specie sic dicto editio & recognitio instrumentorum simul peti potest, *Berger. E. D. F. p. 52.*

17. Editio documentorum statim, dum articuli exhibentur, expetenda est, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 4. §. 1.* Plane petitio editionis instrumentorum statim ut sub ipsismet articulis (c) inducatur necesse non est, atque adeo deinceps etiam in termino productionis fieri potest, *Swendend. ad Fibig. p. 705. Berger. E. D. F. p. 783. Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 36. lit. i. p. 132. VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 88. & in supplem. ad d. obs. 88. Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 2.* Nec necesse est, ut exempla documentorum articulis subjiciantur, *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. p. 284.* nisi jam deprehendatur copia vidimata in Actis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 3.*

18. Do-

(c) Imo secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 26.* §. 1. petitio editionis documentorum, sub pœna amissionis, bey Verlust derselben, sub articulis inducenda est, sive ab adversario, sive a tertio quodam, eorum editio exigatur.

18. Documentorum tamen editio in termino productionis specifice est petenda, neque relatio ad articulos probatoriales sufficit, *Horn. cl.12. sent.48. p.850. b. seq.* Plane sufficere, editionem peti in articulis, quamvis eadem in termino non repetatur, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1077.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 4.*

19. Editio prima vice plerumque injungitur alternative: daß er selbiges ediren, oder vermittelst Eydes erhalten solle, daß er solches nicht habe, noch gefährlicher Weise abhanden kommen lassen, *Barth. hodeg. for. c.1. §.36. lit. i. p.132.* Deinde tergiversanti injungitur editio sub pœna *(d)* editi & recogniti, quando copia documenti in actis jamjam exstat, *Rivin. ad d. tit. en. 27. Berger. œcon. jur. c. l. p. 1076. Barth. Hodeg. For. c. 1. §.36. lit. i. p. 133.*

20. Si nullum documenti exemplar in actis reperiatur, alia comminatione opus est, e. g. sub multa, aut carceris pœna, *Rivin. c. l. en. 28. 29.* parum enim proderit, documentum haberi pro edito & recognito, cujus tenor sit incognitus, *Griebner. proc. judic. lib. 1. cap. 3. sect. 4. §. 2. lit. c. Philipp. ad O. P. S. tit. 26. consid. 6.*

21. Unde

(*d*) Hodie statim in termino productionis documenta sunt edenda, aut juramentum editionis: daß er solche nicht habe, noch gefährlicher Weise von Händen kommen lassen, auch nicht wisse, wo selbige sonst anzutreffen, præstandum est; Quodsi vero neutrum præstetur, vel productus in termino plane non compareat, documenta, si eorum copiæ articulis subjectæ fuerint, pro editis & recognitis habentur, sin autem copiæ deficiant, articuli, ad quorum probationem inducta fuerunt, pro concessis reputantur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 26. §. 2.

21. Unde licet sententia, quæ editionem sub pœna editi præcepit, transierit in rem judicatam, si tamen copiæ in actis desiderantur, effectu suo destituitur, ac proinde de novo alia comminatio insequenti sententiæ inserenda, *Rivin. c. l. en. 30.*

22. Quodsi tenor seu contenta documenti articulis sint comprehensa, magis expedit, petitionem ita formari: daß diejenigen Articul, bey welchen die geforderten documenta induciret worden, vor eingeräumt gehalten werden mögen, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de edend. ad verb. pro editis & recognitis. Barth. c. l.* add. *Rivin. c. l. en. 27.*

23. Editionem declinare potest, qui copiam pro originali agnoscit, vel instrumentum pro edito & recognito declarare petit, quod sine speciali mandato fieri nequit, *Rivin. c. l. en. 32. 33.* Utile id autem quandoque est, nempe, si documentum sine difficultate inveniri nequeat, aut si plus in eo, quam in copia contineatur, *Griebner, c. l. §. 2. lit. b.*

24. Exceptio est, si producens desiderat editionem ad statum collationis, quæ si necessaria, non est audiendus productus, quamvis documentum pro edito habere copiamque pro originali recognoscere vellet, *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 34.* itemque, si plures correi litis sint, & ab uno editio certi alicujus documenti, illiusque recognitio ab omnibus fuerit exacta, *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 36. lit. i. p. 134.*

25. Quod si quis statim articulos concedere producenti velit, editio ei injungi nequit, *Rivin. c. l. en. 31.* ubi etiam, quod id absque speciali mandato a procuratore fieri possit: sed confer. *Griebner. dissert. de spec. mand. §. 9.*

26. Si

26. Si in manu tertii (c) sunt documenta, decernuntur ad petitionem probantis vel compulsoriales vel requisitoriales; illæ si sit subditus, hæ si tertius alienæ jurisdictionis subsit, *Rivin. c. l. en. 16. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1076.* Tergiversantes vero edere documenta, quæ notorie habent, multiplicata pœna, quin & ultimo incarceratione ad hoc adiguntur, *Barth. Hodeg. For. c. 1. § 36. lit. i. p. 344.*

27. Editio instrumentorum non decernitur, nisi præsumtionibus prematur ille, a quo petitur, ita tamen, ut etiam alicui, sine suspicione antegressa, deferri possit jusjurandum, *O. P. S. tit. 26. §.* Es soll auch. *ibique Rivin. en. 17. & Philipp. consid. 2. Berger. c. l. Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 36. lit. i. p. 132.* Alias enim si nec indicia adsint, nec juramentum deferatur, pronunciatur, daß Beklagte mit Edition des Documents sub A. billig zu verschonen, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 4. § 3. lit. b.*

28. Delatio juramenti ut articulis probatorialibus subjiciatur, necesse non est, sed vel tunc, ubi alter negat, penes se documentum esse, suscipi potest; imo etsi pronunciatum fuerit: daß Klägers Suchen nicht stadt habe, leuteratione interposita etiamnum juramentum hoc deferri posse videtur, *Griebner. d. §. 3. lit. c.*

29. Editioni per sententiam aut decretum dictitatæ, tacite, ipsa juris potestate, cohæret jusjurandum editionis, quamvis hoc non fuerit expressum, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit 24. th. 14 p. 1076.*

30. Nam edere jussus levatur, si quidem juret, se documenta nec possidere, nec dolo desiisse possidere,

Lll 2

(c) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 36, §. 3.*

re, daß er die geforderten documenta nicht habe, noch gefährlicher Weise von Handen kommen lassen, *l. ult. C. de fid. instrum. O. P. S. tit. 26. §. 1. ibique Rivin. en. 18. & 23.* Non autem tenetur jurare, daß er nicht wisse, wer sonsten das geforderte Document in Händen habe (f) teste *Rivin. d. en. 18. Barth. Hodeg. For. c. 1. § 36. lit. i. p. 133.* dissentit *Berger. E. D. F. in supplem. ad tit. 26. p. m. 1799.* multo minus: daß er, als des Klägers gewesener Vormund, dergleichen Document mit Beklagten allerdings aufgerichtet habe, *Barth. c. l.*

31. Imo licet in contumaciam pro editis & recognitis declarentur documenta, leuteratione tamen interposita adhuc tum ad jurandum condemnatum admitti, præjudiciis comprobat *Berger. E. D. F. tit. 26. obs. 4. p. 788.* add. *Rivin. c. l. en. 21.*

32. Oblatione ad jurandum intra octiduum non opus habet is, qui juramentum editionis præstare debet, *Rivin. c. l. en. 20.* Pro deserto vero habetur juramentum, si in termino ad jurandum præfixo emanet juraturus, *Rivin. c. l. en. 36.*

33. Pro præstito habetur jusjurandum, quod ratione documentorum edendorum injunctum, si absque sufficienti ratione contradicat adversa pars in termino ad jurandum præfinito, *Rivin. c. l. en. 22.*

34. Juramentum editionis remittens demum in termino, ad jurandum præfinito, ad expensarum refusionem tenetur, *Rivin. c. l. n. 39.*

35. Juramento editionis præstito, liberatur productus ab editione, non etiam a recognitione, si docu-

(f) Imo jurare tenetur, daß er nicht wisse, wo selbiges sonst anzutreffen, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 26. §. 1.*

documentum aliunde obtinet producens, *Rivin. c. l. en. 38.*

36. Juramentum editionis, sive sit delatum, sive, extantibus indiciis, impositum, qui præstare debet, nec illud referre, nec conscientiam suam probationibus defendere (g) potest, *O. P. S. tit. 26.* §. Es soll auch *ibique Rivin. en. 35. Berger. E. D. F. p. 789.* Quod posterius tamen *Barth. in Hodeg. For. c. 1. §. 36. lit. i. p. 133.* restringit ad eum casum: si literis vel testibus jam dum plenius quodam modo probatum sit, adversarium documenta illa penes se habuisse, add. *Carpz. lib. 3. R. 77. n. 11.*

37. Heredes tamen, quibus injuncta est editio documentorum, quæ apud defunctum fuisse præsumuntur, admittuntur (h) cum exhibitione inventariorum, pro removendo juramento & declinanda documentorum editione, *Rivin. ad O. P. S. tit. 26. en. 25.*

38. Quando indefinite documentorum editio petitur, audiendus est is, qui omnes scripturas, quas penes se habet, ad perlustrandum parti adversæ exhibere paratus est, *Rivin. c. l. en. 26.* Quod etiam procedit, (i) si certa aliqua documenta petantur, *O. P. S. tit. 26.* §. Da aber. *ibique Philipp. consid. 4.* Sed infrequens ac fere nullus beneficii hujus est usus, cum a juramento editionis non liberet, *O. P. S. c. l. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 4. §. 3. lit. d.* quandoquidem protelationis saltem causa ejusmodi exhibitio offertur, præprimis posteriori casu, *Rivin. d. en. 26.*

(g) Id quod etiam probat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit* 26. §. 2.
(h) Hodie non secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 26.* §. 2.
(i) Imo hodie non procedit, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

39. Quando producto documenti editio & recognitio per sententiam injuncta, frustra is accusat contumaciam producentis, si in subsequenti termino emaneat, *Rivin. c. l. en. 40.*

40. Præstito juramento edendorum super illis articulis, quos probare documentum debebat, nova probatio actori non permittitur, *Griebner. d. §. 3.* Possunt tamen ab initio ad probationem ejusdem articuli præter documentum etiam testes adhiberi, *Griebner. c. l. lit. c.* juramenti autem delatio simul non admittitur, *Griebner. c. l. lit. d.* Plane in articulis reprobatoriis super uno eodemque objecto & editionem documentorum, & eventualiter jusjurandum deferri posse, tradit *Berger. dec. 344.*

41. Editio documentorum sumtibus petentis fieri debet, *l. 4. §. ult. de edend. ibique Brunnem. n. 8. l. ult. C. de fid. instrum.* Ergo quoque heres, quando edit inventarium hereditatis, repetit sumtus in illud factos, *Lauterb. disput. de inventar. heredit. th. 21.* add. *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 192.*

42. De jure communi, is, qui editionem postulat documentorum, juramentum calumniæ præstare tenetur, *l. 6. §. 2. l. 9. §. 3. C. de edend. Pacian. de probat. lib. 1. c. 64. n. 76.* secus fit de jure Saxonico, *(k)* *O. P. S. tit. 26. §. 1.* nisi petens editionem speciale juramentum desuper deferat, *O. P. S. c. l. ibique Philipp. consid. 3. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. Sect. 4. §. 13.*

INSTRU-

(*k*) Imo hodie judicis arbitrio relinquitur, ut, si malitiæ indicia se prodant, principali, aut advocato ejus juramentum malitiæ injungere possit, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 26. §. 1.*

INSTRUMENTORUM PRODUCTIO.

1. Integrum documentum, cujus recognitio petitur, producendum est, nec sufficit extractum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 2.* Plane non semper necessario integrum instrumentum esse producendum, sed sufficere quandoque partem instrumenti, quæ ad probationem facit, produci, *c. 5. X. de fid. instrum. Carpz. p. 1. c. 17. d. 5. Stryck. introd. ad prax. c. 19. §. 6.*

2. Per productionem realem documenta communia fiunt, & in præjudicium adversæ partis revocari non possunt, *Mev. p. 8. dec. 111. n. 7. Swendend. ad Fibig. p. 1462. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1074.*

3. Realis autem eorundem productio facta censetur, quando producens originalia in termino exhibuit, ad quæ recognoscenda adversarius paratus est: nam si is recognitionem detrectet, nulla ratio apparet, cur alter non & ipse instrumenta omittere, eademque revocare (a) queat, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 325.* add. *Pacian. de probat. lib. 1. c. 66. n. 116. seq.*

4. Omne productum in judicio censetur per producentem approbatum, *Moller. lib. 1. Semestr. 22.* & adversus ipsum probat, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 7. Ummius ad proc. disp. 17. th. 46.* sine recognitione, *Berger. E. D. F. tit. 25. obs. 3. not. 7. p. 763.* confer. vero *loc. instrumentorum editio. th. 13.* modo partes versentur in eodem processu, atque adeo documenta eodem reproducantur, v. c. a reo, quæ antea ab actore producta atque a reo recognita fuere, *Berger. c. l.*

(a) Documenta, quorum copiæ semel articulis adjectæ, invito adversario revocari nequeunt, juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 24. §. 2.*

5. Efficit tamen protestatio producentis, velle se instrumento saltem uti, in quantum pro ipso faciat, ut illud pro adversa parte nihil probet, *Carpz. d. c. 17. d.7. Menoch. lib. 2. præsumt. 45.* nisi pars adversa præsens sit, idemque instrumentum pro se producat, *Carpz. d. c. d. 8.*

6. In termino productionis producenti incumbit, documenta, quibus intentionem suam probare intendit, in originali producere, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. Sect. 3. §. 1.* sub pœna desertionis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 24. en. 7.* & quidem in ipso die termini, *(b)* & in prima statim positione; nec sufficit intra septiduum, seu inrotulationis terminum, ea adhuc exhiberi, si adversa pars contumaciæ & desertionis jamjam eum accusaverit. *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 38. lit. c. p. 153.* add. *Berger. E. D. F. tit. 24. obs. 2. not. 1. p. 737.*

7. Plane sufficere censent, intra septiduum productionem fieri, non præcise in primo termini die, nec in positione prima, *Griebner. c. l.* confer. *Rivin. ad O. P. S. tit. 24. en. 8.* Sed hoc forsan de eo casu, ubi producens anteverteat contumaciæ accusationem, & post terminum, re adhuc quodammodo integra, moram purget, producendo documenta, subaudiendum esse, putat *Barth. c. l. p. 154.*

8. In termino productionis documentorum, non necesse est, ut tenor eorum commemoretur, sed sufficit, generaliter tantum ea commemorari, & ad formam inductionis sese referre, *Berger. c. l. not. 2. Griebner. c. l. §. 3.*

9. Facta

(b) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 1.* ubi quod in termino productionis, & quidem statim in prima, vel ad minimum in secunda positione documenta originalia sint producenda.

9. Facta productione non statim repetere licet documenta, sed in judicio relinquenda *(c)* illa sunt, ut inspiciendi copia & deliberandi facultas producto detur, utrum cognoscere, an diffiteri velit. Facta recognitione copiæ vidimatæ apud acta relinqui, & originalia partibus restitui possunt, nisi justæ causæ interveniant, cur apud acta ea retineri satius sit: quod fit, si documenti vitia productus urgeat, deque iis cum producente disceptet, *Griebner. c. l.* §. 4. add. *Rivin. ad. O. P. S. tit. 24. en. 18.* ubi etiam, quod si quis executive agat ex documento, nec in forma probante documentum exstet in actis, reus emanens nequidem in expensas condemnari solet; Imo licet comminatio præcesserit, si tamen deficiat originale, definitive nequaquam pronuncietur.

10. Jure communi productioni documentorum tamdiu locus est, quoad in causa conclusum fuerit: etsi fortassis attestationes jam publicatæ sint, *c. 9. X. de fid. instrum. Gail. lib. 1. obs. 105. n. 4.* Ast in foro Electorali Saxonico non licet producere documenta, quæ intra eundem terminum, qui ad probandum definitus, atque peremtorius est, articulis probatorialibus a producente rite, cum expressione, quomodo iisdem uti cupiat, cumque adjectione copiarum eorundem, inducta non fuerunt, imo nequidem quorum copiæ producto non sint transmissæ, *O. P. S. tit. 24.* §. *1. Carpz. p. 1. c. 17. d. 1. 2. Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. Sect. 3.* §. *2. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 210.*

11. Sub pœna desertionis *(d)* strictissime observandum, ut copiæ documentorum articulis subnectan-

(*c*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 25. §. 1.

(*d*) Id quod probat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 24. §. 2.

ctantur, & reo communicentur, quo se inde informare, & instructus suis exceptionibus venire possit, tametsi etiam ei statim cum libello copia jamdum fuerit communicata, tradit *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 36. lit. f. p. 129.* add *Carpz. p. 1. c. 17. d. 9.*

12. Quando copiæ producto non sunt transmissæ, productum recognitionem saltem declinare posse, pœnam desertionis autem vix eo extendi debere, eamque sine dubio cessare, si producens copias transmitti petierit, licet judex eas transmittere neglexerit, tradit *Griebner. c. l. lit. a.*

13. Quando documenta jam in actis extant, nequidem *(e)* in Saxonia opus esse, eorum copias articulis probatorialibus adjungi, sed sufficere, eum, cui probatio incumbit, eadem in articulis inducere atque petere, ut eorum exempla adversæ parti communicentur, docet *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 370.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 24. en. 4. Griebner. c. l.*

14. Probatio per documenta in foro Saxonico deserta esse intelligitur, quando horum tenor intra terminum probatorium non sub certis articulis, cum expressione, quomodo iisdem uti velit, inductus fuit, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 210.*

15. Imo si documenta non convenientibus locis inducta fuerint, quantumvis articulis probatoriis specificatio documentorum, eorumque exempla subjecta

(e) confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 24. §. 1.* ubi non necesse esse, ut copiæ documentorum, quæ in actis jam reperiuntur articulis adjungantur, sed sufficere, se eo nomine ad acta referre, cum denominatione foliorum, ubi reperiuntur; eum vero, qui folia vel plane non, vel non rite allegat, pœnam 5. th. incurrere, documenta autem pro perditis non haberi.

jecta fuissent, productionem documentorum pro deserta declarandam, statuit *Berger. in E. D. F. in supplem. ad tit. 24. p. 1798.* Sed dissentit, & talem errorem inter producendum in ipso termino vel ante etiam emendari posse, putat *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 36. lit. b. p. 127.*

16. Quamvis non integra *(f)* præcise documenta adjicienda sint, sed sufficiat, etiam extractum exinde ad præsens tantum negotium pertinentem produci: verba tamen ipsa documentorum cum subscriptione loci, temporis & personarum, sunt retinenda, nec satis est, summam saltim eorum, mutatis verbis, referri, sub pœna desertionis, *Barth. c. l. p. 130.*

17. Si documenta peregrinæ linguæ fuerint, non sola versio, sed copiæ simul originalium, in illa exotica lingua, sunt adjiciendæ, sub pœna desertionis, *Barth. c. l.* E diverso, si in lingua saltem peregrina transmittuntur copiæ, sine versione, non plane rejiciuntur, *(g)* sed versionis transmissio producenti, & reco-

(*f*) Si documentum plura contineat capitula, quæ tamen omnia ad præsentem litem non spectant, sufficit extractum xinde cum introitu, fine & subscriptione, Extracts-Weise, jedoch nebst dem Eingange, Schluß und Unterschrifft, articulis adjungi: extra hunc casum autem copia documenti integra, sub pœna amissionis, apponenda est, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 24. §. 2.

(*g*) Plane secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 25. §. 3. si documenta in lingua peregrina conscripta sunt, producens ab interprete jurato ista in linguam vernaculam transferri curare, versionemque articulis probatorialibus, sub pœna desertionis, annectere debet. Hoc facto, permittitur producto, ut si quid inveniat monendum circa versionem, id, dum recognoscit documentum, vel postea in positionibus adducere atque urgere queat.

recognitio hujus producto injungi solet, *Barth. c.l.*

18. Non opus est, copias documentorum, quæ inducuntur, in simplici demonstratione, licet in articulos redacta, iisdem addi, sed satis est, durante fatali spatio, documenta nominata atque inducta esse; etsi non prius adversarii oculis subjiciantur, quam in termino, quo eorum recognitio petitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 10. obs. 482.* quamvis demonstratio ad terminum Saxonicum adstricta, *Berger. E. D. F. tit. 24. obs. 1. not. 3. p. 736.* confer. tamen *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 36. lit. b. p. 126. & lit. f. p. 130.*

19. In processu etiam ordinario supervacaneum (b) est, ex litis contestatione, aut confessione adversarii in actis facta, vel etiam documentorum, ab adversario in sua probatione inductorum & productorum, transsumtas copias articulis jungere, & parti adversæ transmittere, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 36. lit. f. p. 130.* add. *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 4.* Quæ enim pars actorum sunt, nec produci, nec recognosci debent, *Harpr. cl. 12. sent. 39. p. 924. b.*

20. Satis ergo est, in his ad acta saltem se referre, hoc modo: Dieses hat Bekl. in der Litis contestation fol. .. selbst gestanden; item wird durch die von Klägern fol. 1. angestellte Klage erwiesen, vel: dieser Articul ist in dem von Klägern Beweise fol. . selbst übergebenen Document sub ☉ fundiret, cum talia documenta ab ipsomet adversario jamdum sint agnita, & pars actorum facta, nec non posteriora a producto recognita, atque ita etiam citra ulteriorem recognitionem

(b) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 24. §. 1. & tit. 25. §. 2.* ubi quod ejusmodi documenta plane non sint producenda, cum non sint recognoscenda.

onem contra producentem probant, *Barth. c. l.* add. *Berger. E. D. F. tit. 24. obs. 1. not. a. p. 734.*

21. Cum alter ab altero petit editionem documentorum, necesse non est, *(i)* ut copiæ documentorum articulis subjiciantur, *Berger. p. 1. Supplem. ad E. D. F. tit. 24. th. 2. p. 284.* si scil. copias non habuerit, deque eo protestatus fuerit, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 3. §. 2.* imo licet habuerit, *Berger. c. l.* dummodo in articulis documentorum mentionem fecerit, &, si in manu tertii sint, compulsoriales petierit, *O. P. S. tit. 24. §. 1.* nisi producat documenta noviter reperta: ast tunc jurare tenetur, se illorum notitiam *(k)* ante terminum non habuisse, *O. P. S. c. l. ibique Rivin. en. 15. Carpz. p. 1. c. 17. d. 2. n. 5.* Sine juramento tamen admittitur tutor, cum documento noviter reperto, *Rivin. c. l. en. 16.*

22. Si ex pluribus litis consortibus nonnulli comparent, & jusjurandum ratione documentorum noviter repertorum præstant, quoad reliquos priusquam ad desertionem deveniatur, comminatio ut præcedat, necesse est, *Rivin. c. l. en. 17.*

23. Exhibitis intra terminum Saxonicum copiis documentorum, productio originalium fieri potest post terminum probatorium, *O. P. S. c. l.* imo quandoque post publicatas attestationes, *Carpz. d. c. 17. d. 11.*

24. Pro-

(*i*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 24. §. 2.

(*k*) Ast juxta *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 24. §. 3. juratur, se tempore probationis aut reprobationis vel nullam eorum notitiam habuisse, vel ad minimum, a quo possideantur, wo sie anzutreffen, ignorasse, modo hoc casu rite inducta fuerint: illi autem, qui beneficio restitutionis in integrum gaudent, hoc juramentum regulariter non præstant.

24. Productio documentorum speciale mandatum haud requirit, quippe quæ ex juris necessitate fieri debet, & quam principalis regulariter declinare nequeat, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 105.*

25. Advocati, qui sub nomine clientis documenta producit, positio admittenda, licet serius & quidem post horam 5. compareat principalis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 24. en. 9.*

26. Post productionem documentorum quando emanet producens in subsequenti termino, non statim amissione eorum punitur, sed sub comminatione productio denuo injungitur, *Rivin. c. l. en. 11.*

27. Error in productione documenti commissus haud nocet, *Rivin. c. l. en. 12.*

28. Ob neglectam documentorum productionem regressus datur contra mandatarium, qui solvendo est: Si vero constet ob inopiam contra ipsum inanem futuram esse actionem, pro excusso habetur, ac statim principalis restituitur, *Rivin. c. l. en. 13.*

29. Pauperibus succurritur contra desertionem probationis, si eorum advocatus in termino productionis oblitus fuerit, documentorum, modo petant restitutionem intra quadriennium, quod computandum a die commissæ desertionis, non a die desuper publicatæ sententiæ, *Rivin. c. l. en. 14.*

30. Quamvis in locum amissorum documentorum regulariter testes surrogari nequeant, æquum tamen videtur, si producens per attestatum judiciale docet, acta, quibus originalia juncta fuerant, haud reperiri, illos tanquam testes etiam post terminum probatorium produci, a quibus confecta, *Rivin. c. l. en. 19.*

INSTRU-

INSTRUMENTORUM RECOGNITIO.

1. Sola ſcriptura privata contra ſcribentem plenam fidem non facit, *l. 11. C. qui pot. in pign. l. 13. l. 14. C. de probat. c. 2. X. de fid. inſtrum.* ſed recognitio ut præcedat, neceſſe eſt, *l. 15. §. ult. de reb. autor. jud. poſſid.* quæ vim confeſſionis habet, cui omnino ſtandum, *l. 25. ult. de probat. l. 19. C. de fid. inſtrum.* Publicum autem inſtrumentum per ſe plenam fidem facit, adeoque recognitione haud eget, *l. 11. C. qui pot. in pign. nov. 73. c. 3. c. 8. & 61. X. de fid. inſtrum. Ruland. de commiſſ. p. 2. lib. 5. c. 29. n. 22. Heig. p. 2. qu. 7. n. 32.*

2. Sed in foro Saxonico omnia, ſine diſcrimine, documenta, ſive privata, ſive publica *(a)* ſint, non aliter probandi vim habent, quam ſi recognita fuerint, *dec. Elect. Sax. nov. 74. ibique Philipp obſ. 1. Berlich. p. 1. concl. 44. n. 31. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 75.* etſi *(b)* recognitioni expreſſe renunciatum fuerit, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 23. Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 7.* niſi judicialiter jam recognitum fuerit, veluti dum impetratus eſt conſenſus magiſtratus in hypothecam, *Rivin. c. l. en. 8.* vel a teſtibus, ad minimum duobus, ſubſcriptum, quorum tamen recognitio jurata ut accedat, neceſſe eſt, *Carpz. d. c. d. 24.*

3. Recognoſcenda eſt etiam ſcriptura aliena, *Carpz.*

(*a*) Aſt hodie in foro Saxonico documenta, judicialiter confecta, vel ſaltem confirmata, vel actis inſinuata, item documenta judicialiter jamjam recognita, etiam ſi id contra tertium, vel alia in cauſa, vel coram alio judice factum ſit, recognitione haud indigent, ſed absque ea probant, modo rite inducta fuerint, ſalvis tamen adverſario exceptionibus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 25. §. 2.

(*b*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 25. §. 3.

Carpz. lib. 3. R. 79. ex hodierna scil. observantia, non autem de jure communi, *auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecun. Carpz. proc. tit. 14. art. 2. n. 54.* nec non instrumentum subscriptum tantum, non vero sigillatum, *Carpz. d. t. d. 22.* vel sigillatum tantum, non vero subscriptum, *Carpz. d. t. d. 21.* scil. in processu ordinario, non vero executivo, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 416.* add. loc. *instrumentum guarentigionatum. th. 7.*

4. Recognosci debent non modo originalia, sed quandoque etiam copiæ instrumentorum, autoritate notarii descriptorum, *Carpz. proc. tit. 14. art. 2. n. 47.* confer. omnino loc. *copia.* ut & scriptura sine sigillo & subscriptione, *Carpz. c. l. n. 34.* quamvis plene non probet, *Carpz. c. l. n. 36.* Sed hoc ita: modo nomen ejus, qui recognoscere debet, in eo sit expressum: quod enim si deficiat, recognitio injungenda haud est, *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 626. n. 40. Carpz. c. l. n. 43. & lib. 3. R. 81.*

5. Recognoscere quis debet instrumentum suo nomine confectum, licet literas nesciat, *Carpz. proc. tit. 14. art. 2. n. 67.* quæ fit cum assertione, quod illud fuerit scriptum de sua voluntate, *Carpz. c. l. n. 69.*

6. Instrumenta notariorum super protestatione, numeratione pecuniæ, traditione rerum, aut possessionis, illiusve apprehensione, item venditione, locatione &c. ad requisitionem unius, vel alterius, aut utriusque partis erecta, omnino sunt recognoscenda, in processu etiam ordinario, *Barth. Hodeg. For. c. 2. §. 6. lit. e. p. 457* Quin & in processu executivo oppositam solutionis exceptionem ex instrumento Notarii cum testibus super solutione debiti illius confecto, in conti-

continenti liquidam reddi posse, idque ab actore recognoscendum esse, tradit *Barth. c. l. p. 458.*

7. Scriptura, multis lituris ac correctionibus repleta ac coercita, recognoscenda est, si corrigentis scientia exinde probanda, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 12.*

8. Quæ recognita nil probant, non sunt recognoscenda, *O. P. S. tit. 25.* §. Weil es auch. *Carpz. p. 1. c. 17. d. 25. Rivin. c. l. en. 9.*

9. Frustra (c) desideratur ab adversario recognitio Constitutionum Electoralium, aliorumque jurium, quæ allegantur, *Rivin. c. l. en 3.* item documentorum, quæ pars actorum sunt facta, *Rivin. c. l. en 4.*

10. Nec responsa JCtorum, (d) licet annectantur articulis, recognoscenda, cum faciant saltem pro informatione judicis, *Rivin. c. l. en. 5.*

11. Cum in possessorio summariissimo probatio fiat, non parti, sed judici; hinc instrumenta pro informatione judicis producta, nequaquam sunt recognoscenda, *Rivin. c. l. en. 6.*

12. Non quævis recognitio plenam fidem facit, sed justa & legitima sit, necesse est, cujus requisita ponit *Coler. in proc. exec. p. 3. c. 1. n. 104. seq.* nimirum debet fieri recognitio coram judice competente, bona fide, ita ut debitor, postquam documentum legerit, dicat, se recognoscere illam scripturam & sigillum pro sua manu atque sigillo, & instrumentum istud pro sua obligatione, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 16.* i. e. non solum quoad subscriptionem, sed etiam quoad contenta fieri

(c) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 2.*

(d) *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

ri debet recognitio, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 14.*

13. Sufficit autem recognitio generalis, v. g. Er wolle das Document sub A. wovor es ausgegeben worden, recognosciret haben, *Rivin. c. l. en. 15. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1072.* item relative facta, *Rivin. c. l. en. 17.* Specialibus enim, quæ fit quoad *formam*, puta manum, sigillum, & *materiam*, i. e. tenorem & tempus, *Berger. c. l. p. 1073.* necessaria non est, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 3. §. 5.*

14. Vaga generalis recognitio nullius loco habetur, v. g. Beklagter wolle die documenta recognosciret haben, *Berger. œcon. jur. c. l.* Nec recognitio documentorum, davor, was sie würcklich sind, sufficit, *Griebner. c. l. lit. c.* Nec fieri potest in scriptis, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 16.*

15. Instrumenta alia ratione, quam producta sunt, recognoscere non licet, nisi appareat error aut dolus producentis, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 3. §. 5.* Itaque, si v. g. reus reproducat eadem ab actore jamdum producta documenta, hac tamen forma, quod ea, tanquam chartæ blancæ contra bonam fidem extensa essent, actor ea minime eadem forma recognoscere debet, vel jurato diffiteri, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 25. §. 2. p. 290.*

16. Protestatio de non recognoscendo, adjecta recognitioni, non facit, quo minus recognitio subsistat, & instrumentum pro vere recognito habeatur, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 16. n. 5. seq.*

17. Documentorum recognitioni subducere se nequit productus, sub prætextu omissæ specificationis documentorum, in fine articulorum, si modo documenta sub singulis articulis inducta, copiæque eorum subjunctæ, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 19.*

18. Re-

18. Reservant sibi plerumque exceptiones, qui recognoscunt, dum salvis exceptionibus recognitionem fieri protestantur, (sed abundanter, *Styck. introd. ad prax. c.19. §.8.)* ubi necesse (*e*) non est, exceptiones illas in specie exprimere, sed allegatio & deductio eorum fieri potest in disputationibus probationum, bey dem Verfahren über Beweiß und Gegen-Beweiß, *Griebner. c. l. §.5.*

19. Qui per contumaciam (*f*) documenta recognoscere detrectat, sub pœna recogniti jussus in expensas condemnatur, nisi causam probabilem recusationis habuerit, *Griebner. proc. judic. lib.1. c. 3. sect. 3. §.6.*

20. Si denuo contumax sit, documentum pro recognito habetur, condemnatio tamen in expensas hoc casu non additur: cum nulla mora hac ratione contrahatur, siquidem novo termino perinde opus fuisset, si sententiæ aliter satisfecisset, *Griebner. c.l* §.7. add. *Mev. p.3. dec.337.* Non aliter autem documentum pro recognito habetur, quam si citatio ad recognoscendum sub pœna recogniti integrum terminum continuerit, *Griebner. c. l. lit. b.*

21. Pro recognitis haberi nequeunt documenta, nequidem literæ cambiales, etiamsi quis sub hoc præjudicio citatus fuerit, nisi præcesserit decretum (*g*) vel sententia, cui hæc comminatio sub pœna recogniti fuit inserta, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 21.*

 22. Quam-

(*e*) Id quod probat *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 3.*

(*f*) Hodie documenta statim in termino sunt recognoscenda, aut in contumaciam, absque prævia comminatione, pro recognitis habentur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

(*g*) Hodie decretum vel sententia ut præcedat necesse non est, sed statim citatio ad recognoscendum sub præjudicio emittitur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 3.*

22. Quamdiu sententia conditionalis, præstatione satisdationis pro reconventione & expensis, per eandem injunctæ, nondum purificata est, vel unius etiam documenti recognitionem quis declinare potest, quantumvis reliqua jam recognoverit, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 49.*

23. Terminus ad recognoscendum si ex compromisso procuratorum sine speciali mandato prorogatus, nec principalibus notificatus, accusationi contumaciæ non relinquit locum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 45.*

24. Nec potest pro recognito haberi documentum, quando reo notificatio termini publicandæ sententiæ prorogati haud facta, *Rivin. c. l. en. 46.*

25. Pœna recogniti non statim habet locum contra eum, cujus mandatum clausulam recognoscendi in se continet, sed alio quodam vitio laborat, *Rivin. c. l. en. 47.*

26. Cessat pœna recogniti, si quis legitimum impedimentum, ob quod in termino comparere haud potuerit, docet *Rivin. c. l. en. 48.*

27. Nec pœna recogniti irrogatur, licet comminatio præcesserit, si adversa pars de non rite facta recognitione haud excipit, *Rivin. c. l. en. 49.*

28. Licet documenta originalia non transmittantur ad Collegium, pro recognitis tamen haberi possunt, modo ita producta, relictaque penes acta copia in forma probante, *Rivin. c. l. en. 50.*

29. Cum instrumenta pro recognitis habentur, nihilosecius exceptiones contra ejusmodi instrumenta salvæ (b) manent, *Carpz. dec. 135. n. 15.* (licet dissentiat

(b) Quod convenit cum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 3.*

tiat *Ziegler. ad O.P.S. p. 159. seq.)* scilicet in processu ordinario aut summario in specie, non item in executivo, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1074.* præter exceptiones privilegiatas illas solutionis & compensationis, in continenti liquidas, *Berger. E.D.F. tit. 25. obs. 3. not. 12. p. 766. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 6. lit. f. p. 518. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 169.*

30. Recognitio regulariter fieri debet in loco judicii, ubi causa ventilatur, *l. 4. §. 5. de edend. Coler. proc. exec. p. 3. c. 1. n. 104. seq. Rivin. ad Ord. Proc. Sax. tit. 25. en. 18.* interdum tamen sumptibus implorantis in loco judicii, ubi producens habitat, præviis requisitorialibus, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 17. n. 3. Rivin. c. l.* imo quandoque extra judicii locum in domo recognoscentis, veluti si recognitio a feminis, senibus valetudinariis, illustribus, aliisque egregiis personis fieri debet, *Carpz. c. l.* add. *Berlich. p. 1. concl. 44. n. 5.*

31. Superest ei, qui sub pœna recogniti recognoscere jussus est, facultas documentum diffitendi, quia hæc conditio tacite *(i)* subintelligitur, *Rivin. c. l. en. 28. Berger. E. D. F. tit. 25. obs. 4. p. 766.* add. *Mev. p. 4. dec. 147. Barth. hodeg. for. c. 3. §. 6. lit. f. p. 517.* Ut itaque opus haud sit, ut quis mediante remedio leuterationis sibi juratam diffessionem reservari petat, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 64. n. 3.* Et potest *(k)* fieri diffessio statim sine sententia interlocutoria, *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 3. §. 8.*

32. Instrumenta tamen publica atque judicia-

 lia,

(*i*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 4.*

(*k*) Imo debet. Et, si productus in termino se offerat, ad juratam diffessionem, quamprimum ad ejus præstationem brevis terminus 8. vel 14. dierum præfigendus est, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 4.*

lia, pro quibus etiam habentur documenta, privatim confecta, ad instantiam autem partium confirmata, *Rivin ad O. P. S. tit. 25. en. 36.* diffiteri non licet, *Dec. Elect. Sax. nov. 74. ibique Philipp. obs. 2.* etiamsi actor petiit alternative aut recognitionem, aut juratam diffessionem, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 25. §. 1. p. 532.* imo licet diffessio per decretum aut sententiam sit permissa, *Rivin. c. l. en. 35.* Modo omnia requisita sine aliquo defectu habeant; unde adversus registraturam judicialem juratæ diffessioni locus est, quando actuarii subscriptio in illa deest, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 52.*

33. Non admittitur diffessio instrumenti a notario legitime confecti, utpote publici, *Bechmann. tom. 2. exoter. exerc. 1. ad lib. ff 22. tit. 3. th. 39. n. 116. p. m. 28. Barth. hodeg. for. c. 2. § 6. lit. e. p. 428.* nec librorum censualium, *Berger. E. D. F. tit. 25. obs. 4. not. 4 p. 768.* cum etiam inter publica instrumenta referantur, *Carpz. lib. 3. R. 82.* imo nequidem librorum mercatoriorum, quantumvis jurejurando nondum corroboratorum, *Berger. c. l.* cum etiam hi ex consuetudine pro scripturis publicis habentur, *Ruland. de commissar. p. 2. tit. 5. c. 9. n. 8.* modo is, qui produxit libros mercatorios, eosdem deinceps, facta a reo recognitione, jurejurando supplere velit, *Berger. c. l.* nisi data & accepta fideliter in illis non sint consignata, *Rivin ad O. P. S. tit. 25. en. 34.*

34. Qui in processu executivo manum ac sigillum recognoscit, ad diffessionem contentorum regulariter non admittitur, *Rivin. c. l. en. 24. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 229. & p. 4. obs. 77. Barth. hodeg. for. c. 3. § 6. lit. e. p. 513.* Sed exceptio, quod contra mentem & voluntatem subscribentis extensio documenti

facta

facta sit, ad reconventionem pertinet, *Berger. E. D. F. tit. 25. obs. 4. not. 1. p. 767. VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 229. n. 3.* nisi doli atque falsi indicia adsint, *Rivin. c. l. en. 24. & 25. Barth. c. l. p. 514. seq.*

35. Plane *(l)* in processu ordinario & summario in specie sic dicto subscriptionem recognoscere & contenta diffiteri licet, *Svendend. ad Fibig. p. 725. seq. Berger. c. l.*

36. Formula diffessionis documentorum, pro diversitate circumstantiarum diversa esse solet, vid. *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 40.*

37. Ad juratam diffessionem *(m)* documenti non sufficiunt verba: daß er Hand und Siegel nicht kenne, sed addendum: es auch dafür, wofür es ausgegeben worden, nicht halte, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 138.* Sed *teste eodem c. l. n. 8.* Facult. jurid. Lips. aliter judicarunt, rati, secundum *O. P. S. tit. 25.* §. Weil

(l) De hoc in *Ord. Proc Sax. Rec. tit. 25. §. 6.* disponitur hoc modo: daß der Product in dem Fall, wenn er, daß die extension wider sein Wissen und Willen geschehen, eydlich erhalten kan, darmit zugelassen werden solle: dargegen derjenige, welcher, daß er ein bereits extendirt gewesenes Document unterschrieben habe, geständig ist, darwider aber, daß er es vorhero nicht gelesen, vorschützet, zu solcher diffession schlechterdings nicht zu admittiren.

(m) Secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 4.* diffessio fieri debet in propriis, daß er selbige weder geschrieben, noch unterschrieben habe, auch solche mit seinem Wissen oder Willen durch einen andern nicht geschrieben oder unterschrieben worden: in alienis autem, daß er nicht glaube, noch dafür halte, daß der Aussteller selbige geschrieben oder unterschrieben habe, oder solche, mit seinem Wissen oder Willen, durch einen andern geschrieben oder unterschrieben worden.

§. Weil es auch. priora verba sufficere, add. *Griebner. proc. judic. lib. 1. c. 3. sect. 3. §. 8. lit. b.*

38. Nec ad diffessionem sufficit, si quis jurato asserere velit, quod ignoret, an manus ac sigillum sit, subscripti, sed præterea, quod id nequidem credat, *Rivin. c. l. en. 41.*

39. Qui recognoscit nomen suum documento a filio subscriptum, contenta non aliter diffiteri potest, quam si juret, subscriptionem jussu suo vel etiam consensu haud esse factam, *Rivin. c. l. en. 42.*

40. Ad juratam diffessionem documentorum mulier in termino ad recognitionem documentorum sub pœna recogniti præfixo, adhuc se offerre potest, & admittitur, etiamsi sine curatore compareat, *Rivin. c. l. en 37.*

41. Equidem per procuratorem, speciale mandatum habentem, nec non curatorem documentorum recognitio fieri potest, *O. P. S. tit. 25.* §. Weil es auch, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 18.* non autem jurata diffessio: hæc enim per ipsum principalem expedienda est, *O. P. S. c. l. Carpz. d. c. d. 19.* Secus est in tutore, qui aut recognoscere aut diffiteri tenetur, *Carpz. proc. tit. 12. art. 5. n. 36. Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 38.*

42. Frustra pendente appellatione præstatur diffessionis juramentum: & nihilominus admittitur comparatio literarum, *Rivin. c. l. en. 39.*

43. Jurata documentorum diffessio, emanente parte adversa, pro præstita non habetur, *Rivin. c. l. en. 43*

44. Juramentum diffessionis pro deserto nequaquam habendum, quando reus, in termino comparens, ad id præstandum est paratus; actoris vero

man-

mandatarius cum eo init transactionem, quam postmodum principalis impugnat, *Rivin. c. l. en. 44.*

45. Juramentum diffessionis pro deserto *(n)* non habetur, quamvis juraturus in termino emanserit. Quanquam nihil impedit, quo minus per sententiam præstatio talis jurisjurandi sub pœna desertionis decerni possit, *Berger. p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 24. p. 210.*

46. Effectus hujus desertionis, per sententiam injunctæ, est, ut documentum non quidem statim habeatur pro recognito, *(o)* sed simpliciter sub pœna recogniti recognoscendum sit, *Berger. c. l. p. 211.*

47. Diffessio instrumenti jurata vim habet litis contestationis negativæ, qua facta reus absolvitur, propterea quod actor nihil probaverit, *Carpz. proc. tit. 1. art. 3. n. 29.*

48. Hinc instituto processu executivo, contra diffessionem juratam in foro Saxonico probatio contraria non conceditur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 27.* Ast per diffessionem juratam sisti saltem processum executivum, remque ad ordinarium processum devenire, & actorem ad probationem adhuc admitti,

Mmm 5 tradit

(n) Imo pro deserto habetur: nam si juraturus in termino præfixo, etiamsi adversa pars, prout ipsi lubet, emaneat, actu juratam diffessionem non præstet, vel illi ante terminum renunciet, documenta, nisi jurato obtineat, se, cum ad juratam diffessionem se obtulisset, illa falsa esse existimaverit, non solum pro recognitis habentur, sed & productus exceptionibus, quibus contra ea uti potuisset, privatur, insuperque in pœnam 10. 20. aut plurium thalerorum condemnatur, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. § 4.*

(o) Imo pro recognito habetur, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

tradit *Mev. p.3. dec.172. & p.6. dec.278.* confer. responsa collegiorum extraneorum apud *Rivin. c. l.*

49. Ad impediendam juratam diffessionem duo prodita sunt remedia, 1) comparatio (p) literarum, *l.22. C. ad L. Cornel. de fals. l.20. C. de fid. instrument.* 2) recognitio per testes, *O. P.S. tit. 25.* §. Da aber, *Stryck. introd. ad prax. for. c.19. §.9.10. Berger. œcon. jur. lib.4. tit.24. th.14. p.1074.seq.* confer. omnino *O. P. S. tit.25. §.5.*

50. Utrumque locum habet etiam post sententiam, quæ in rem judicatam transiit, loco recognitionis aut diffessionis injunctæ, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en.29. Berger. in additam. ad E. D. F. tit. 25. §.2. p. 1967.* imo & post oblationem ad jurandum, *Berger. œcon. c. l. p.1075.*

51. Utrumque quidem remedium locum habet in processu ordinario atque summario: non vero in executivo, *Rivin. d. en.29. & 31. Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.104. & p. 3. obs. 98.* Quanquam ideo judici arbitrium non est ademtum, quo minus ipse interdum recognitioni per testes etiam in processu executivo locum dare possit, *Berger. E. D. F. tit.25. obs.5. not.2. p.770. & proc. exec. p.63.seq.* add. *Lyncker. dec.404.*

52. Imo, si reum, qui ad juratam diffessionem paratus est, magnæ perjurii suspiciones premant, judicem eundem a jurisjurandi religione quidem repellere, nihilo secius tamen juratam diffessionem, quantum ad processum executivum, pro facta habere, sed simul, pro casuum diversitate, vel actori aliud genus agendi,

(p) Quæ in foro Saxonico abrogata est per *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 5.*

agendi, ordinarium scil. vel reo intuitu exceptionum reconventionem reservare; cum & actu præstitum diffessionis juramentum alter, qui documentum produxit, processu executivo ad finem perducto, impugnare, in eamque rem testium depositione uti haud prohibeatur, tradit *Wernher. d. obs. 104. n. 11.* confer. *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 31.*

53. Super recognitione per testes articuli confici, & pars adversa citari, ejusque interrogatoria *(q)* admitti debent: articuli vero externam tantum documentorum formam, non etiam merita & contenta eorum contingant, *O. P. S. tit. 25. §. fin. Barth. Hodeg. For. c. 3. §. 6. lit. b. p. 512.*

54. Quamvis aliqui exigant, ut testes in specie deponant, se vidisse, illud scribi, *Ruland. de commissar. p. 2. lib. 5. c. 39. n. 32.* attamen verius est, sufficere, si testes *(r)* deponant, de manu scribentis, sibi hanc notam esse, & hinc se certo credere, hanc esse manum scribentis, *Carpz. proc. tit. 14. art. 3. n. 67. Stryck. introd. ad prax. c. 19. §. 10. Barth. c. l.* add. *Rivin. c. l. en. 32.*

55. Qui ad comparationem literarum confugere cupit, curet 1) ut aliam adversarii scripturam certam & indubitatam producere possit, ad quam fiat comparatio, *l. 20. C. de fid. instrum. nov. 73. c. 1.* qualis est, quæ in aliis actis deprehenditur, vel a testibus sub-

(q) Tam quoad personas testium, quam quoad merita causæ, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 25. §. 5.*

(r) In *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* disponitur, ut recognitio per testes non aliter locum habeat, quam si ad minimum duo testes, cum documentum subscriberetur, præsentes fuerint, vel ab ipso producto audiverint, quod documentum agnoverit.

subscripta, *Stryck. c. l.* §. 9. alia enim non admittitur, *Carpz. lib. 3. R. 24.* 2) ut adhibeantur rei scriptoriæ periti, qui prævio juramento singulos literarum ductus probe conferant, *Stryck. c. l.* add. *Barth. hodeg. for. c. 3. §. 6. lit. c. p. 513.*

56. Hoc remedium plane extraordinarium est, atque adeo non nisi deficientibus testibus aliisque probationibus admittitur, *l. 20. C. de fid. instrum.* veluti, si documentum propter mortem scribentis, vel absentiam testium subscriptorum heredibus, aliisque sit incognitum, ac propterea recognosci haud queat, *Carpz. p. 1. c. 17. d. 15. & proc. tit. 14. art. 3. n. 78.* quin &, urgente adversario, jurare jure civili producens tenetur, se, præter hanc, alias non habere probationes, *nov. 73. c. 7. § 3. Anthon. Thesaur. quæst. for. 24. n. 7. p. m. 123. Barth. c. l.*

57. Exiguum comparationis literarum plerumque esse usum, cum per eam plene probari nunquam possit, instrumentum ab eo, cujus nomen adscriptum est, conscriptum esse, purgatorium autem, quod ob indicia injungi poterat, jam ipso diffessionis jurejurando contineatur. Sane si summus perjurii metus adsit, ad suppletorium producentem admitti posse, inprimis, si præsente se subscriptionem factam esse asseverare possit, docet *Griebner. in proc. judic. lib. 1. c. 3. Sect. 3. §. 8. lit. a.* Atque eam plerumque ad plenam probationem minus sufficere, nihilo secius jusjurandum modo suppletorium, modo purgatorium operari, tradit *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 24. th. 14. p. 1075.* add. *ejusd. E. D. F. tit. 25. obs. 5. not. 2. p. 773. Wernher. in supplem. nov. ad p. 1. obs. 104.*

58. Ad hæc remedia actori non datur regressus

si ipse.

si ipsemet documentum submisit diffessioni, eamque acceptavit reus, *Rivin. ad O. P. S. tit. 25. en. 30.*

INSULA.

1. Insula in flumine publico nata, si mediam ejus partem teneat, ad illos, qui ab utraque parte prædia prope ripam possident, sin minus, & alteri parti propior sit, ad eos tantum, qui ab ea parte agros habent, pro modo latitudinis cujusque fundi pertinet non modo jure civili, *§. 22. J. de R. D. l. 7. §. 3. l. 56. §. 1. de A. R. D.* vid. omnino *Struv. ex. 41. th. 28. 29.* sed etiam jure Saxonico communi, Landr. *lib. 2. art. 56. Ziegler. de jur. maj. lib. 2. c. 15. §. 26.* quamvis dissentiat *Schilter. ex. 4. §. 19.*

2. Hoc igitur eodem jure hodienum utimur, nisi mutatio ejus, per specialem legem, vel manifestam consuetudinem, doceri queat, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 138. n. 7.* add. *Heig. p. 2. qu. 49.* Sic in Electoratu Saxonico insulas in aliis fluminibus, præter Albim, natas hodieque privatis acquiri, testatur *Berger. in œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 15. not. 2. p. 237. Wernher. d. obs. 138. n. 10.* add. *Ziegler. c. l. §. 27.*

3. Alicubi vero insulas ejusmodi privatis non acquiri, sed ad principes pertinere, latius exponit *Gryphiander tr. de insul. c. 11. 12. 13.* Quasdam ejusmodi consuetudines recenset *Struv. ex. 41. th. 30.* add. *Carpz. p. 3. c. 31. d. 13.*

INTERDICTUM QUORUM BONORUM.

1. Hoc interdictum regulariter datur tantum contra eum, qui res hereditarias pro herede vel pro possessore possidet, *l. 1. quor. bonor. l. 2. C. eod.* adeoque non competit adversus eum, qui titulo singulari nititur, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 14. n. 2.*

2. Uti-

2. Utiliter vero hoc interdictum datur adversus eum, qui demum post mortem defuncti rem hereditariam titulo singulari consecutus est, *Struv. ex. 45. §. 16.* Quæ circumstantia tamen, quia causa & fundamentum utilis interdicti est, in libello rite exprimi debet, *Wernher. d. obs. n. 7.*

3. Quando quis in actione ex *l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* in possessione tamdiu defensus est, donec adversarius jus suum ordinarie deduxerit, hic interdicto: *quorum bonorum*, uti nequit, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 407.*

INTERDICTUM RETINENDÆ POSSESSIONIS.

1. Interdictum retinendæ vel recuperandæ possessionis heredi ante apprehensam rerum hereditariarum possessionem non datur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 120.*

INTERDICTUM SALVIANUM.

1. Salubrius & expeditius est hoc interdictum, quam actio Serviana & quasi Serviana: nam in eo ceu judicio possessorio summarie proceditur, & id solum probasse sufficit, quod res sibi oppignorata sit a debitore, idemque tempore oppignorationis eandem possederit, *Gail. lib. 2. obs. 26. n. 1. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 5. th. 12. not. 3. p. 535.*

2. Sicuti vero hæc possessio essentiale requisitum hujus interdicti est: ita eadem in libello speciatim indicanda, atque adeo citra vitium ineptitudinis ejus mentio omitti nequit, *Neguz. de pignor. p. 8. membr. 3. n. 26. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 477.*

3. Hoc interdictum datur etiam adversus tertium possessorem, qui tamen causam habeat ab oppigno-

gnorante, *l.1. pr. de Salvian. interdict. l.1. C. de prec. & Salv. interd.* quamvis usu fori utiliter contra quemvis possessorem locum habeat, *Fachin.8. controv.92. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de Salv. interd. ad verb. non etiam contra tertium.*

INTERDICTUM UNDE VI.

1. Hoc interdictum intra annum utilem in judicium deduci debet, *l.2. C. unde vi.* sed hoc intelligendum de illis rebus, quæ non ad invasorem pervenerunt: non de illis rebus, quæ ad eum pervenerunt, quorum intuitu actio est perpetua, *l.1. pr. de vi & vi arm. Ziegler. ad can. redintegranda. c.9. §.3.* Imo jure canonico & usu hodierno illud spatium annuum non observari, testantur *Wesenbec. ad tit. de vi & vi arm. n.10. Brunnem. ad l.2. C. unde vi. Ziegler. c.l. Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.54.*

INTERDICTUM UTI POSSIDETIS.

1. Sustineri potest libellus in interdicto: *uti possidetis*, etsi verba, quæ spolium & ablationem possessionis indicant, simul adhibita fuerint, *Wernher. sel. obs. for. p.10. obs.385.*

INTERESSE.

1. Interesse omne lucrum cessans & damnum ex eo, quod factum non est, fieri tamen debuit, emergens complectitur, *l.13. rat. rem haber. l.13. de eo, quod cert. loc. Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.1. n.2.* & succedit in locum ejus, quod voluntate, facto vel culpa alicujus fieri nequit, *Mev. p.2. dec.368. n.6.*

2. Inter eos etiam, qui non sunt mercatores, habenda est lucri cessantis ratio, *l. un. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. Berger. œcon. jur. lib.3. tit.8. th.14. not.1. p.767.* add. *Constit. Elect. Sax.30. p.2.*

3. Re-

3. Requiritur ejus, quod intereſt, quædam probatio, *l. fin. rat. rem haber. l. un. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter.* Haud vero exacta illius probatio requiritur, ſed ſufficit veroſimilis demonſtratio, *Mev. p. 4. dec. 322. n. 2. Coler. proc. exec. p. 1. c. 10. n. 101.* add. *Conſtit. Elect. Sax. 30. p. 2.* difficilis enim eſt iſtius probatio, *d. l. fin. rat. rem haber.*

4. Si tamen non adeſt ejus ſufficiens probatio, juramentum petitori deferri ſolet, quo mediante damnum, quod judex ut veroſimile admittit, taxet, vel vere ſe ſenſiſſe aſſerat, *Mev. c. l. n. 4.* Quod, etiamſi judex taxaverit, nihilominus neceſſarium habetur; ideo etiam cum pars adverſa non petierit, id judex ex officio deferre ſolet & poteſt, *Mev. c. l. n. 5. 6.*

5. In actionibus ad intereſſe, ob difficultatem probationis, actore licet non probante, non ſtatim abſolvendus eſt reus, ſed nihilominus judex arbitrari poteſt, quantum vere interſit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 56.*

6. Quoties id, quod principaliter petitur, habet certam quantitatem aut certum corpus, toties judex in æſtimando eo, quod intereſt, duplum excedere non poteſt, *d. l. un. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.*

7. Hanc legem accipiendam eſſe de intereſſe unius anni, idque duplum excedere non poſſe, ac ob id ad intereſſe temporis longioris, pluriumve annorum nil probabiliter inferri, poſt *Surd. vol. 3. conſil. 102. n. 9. ſeq.* ſtatuunt *Berlich. p. 2. concl. 38. n. fin. Carpz. aſyl. debit. poſit. 24. n. 278. Philipp. ad dec. 29. obſ. 2. n. 8.* confer. *Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 14. not. 2. p. 768.* nec non præjudicium apud *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 56. p. 908.*

8. Aſt

8. Ast in iis rebus, quæ certam habent quantitatem aut naturam, interesse plurium annorum duplum propter *d. l. un.* excedere non posse, tradunt *Brunnem. ad d. l. un. Lyncker. in dissert. de eo, quod interest. sect. 3. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 1.* ubi *d. l. un.* verbotenus explicat, adeo ut *§. 34. seq.* adversus *Tabor. de alter. tant. p. 3. §. 13. & Struv. ex. 44. th. 5.* contendat, eidem sententiæ sine discrimine, utrum dolus, aut lata culpa, aut levis tantummodo, admissa sit, locum concedendum esse, confer. *Berger. c. l.*

9. In iis autem casibus, qui incerti esse videntur, hoc est, ubi simplum incertum est, ut neque ex conventione, neque communi hominum usu & æstimatione certitudo ab initio adsit, adeoque non nisi ad interesse agitur; quo referuntur obligationes facti, interdicta omnia causæ, possessionis; imo & delicta, ex quibus, in id, quod interest, actio dirigitur; ac denique actiones omnes, quibus principaliter indemnitatem ab adversario petimus, prudenti arbitrio judicis juxta *d. l. un.* relictum est, ut æstimet, quid revera intersit, nulla dupli habita ratione, quippe cujus nec ulla ratio hic haberi potest, cum nullum in illis casibus simplum concipi queat; idque omne præstandum, quantumcunque fuerit, *Wernher. d. obs. 1 n. 7.* confer. *Struv. c. l. Berger. c. l.*

10. Id, quod interest, de eo etiam, quod interest, exigi potest, *Berlich. p. 2. concl. 38. n 34.* modo hoc sit damni emergentis, non cessantis lucri, *Hahn. ad Wesenbec. tit. de usur. n. 11. Berger. c. l. p. 769.* Ast interesse alterius interesse revera ab hoc non esse distinctum, sed sub generali petitione ejus, quod interest, contineri, monet *Wernher. d. obs. n. 27.*

11. In æstimando interesse attendat judex 1) pretium rerum, & communem functionem, non singularem affectionem, *l. 63. ad L. Falcid.* 2) utilitatem proximam circa rem, non remotam extra rem, *l. 21. §. 3. de act. emt. Struv. ex. 44. th. 5. Berger. œcon. jur. lib. 3. tit. 8. th. 14. p. 767.* confer. *A. Fab. in C. lib. 4. tit. 24. def. 7.*

12. Si interesse petatur, petitio quidem potest esse incerta, sed sententia interesse determinandum, *Struv. c. l.*

INTERESSE MORÆ.

1. Licet quis in mora non sit constitutus, quando tamen in sententia is condemnetur ad præstationem interesse moræ, & hæc sententia vires rei judicatæ consequatur, se a præstatione interesse liberare non potest, *Horn. cl. 12. R. 23. p. 818.*

INTERITUS CASUALIS.

Vid. loc. *Casus Fortuitus.*

INTERPRETATIO.

1. In communi actu atque negotio ea interpretatio amplectenda est, quæ efficit, ut quis sibi minus præjudicet, *Menoch. consil. 31. n. 52. Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 495. n. 4. p. 967.*

2. In obscuris ea capienda est interpretatio, ut alter contrahentium, quoad ejus fieri possit, damno minus afficiatur, *Hartm. Pistor. lib. 3. qu. 4. n. 6.* in obscuris enim & ambiguis minimum est sequendum, *l. 9. l. 34. de R. I.*

3. Interpretatio regulariter contra eum, qui sciens tacet, nec mentem satis declarat, facienda est, quippe qui sibi imputare debet, quod non apertius locutus fuerit, *l. 39. de pact. l. ult. C. de pact. int. emt. & vendit. Barbos. loc. commun. l. 60. c. 105. ax. 1.*

4. In

4. In emtionibus venditionibus obscura contra venditorem sunt interpretanda, *l.39. de pact. l.21. l.33. de contrah. emt. l.172. de R. I.* modo verus eorum sensus aliunde elici nullo modo possit, *Brunnem. ad d. l.39. n.1. Wernher. sel. obs. for. p.5. obs.249.*

5. Imo contra emtorem facienda est interpretatio, si ipse instrumentum emtionis venditionis confici curaverit, *Mudæus ad l.21. Labeo Scribit. de contrab. emt. n.5. Wernher. d. obs.249. n.2. p.430.*

6. Semper illa interpretatio est præferenda, quæ scopo testatoris magis convenit, & ad illum obtinendum facit, *l.2. de reb. dub. l.109. de legat. 1. Cravett. consil.161. n.3. Wernher. sel. obs. for. p.3. obs.128. n.2. p.380.*

7. In obscuris ea interpretatio ineunda est, qua res ad terminos juris antiqui reducuntur, *Hartm. Pistor. lib.2. obs.21. n.16.* & juri communi attemperanda est omnis interpretatio, *l.3. §. hac verba. ibi Bartol. de negot. gest. l.2. C. de nox. act.*

8. Interpretatio extensiva, quæ fieri solet ob identitatem rationis, in istis legibus & testamentis locum non habet, in quibus aliquid in favorem personæ est dispositum, *Everhard. loc. top.46. Horn. cl.7. R.31. p.413. a.*

9. In omni interpretatione fugienda sunt ea, quæ sensum absurdum & contradictionem inducunt, *Barbos. loc. commun. l.1. c.5. Horn. cl.6. R.5. p.327. b.*

INTERROGATORIA.

1. Interrogatoria, in processu ordinario, jure sunt admittenda, tametsi ad dandum ea citatus specialiter productus haud fuerit. Nec productus eorum desertionem, hac exceptione, quod ad dandum ea

citatus haud ſit, purgare poteſt, modo articulorum copiam cum denominatione & directorio teſtium acceperit, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 36. lit. b. p. 131.*

2. Et integrum eſt actori, adverſus articulos reprobatoriales rei interrogatoria exhibere, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 107.*

3. In ſummario vero proceſſu contra demonſtrationem nulla interrogatoria admittuntur, etiamſi judex producto articulos transmittat, eumque ad videndum produci, & jurare teſtes, imo etſi, conſueta formula, producente id non petente, ad dandum interrogatoria, ſimul citaverit, *Berger. E. D. F. tit. 20. obſ. 1. not. 7. p. 646. & in ſupplem. p. 1796. nec non p. 2. Supplem. p. 429. Barth. c. l. Wernher. ſel. obſ. for. p. 5. obſ. 19.*

4. Secus eſt, ſi demonſtraturus ad offerendum interrogatoria adverſarium citari, vel ad minimum ei articulos ſaltem transmitti petierit: tunc enim tacite interrogatoria admittere voluiſſe intelligitur, *Berger. p. 2. ſupplem. ad E. D. F. tit. 20. §. 16. & 18. p. 491. & 492. Barth. c. l. p. 132. Wernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 128.*

5. Plane in proceſſu etiam ſummario locum eſſe interrogatoriis, tradunt *Esbach. in proc. civil. tit. 55. n. 4. Suendend. ad Fibig. p. 414. Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 45.* imo & in poſſeſſorio ſummariiſſimo *(a)* ea admittenda eſſe, docet *Rivin. c. l. en. 46.*

6. Quemadmodum quoque in judicio mercatorio Lipſienſi indiſtincte interrogatoria admitti, apparet ex *Ord. merc. tit. 16.* vid. *Barth. Hodeg. For. c. 1. §. 36. lit. b. p. 132.*

7. Non

(a) Imo non ſunt admittenda, *Ord. Proc. Sax. Rec., in append. §. 19.*

7. Non tenetur quis, ſuſcepta contrademonſtratione, adverſarii interrogatoria admittere, etſi hic prior in demonſtratione indulſerit eadem, *Wernher. ſel. obſ. for. p. 9. obſ. 45.*

8. Productus interrogatoria *(b)* prius offerre haud tenetur, quam teſtis compareat, *Barth. d. c. 1. §. 38. lit. a. p. 151.*

9. Imo productis licet & examinatis ante meridiem ſuper articulis teſtibus, productus poſt meridiem comparens interrogatoria adhuc offerre poteſt, teſteſque ipſius ſumtibus denuo citandi, & ad interrogatoria examinandi ſunt, *Barth. c. l. p. 152.*

10. Et quod magis, productum in termino productionis contumacem cum interrogatoriis ſuis in ſequenti termino adhuc audiendum eſſe, ſi modo teſtes nondum examinati fuerint, tradit *Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 3.* diſſentit *Svendend. ad Fibig. p. 1421.* confer. omnino *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 48.*

11. Productus, re adhuc integra, interrogatoria revocare, mutare, vel additionalia, tam quoad perſonas, quam merita cauſæ, conficere poteſt, *Barth. Hodeg. For. c. 1. § 38. lit. a. p. 151.* confer. tamen *Pæckel. diſput. de interrogat. §. 44.*

12. Interrogatoria in loco judicii exhibenda ſunt nomine principalis ab eo, qui mandato inſtructus eſt, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 44.*

13. Interrogatoria producenti non ſunt communicanda, *Rivin. c. l. en. 47.* In ipſo tamen realis pro-

(*b*) Interrogatoria ad minimum in termino productionis ſunt offerenda, & producenti communicanda, quo contra impertinentia & inepta excipere queat, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 8.*

productionis termino communicatio eorum fieri (c) potest ad perlegendum & cognoscendum, pertinentia sint, an impertinentia, *Suendend. ad Fibig. p. 1418. Barth. d. §. 38. lit. p. p. 159. Rivin. d. en.* quamvis judex ex officio (d) impertinentia rejicere debeat, *Berger. E. D. F. tit. 20. obs. 2. not. 4. p. 655.*

14. Interrogatoria de consanguinitate & affinitate non esse inepta, contra *Stryck. in disput. de interrogat. inept. §. 22. 23.* notat *Barth. d. §. 38. lit. n. p. 156.*

15. Testis ad articulos vel interrogatoria criminosa, vel diris execrationibus repleta, respondere haud tenetur, *Rec. Imp. de an. 1654. §. 53.* illaque ex officio a judice rejici debent, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 295.* imo & pars, quæ ea obtulit, puniri potest, *Mev. p. 4. dec. 270. Horn. cl. 12. sent. 76. p. 893. b.*

16. Regulariter productus expensas interrogatoriorum solvere tenetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 50. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 123.*

17. Interrogatoria partis adversæ confessionem non inducunt, *Horn. cl. 12. sent. 106. p. 944. b.*

18. Examinandi sunt testes super interrogatoriis, licet hæc sint directa ad ipsa causæ merita, & articulis probatorialibus contradictorie opposita, *Rivin. ad O. P. S. tit. 20. en. 42.*

19. Exa-

(c) Imo debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 20. §. 8.*

(d) Quamvis producens contra impertinentia interrogatoria excipere possit: tamen desuper fuse procedere non permittitur, sed impertinentia, quæ jam in sententionando non attenduntur, licet super iis testes examinati sunt, a judice ex officio sunt rejicienda, & ad reliqua testes non obstante contradictione examinandi, *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

19. Examinandi vero non sunt testes super interrogatoriis a producto exhibitis ad articulos, ad quorum probationem testes in directorio non sunt nominati, *Rivin. c. l. en. 43.*

20. Reus, qui exhibuit interrogatoria circa probationem, super iisdem capitibus in reprobatione admittendus cum juramenti delatione, *Rivin. ad O.P.S. tit. 21. en. 43.*

INTERUSURIUM.

1. Vulgo ex doctrina *Carpzovii p. 3. dec. 275.* contendunt, quantitatis 100. th. post annum debitæ interusurium non posse non esse quinque, suppositis usuris quincuncibus consuetis: quia creditor si memoratam summam statim acceperit tantum per anni spatium lucrari queat. Qua ratione summa post annum debita per numerum 20. divisa semper loco quoti relinquit interusurium a quantitate debita detrahendum, ut præsens ejus valor emergat, vid. *Wernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 191. n. 1. 2.*

2. Aliam computandi interusurium rationem suppeditavit LEIBNITZIUS, qui, præsupponens, interusurium nihil aliud esse, quam differentiam inter quantitatem, in certum diem debitam, præsentemque ejus valorem, inde deducit, ad verum interusurium eruendum, summam post annum debitam, non per numerum 20. ut vulgo fit, sed per 21. dividendam esse, vid. *Wernber. c. l. n. 3. seq.*

3. Modum *Carpzovianum* computandi interusurium in plurimis dicasteriis Saxonicis observari, testatur *Rivin. ad O. P. S. tit. 39. en. 57.* confer. *Berger. dec. 513. n. 8.* Ast *Leibnitzianam* interusurii computationem in Facultate Juridica Lipsiensi receptam esse, testatur *id. Rivin. c. l.* eandemque ante paucos

 abhinc

abhinc annos Collegiis Wittebergensibus placuisse, licet omni difficultate non careat, perhibet *Horn. cl. 13. R. 4. p. 967.* add. *Wernher. c. l. n. 9.* qui vero hanc interusurii computandi rationem exactam atque veram dicit.

INTERVENTIO.

1. Interventio non modo consentientibus, sed & invitis partibus litigantibus fieri potest, *O. P. S. tit. 15 Carpz. lib 3. R. 21.* tam in prima quam in secunda instantia, *(a) O. P. S. c. l.* modo interveniens suum interesse demonstraverit, *O. P. S. c. l. Carpz. p. 1. c. 3. d. 30.*

2. Probari autem potest interesse etiam unico teste, *(b) Berger. E. D. F. tit. 15. obs. 1. p. 445.* licet dissentiat *Martin. ad O. P. S. tit. 15. § 1. n. 52.* imo & jurisjurandi delatione *(c) Berger. c. l.* scil. in processu ordinario & summario, non vero executivo, *Berger. c. l. not. 2.* Reprobatio autem testium respectu personarum vel dictorum non *(d)* admittitur, *Carpz. lib. 3.*

(a) Ast secundum *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 15. §. 1. interventio principalis, sub pœna amissionis, intra terminum Saxonicum, computandum a tempore, quo de lite principali, Haupt-Process, mota notitiam accepit, aut jus interveniendi accepit interveniens, quod pro re nata, judice vel adversario urgente, jurato obtinere debet, instituenda est: Hoc enim neglecto, interveniens ulterius haud auditur, sed ad jura sua separato processu deducenda, dimittitur.

(b) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 15. §. 2.

(c) De quo silet *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ibi enim saltem documentorum & testis mentio fit, dum disponitur, quod accessorie interveniens interesse suum probare debeat.

(d) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.* ubi disponitur, quod reprobatio locum non inveniat.

lib.3. R.21. n.9. Contrademonstrationi tamen locum relinquit *Berger. c.l. not.3. p.446.*

3. Interveniens ratione proprii tantummodo interesse in termino justificandæ appellationis, si non intra decendium adhæsit, haud admittitur, *Rivin. ad O.P.S. tit.15. en.1.* in prima tamen instantia jus suum deducere potest, *Rivin. c.l. en.2.*

4. Etiam in ipso executionis *(e)* actu interventio procedit, ita ut per eam executio impediatur, *Felin. in c. veniens. 38. X. de testib. n.3. Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.176.* modo in continenti sit liquida: alias, si altioris indaginis sit, executio non suspenditur: cautio tamen quandoque arbitrio judicis ab actore præstanda est, *Wernher. compend. jur. lib.4. tit.28. §.4. & select. obs. for. p.3. obs.179.* Nec admittitur interventio in executione, si interveniens tamdiu dolose tacuerit, *Brunnem. proc. civ. c.13. n.16. Horn. cl.10. Sent.17. p.583. a.*

5. Quamvis regulariter scientia litis motæ intervenienti haud nocet: attamen is, ad quem potior defensio rei pertinet, si alium agere permittat, deinceps ob interesse, suum amplius intervenire nequit, *l.63. de re jud. Brunnem. proc. civ. c.13. n.16. Wernher. sel. obs. for. p.2. obs.473.*

(e) Interventio principalis locum non invenit, sed separato processu deducenda est, si causa jam definitive sit decisa, atque decisio sive per sententiam, sive per decretum facta, vires rei judicatæ consecuta, ut nil nisi executio superfit, nisi intervenientis interesse in continenti sit liquidum, aut per executionem intervenienti irreparabile damnum inferatur, quibus quidem casibus ex arbitrio judicis adhuc audiendus, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.15. §.1.*

6. Plane interventio accessoria statim ab eo die, quo quis cognoverit, *(f)* causam inter alios agitari, fieri debet, *Berger. E. D. F. tit. 15. obs. 3. ibique not. 1. p. 450.* dissentit *Griebner. princ. proc. judic. lib. 1. c. 7. sect. 1. §. 5.*

7. Interventio non habet locum, si causæ sint diversæ, & non eadem decisionis ratio, *Berlich. p. 1. concl. 25. n. 52. seq. Rivin. ad O. P. S. tit. 15. en. 7.*

8. Litis denunciatus, pro confesso & convicto declaratus, postea in processu principali, si definitiva ferenda est sententia, intervenire nequit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 15. en. 9.*

9. Interveniens in eo statu, in quo tempore interventionis est, processum reassumere debet, *O. P. S. tit. 15.* si scil. accessorie *(g)* saltem interveniat: *Wernher. in supplem. ad p. 2. obs. 469. Berger. E. D. F. tit. 15. obs. 2. p. 446.* secus si principaliter, tunc enim interveniens ad ea, quæ hactenus in judicio acta sunt, adstrictus non est, sed novum edere libellum, novis probationibus, ceterisque processus partibus uti valet, *Berger. c. l.* & hujus generis interventio regulariter præjudicialis est, quæ ante omnia expedienda est, *Wernher. sel. obs. for. p. 2. obs. 469.* cum suspendat processum inter actorem & reum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 15. en. 3.* secus ac interventio accessoria, quæ cum processu principali conjunctim tractatur, *Rivin. c. l. en. 4.*

10. Interveniens protelationes litis per collusionem in gratiam unius vel alterius partis quærere non

(*f*) Sed hanc interventionem absque hac restrictione admittit *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 15. §. 2.*

(*g*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. c. l.*

non debet: alias si graves præsumtiones contra ipsum militant, juramento malitiæ gravari potest, (*b*) *O. P. S. c. l.* add. *Carpz. lib. 3. R. 21. n. 6. 7.*

11. Qui accessorie intuitu alterius litigantium intervenit, pro eodem cum cautione rati in judicio admittitur, quia ambo ut consortes litis considerantur, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 261.*

12. Interventio licet sit principalis, coram eo foro, ubi lis pendet, ventilari debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 125.*

13. Qui principaliter in causa intervenit, pro reconventione & expensis cavere tenetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 123. Horn. cl. 10. sent. 17. p. 583. a.*

INVENTARIUM.

1. Ut inventarium rite fiat, hodieque requiritur 1) obsignatio, statim post mortem defuncti, 2) resignatio, 3) adhibitio notarii cum testibus, 4) consignatio omnium rerum in hereditate repertarum, etiam alienarum, ut & debitorum & creditorum, *l. fin. §. 2. C. de jur. deliber.* 5) ut inchoetur intra 30. dies a tempore scientiæ, & finiatur intra alios 60. dies, *d. l. fin. §. 2.* vid. *Facbin. lib. 4. controv. 35.* nisi ex justa causa tempus prorogetur, *Carpz. p. 3. c. 33. d. 13.* 6) ut heres, vel si is literas ignoret, tabellio nomen ejus subscribat, *d. l. fin. §. 2.* vid. omnino *Schneidew. ad §. pen. J. de hered. qualit. n. 18. Hopp. ad verba: hoc beneficium. §. 5. J. de hered. qualit. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 50. not. 5. p. 492.*

2. Jure

(*b*) Quod judex ex officio exigere valet, nec interveniens ulterius ad procedendum admittitur, nisi illud præstiterit, sive interventio sit principalis, sive accessoria, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 15. §. 3.*

2. Jure civili ad confectionem inventarii requiritur quoque convocatio, legatariorum & fideicommissariorum, imo & creditorum, *nov. 1. c. 2. §. 1.* add. *nov. 119. c. 6. Hopp. c. l.* Ast hodie creditores & legatarii non amplius ad illius confectionem solent citari, nec quoque opus est subscriptione heredis: sed sufficit communiter, si a notario, præsentibus testibus, consignata sint bona, & in instrumentum publicum redacta, *Mev. p. 2. dec. 356. Hopp c. l. usu hod.* add. *Berger. c. l.* Sed hinc procul dubio factum esse, quod rarissime hodie admittatur a creditoribus inventarium, nisi juramento confirmatum, monet *Hopp. c. l.* Nec necessaria est æstimatio rerum hereditariarum, quanquam ea utilis esse videatur, *Berger. c. l.*

3. Inventarium rite & solenniter conditum inter publica instrumenta, quæ plenam fidem merentur, connumeratur, *l. ult. §. fin. C. arbitr. tut. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 938. Carpz. lib. 6. R. 67. n. 3.* pro eoque præsumitur, donec contrarium probetur, *Sichard. & Dd. in l. fin. C. de jur. deliber. Carpz. p. 3. c. 33. d. 8. n. 8.*

4. Defectus inventarii, si quis apparet, jurejurando heredis supplendus est, *l. 22. §. 10. de jur. deliber. Carpz. d. c. d. 9.* Et quævis fraudis suspicio heredem gravat, ut, supra inventarii exhibitionem, res hereditarias etiam jurato indicare teneatur, *Carpz. d. c. d. 11. Hopp. ad §. 5. J. de hered. qualit. in usu hod.*

5. Heres inventarium juramento suo corroborare tenetur, si confectionem inventarii obsignatio bonorum defuncti vel nulla, vel non statim præcesserit, *Carpz. d. c. d. 10. Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 136. n. 2.* vel notarius duos testes non adhibuerit, aut hi dome-

domestici fortassis fuerint, *Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 146. n. 3.*

6. Non obstringitur heres ad præstationem juramenti ex eo solo, quod ingnarus rerum quarundam eas inventario inseri non fecerit, *Schneidew. ad. §. extraneis. n. 14. J. de hered. qualit.*

7. Ea, quæ omissa sunt, suppleri debent, nisi fraudulenter supprimantur: tum enim duplum est restituendum, *l. 22. §. 10. C. de jur. deliber. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 5. p. 492.*

8. Jure Saxonico specificatio jurata loco & vice inventarii est, *Carpz. p. 3. c. 33. d. 19. in fin. Hopp. ad §. 5. J. de hered. qualit. in usu hod. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 51. not. 7. p. 492.*

9. Et licet *Berger. c. l.* doceat, quod hoc solum modo capiendum sit, quod ad heredes, utpote qui versantur in lucro: non quod ad creditores, qui de damno vitando certant, itemque legatarios: non potest tamen negare, in foro Saxonico Electorali prædictam specificationem indifferenter cum inventario exæquatam esse, secundum *dec. 57.* confer. *Hopp. c. l. & loc. hereditatis aditio. th. 21, 22. & 23.*

10. Plane adversus tutorem, qui inventarium facere neglexit, juramento in litem locus est, *l. 7. pr. de administr. tutor. Carpz. lib. 5. R. 82. n. 3.* etiam in foro Saxonico, cum jurata specificatio hoc in capite cum inventario non exæquetur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 31. en. 11. Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 1. p. 189. Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 87.* non autem adversus heredes, *l. 4. C. de in lit. jur. l. 22. C. de pœn. l. un. C. ex delict. def.* nisi lis cum defuncto tutore contestata fuerit, *d. l. 4. C. de in lit. jur. Carpz. dec.*

74.

74. n. 14. Wernher. d. p. 9. obs. 88. add. loc. *tutor. th. 15.*

11. Non liberatur a jurata specificatione, qui inventarium edidit, si hoc casu fortuito perierit, *Wernher. sel. obs. for. p. 6. obs. 404.*

12. Descriptionem bonorum & inventarium petere possunt omnes, quorum interest, *l. 15. de reb. aut. jud. poss. A. Fab. in C. lib. 3. tit. 19. d. 33. n. 3.*

13. Non solum ab herede, aut eo, qui se pro herede gessit, inventarium vel jurata specificatio rerum hereditariarum exigi potest, *d. l. 15. & l. ult. C. de jur. deliber. Carpz. p. 3. c. 33. d. 6.* Sed & ab omnibus iis, qui bonorum aliorum administrationi se immiscent, veluti a creditore pignora vendente, socio tutore, *l. 7. de administr. tutor. Carpz. d. c. d. 7.*

14. Imo & mater liberis inventarium aut juratam specificationem edere tenetur, *Pinell. in. l. 1. p. 2. n. 28. C. de bon. matern. Carpz. lib. 6. R. 69. Finckelth. obs. 76. n. 19. 20.* add. *dec. Sax. 21. ibique Philipp. obs. 4. Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jurejur. qu. 2.*

15. Potest tamen maritus uxori inventarium & juratam specificationem in testamento remittere, *arg. l. ult. §. 1. C. arbitr. tut.* quo tamen casu liberis ad edendam consignationem tenetur, *Berger. dec. 115.*

16. Liberi enim remissionem inventarii, aut juratæ specificationis, in testamento facta, impugnare nequeunt, si plus quam legitimam ex eo accipiant, modo res quasdam in consignatione facta mater non tacuerit fraudulenter, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 159.* add. *Berger. d. dec. 115. & dec. 112. n. 6.* Imo nihil prohibet, quo minus super dolo viduæ jusjurandum, idque, vel purgatorium a judice, existentibus scil. indiciis,

diciis, vel judiciale ab adversa parte deferri possit, *Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 50. not. 9. p. 493.*

17. Secus autem foret, si liberis nil nisi legitima esset relicta: ad quam investigandam opus est inventario vel jurata specificatione, *VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 174.* neutrum enim in fraudem legitimæ remitti potest, *VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 17.*

18. Ceterum remissio inventarii vel juratæ specificationis in testamento facta, valet quidem quoad liberos, generum & legatarios, non autem quoad creditores, *Hillig. in Donell. lib. 7. c. 3. lit. h. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 50. not. 9. p. 493. & p. 1. supplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 20. p. 203. seq.*

19. Ast pater a confectione inventarii & jurata specificatione immunis est, & sufficit, si nudam consignationem bonorum conficiat, *l. ult. §. 4. C. de bon. quæ liber. dec. Elect. Sax. 21. ibique Philipp. obs. 1. VVernber. sel. obs. for. p. 3. obs. 142.*

20. Adigitur tamen & pater ad edendam juratam specificationem, deficiente inventario, 1) si prodigalitate ac alio dolo suspectus esse cognoscatur, *Mynsinger. lib. 2. obs. 93. n. 6. Berg. dec. 112. n. 4. VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 92. n. 7.* 2) liberis emancipatis, *Berger. d. dec. 112. n. 8. VVernber. sel. obs. for. p. 7. obs. 18.* nihilque interest, pater, constante patria potestate, an, ea dissoluta, bonis filii uti frui cœperit, *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jurejur. qu. 2. & p. 2. supplem. ad E. D. F. tit. 18. §. 27. p. 447.* add. loc. *pater. th. 12.*

21. Heres heredis ad inventarium, vel juratam specificationem edendam tenetur, *Brunnem. ad l. ult. §. 10. C. de jur. deliber. n. 43. Berger. dec. 113. VVernber. sel. obs. for. p. 2. obs. 493. & in supplem. nov. ad d.*

ad d. obs. 493. confer. omnino *id. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 151. n. 86.* licet dissentire videatur *Carpz. p. 3. c. 33. d. 14. & lib. 6. R. 66. Richter. dec. 58. n. 22. seq.* imo & tertius heres, *Berger. dec. 114.* jurat vero saltem de credulitate, *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 6. not. 8. p. 555.*

22. Cum uterque actor & reus res hereditarias sibi sumserunt, non potest cogi solus reus, ut totum inventarium edat, sed necesse est, ut uterque illud, quod quisque ex hereditate detraxit, specificatione jurata manifestet, *Berlich. p. 2. dec. 69. Berger. dec. 116.*

23. Si heres, non exhibens inventarium, jurare nolit, actor adversus eum in litem jurare potest, præcedente tamen moderatione & taxatione judiciali, *Carpz. p. 3. c. 33. d. 16. Coler. p. 1. dec. 188. VVernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 434.*

24. Contra inventarium, juramento licet corroboratum, reprobatio tamen admittitur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 21. en. 50.* Hinc quoque contra juratam specificationem admittitur probatio majoris substantiæ, etiamsi juramentum sit præstitum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 149.*

25. Ex inventario debitores conveniri possunt, *l. 57. pr. de administr. tut.* modo tenor instrumenti obligatorii eodem inventario contineatur, ratione 1) *materiæ*, quid, quantumve debeatur, 2) *causæ debendi*, v. c. mutuum, 3) *personæ*, scil. debitoris. Quanquam vix est, ut ex ejusmodi inventario executive agi queat, *Berger. œcon. jur. lib. 1. tit. 4. th. 10. not. 1. p. 190.*

INVENTIO RERUM AMISSARUM.

1. Res deperditæ ab inventoribus sunt indicandæ, jure civili, propositione libelli, *l. 43. §. 8. de furt.* Saxo-

Saxonico autem per procurationem publicæ proclamationis, v. d. *Hopp. ad verba: nec longe.* §. *ult. J. de R. D. Berger. œcon. jur. lib. 2. tit. 2. th. 12. p. 232.* Hoc si non fecerit inventor, sed res lucri causa retinuerit, furti se obstringit, *l. 43.* § *11. de furt.* & extraordinarie punitur, *Carpz. pract. crim. qu. 86. n. 9. seq. Brunnem. ad d. l. 43. n. 8.*

2. Jure civili præmia inventionis accipere non prohibetur, ast petere non licet, *d. l. 43.* §. *9.* jure vero Saxonico a domino rei inventæ, qui sub diversa existit jurisdictione, tertia pars inventori est relinquenda, *Hopp. c. l. Berger. c. l. p. 233.*

3. Quod si dominus non compareat, aut dominium minus probaverit, jure civili res inventa relinquitur inventori, ut eam usucapiat pro derelicto, aut pauperibus distribuenda, vid. *Carpz. p. 2. c. 3. d. 15. n. 1. seq. Hopp. c. l. Berger. c. l.* jure autem Saxonico, elapsis sex hebdomadis, duæ partes fisco seu magistratui, merum imperium habenti, assignantur, tertia cedit inventori, Landr. *lib. 2. art. 29. & 37. Carpz. d. def. 15. Hopp. c. l. Berger. c. l.*

INVESTITURA.

1. Investiturarum verba stricte sunt interpretanda, &, prout sonant, intelligenda, *Hartm. Pistor. p. 2. qu. 1. n. 3. & 4.* & ita explicanda, quo minus juri feudorum repugnent, *Cravett. consil. 828. n. 14.*

2. Plane respectu domini & vasalli investitura latius est interpretanda, nec ea, quæ jure communi insunt, exclusa intelliguntur, nisi hoc expresse conventum sit, *Wesenbec. consil. 4. n. 108. Barthol. in l. fin. C. de jur. & fact. ignor.*

3. Qui investitur de feudo simpliciter, non facta filiorum mentione, non solus; sed etiam filii jus

in feudo consequuntur, atque adeo hi simultanee investito, qui postea demum investitus est, mortuo vasallo, in successione præferuntur, *Berger. p.2. Supplem. ad E. D. F. Cent. 2. consil. 79. p. 1275.*

4. In decisione causarum feudalium inspicienda est investitura, cujus tenor & pactum omnium feudorum juri & naturæ derogat, *Gail. lib. 2. obs. 50. n.15.*

5. Quando literæ investiturarum diversi sunt tenoris, regulariter secundum tenorem primæ investituræ judicandum esse statuit, *Carpz. p. 2. c. 45. d. fin.*

6. Ex literis investiturarum probatio contra tertium desumi nequit, res enim inter alios acta tertio præjudicare nullo modo potest, *l. 27. §. 4. de pact. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 84.*

7. Investitura de feudo, licet sub hasta vendito, prius fieri nequit, quam debitor vasallus jus suum resignaverit *Philipp. de Subhastat. c. 4. comm. 3. n. 25. seq. VVernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 232. Berger. p. 2. Supplem. ad E. D. F. cent. 2. consil. 85. p. 1290.*

8. Investitura latius patet, nec tantum in bonis feudalibus, sed & emphyteuticis, atque censiticis, imo & aliquando allodialibus bonis usurpatur, *Horn. jurispr. feud. c. 2. §. 6.* Unde sola investitura, Belehnung, ad probandam qualitatem feudalem haud sufficit, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 100.*

9. Vasallus, qui investituram feudi impetrat, juramentum fidelitatis præstare debet, *2. F. 4. in fin.* & pluribus vasalli heredibus existentibus omnes fidelitatem jurant, *2. F. 26. §. omnes filii.* Solet tamen inter plures aliquis eligi, qui omnium nomine investituram accipiat, & juret, qui vocatur, der Lehnträger, *Besold. thesaur. pract. sub hac voc. Carpz. p. 2. c. 45. d. 28.*

10. Si plures defuncti domini successores existant,

stant, vasallus non nisi ab uno investituram petere tenetur, ita tamen, ut illi uni juramentum nomine omnium præstet, *H. Pistor. p. 2. qu. 47. Carpz. d. c. d. 29.*

11. Investituræ renovatio a morte domini vel vasalli intra annum & diem peti debet, *2. F. 24. pr. vid. Stryck. exam. jur. feud. c. 17. qu. 12. seq.* sub pœna privationis, *2. F. 24. pr. & 2. F. 31. Stryck. c. l. qu. 15.* requiritur tamen dolus in vasallo, *Gail. lib. 2. obs. 48. n. 9. Berger. E. D. F. tit. 40. obs. 7. not. 5. p. 1304.*

12. Mortuo episcopo peti debet renovatio investituræ a capitulo, si intra annum & diem alius non fuerit electus episcopus, *Carpz. d. c. d. 22.*

13. Hoc fatale non pertinet ad investituram de feudo novo, quale etiam illud censetur esse, quod quis ab alio vasallo emit: In hoc enim quis impune expectare potest, donec a domino ad accipiendam investituram citetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 89.*

14. In Saxonia Electorali neglecta petitio renovationis investituræ in feudo rustico non infert amissionem feudi, *Carpz. d. c. d. 21. Horn. jurispr. feud. c. 17. §. 18.*

15. Quando ex pluribus agnatis, qui feudum pro indiviso possident, unus moritur, investituræ renovatione quoad reliquos opus haud est: quia sic nulla mutatio proprie facta intelligitur, *Schrader. de feud. p. 6. c. 1. n. 18. Struv. synt. jur. feud. c. 10. §. 3. n. 2. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 231.* dissentit *Horn. in jurisprud. feud. c. 17. §. 13.*

INVESTITURA DE CADUCITATE FEUDI.

Vid. loc. *superinfeudatio.*

INVESTITURA SIMULTANEA.

Vid. loc. *simultanea investitura.*

JUDÆUS.

1. Judæus in aliena causa contra christianos testis esse prohibetur, *l. 21. C. de hæret. nov. 45. c. 1. can. 26. c. 2. qu. 7. Rivin. ad O. P. S. tit. 22. en. 20.* nisi fortasse quis causam agendi vel excipiendi a judæo vel alio hæretico, ut cessionarius, habeat, & sic ex persona cedentis consideretur, *Barth. hodeg. for. c. 1. §. 38. lit. m. p. 155.* vel etiam, si a christiano contra christianum in testem producatur, *Mascard. de probat. vol. 2. concl. 945. n. 6.* aut si cum eo alius etiam christianus testificetur, *Carpz. p. 1. c. 16. d. 71. n. 7.* aut in simili ab adversario jamdum admissus, *Barth. c. l.* vel de moribus & ritibus judæorum examinandus sit, *Barth. c. l.* vel in contractu, de quo lis deinde oritur, jam ut testis adhibitus fuerit, *l. 21. C. de hæret. Barth. c. l.*

2. Judæus, contra christianum, in propria causa testis esse, & jurare in supplementum non potest, *Berger. E. D. F. tit. 22. obs. 1. not. 8. p. 720.* quamvis semiplene probarit, & de veritate jurare possit, *Berger. c. l. tit. 32. obs. 2. not. un. p. 871.*

3. Judæorum libri mercatorii, etiamsi recogniti, minus quam semiplene probant, atque adeo ad juramentum suppletorium non admittuntur judæi, sed adversario jusjurandum purgatorium dictatur, *Berger. E. D. F. tit. 22. obs. 1. not. 8. p. 721. Barth. hodeg. for. c. 2. §. 7. lit. c. p. 468. Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 193. & in supplem. nov. ad eand. obs.*

4. Admittitur tamen etiam judæus ad juramentum suppletorium, quando major semiplena probatio militat pro eo, *Berlich. p. 1. concl. 54. n. 67. Berger. c. l. p. 724.*

5. Judæus in causa contra christianum a juramento

mento purgatorio excludi haud debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 176.*

6. Plane judæi contra judæum testimonium pro christiano adeo valet, ut, quamvis judæorum alter non sit omni exceptione major, alter quoque jurare possit de veritate, tamen christiano potius jusjurandum suppletorium de credulitate, quam adversario judæo purgatorium de veritate sit dictitandum, *Berger. c. l. p. 725. & tit. 32. obs. 2. not. un. p. 871.*

7. Jusjurandum judæi, quo e. c. denunciationem confirmat, juramento purgatorio locum dare potest, *Berger. E. D. F. tit. 22. obs. 1. not. 8. p. 724.*

8. Judæum a christiano contra christianum constitui mandatarium posse, negat *Zipffel. tr.* Vom Wechsel-Recht. *p. 348.* Sed eum confundere cessionem cum mandato, atque de illa, non de hoc, loqui allegatum ab eo *Recessum Imperii de an. 1551.* §. Diesen zu begegnen, monet *Barth. in hodeg. for. c. 1. §. 28. lit. d. p. 94.*

9. Add. loc. *cessio nominis. a th. 6. usque 12.* loc. *feria. th. 4.* loc. *juramentum suppletorium. th. 5.*

JUDEX.

1. Judicis & actuarii munera sunt diversa, quæ in una eademque persona concurrere non possunt, *Berger. p. 2. supplem. ad E. D. F. centur. 2. consil. 20. p. 1109. Christoph. Henric. de Berger. dec. 150. n. 1.*

2. Ea, quæ ad officium actuarii spectant, nec per assessores, nec per judicem & consulem, etiamsi notarius publicus sit, expediri possunt, *Carpz. proc. tit. 2. art. 4. n. 50.* Sed registraturæ & acta a judice confecta sunt ipso jure nulla, quamvis simul ad eadem juraverit, *Berger. E. D. F. tit. 2. obs. 4. ibique not. 1. 2. 3. p. 36. seq. Christoph. Henric. de Berger. c. l. n. 2.*

3. Excipitur tamen 1) casus necessitatis & ubi periculum in mora, modo judex ad acta juraverit, *Berger. c. l. not. 4. p. 38. & œcon. jur. lib. 4. tit. 2. th. 1. not. 7. p. 915.* vel si 2) consuetudine in loco aliquo aliud receptum, *Felin. in c. quoniam. 11. X. de probat. n. 54. Carpz. proc. tit. 2. art. 4. n. 51.* vel 3) consignatio modicum concernat præjudicium, *Berlich. p. 1. concl. 8. n. 49. Carpz. c. l.* vel 4) actus voluntariæ jurisdictionis proponatur, *Carpz. c. l. Berger. dec. 150.* vel 5) absque figura procedatur, *Carpz. c. l.* confer. omnino *Philipp. ad dec. 45. obs. 2. n. 11. seq. & Martin. ad O. P. S. tit. 2. §. 1. n. 102.*

4. Judici super facto proprio & processu coram se agitato attestanti non creditur, *Dec. Elect. Sax. nov. 3. ibique Philipp. obs. 2.* Secus autem est, si de iis, quæ coram ipso a partibus gesta sunt, attestetur: tunc enim ipsi, sine antegresso jurejurando, plena fides habetur, donec contrarium probetur, non modo jure Saxonico, *d. dec. 3.* sed & jure communi, *Philipp. ad d. dec. 3. obs. 1. Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 68. & in supplem. nov. ad eand. obs. Christoph. Henric. de Berger. dec. 352.* add. *Berger. E. D. F. tit. 2. obs. 4. not 4. p. 38.* ubi etiam, quod registratura judicis, ut attestatum, valere queat; imo fortior sit registratura, quam attestatum judicis, cum illa habeat paratam executionem: ex hoc vero executive agi non possit, cum probationem contrarii, eamque sine discrimine admittat, add. *ejusd. El. Proc. Exec. th. 33. ibique supplem. p. 396.*

5. Femina, quæ jurisdictionem habet patrimonialem, ad ejusdem exercitium, in foro Saxonico, opus habet curatore: licet tamen feminæ cum consensu

ſenſu curatoris jurisdictionem actuario demandare, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 2. th. 1. not. 3. p. 913.*

6. Judex propter ſupervenientem cœcitatem ab officio, quod gerit, removendus non eſt, vid. *Brunnem. ad l. 6. de judic. Stryck. de jur. ſens. diſſ. 2. c. 4. n. 6. Wernher. ſel. obſ. for. p. 3. obſ. 31.* Imo cœcum conſtitui poſſe judicem, autumant *Donell. lib. 17. c. 24. ibique Hilliger. lit. n. o. p. Stryck. c. l.* add. *Wernher. c. l.*

7. Judex ſemper cavere debet, ne actum fruſtraneum, & qui omni effectu deſtituitur, præſertim in juramentis, admittat, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 1. obſ. 69. n. 5.*

8. Pro judice ſemper jura præſumunt, *l. 1. in fin. de offic. præſid. Bald. ad l. 5. ſi cert. pet.*

9. Aſt judici, poſtquam pronunciavit, & ejus ſententia per appellationem impugnatur, fides non habetur, ſed potius eſt ſuſpectus, per appellationem enim ſuſpenditur præſumtio, quæ alias pro judice eſt, *c. cum ad ſedem. X. de reſtit. ſpoliat. Mev. p. 1. dec. 204. n. 3. 4.*

10. Judex, in uno gravans, in altero non præſumitur æquior, *Mev. p. 1. dec. 26. n. 10. & p. 2. dec. 63. n. 6.*

11. Judex, ſine cauſæ cognitione quid ſtatuens, injuriæ ſuſpicionem incurrit, *l. 16. de adopt. Mev. p. 1. dec. 12. n. 8.*

12. Judex, qui de facto procedit, & ſine cauſæ cognitione, pro ſpoliatore habetur, & ſpoliatum ante omnia reſtituere debet, *c. ſæpe. X. de reſtitut. ſpol. Stryck. vol. 3. diſp. 23. c. 2. n. 84.*

13. Toties judex ſpoliare dicitur, quoties aliquem, juris ordine prætermiſſo, rebus ſuis carere cogit,

git, *Lancell. instit. jur. can. tit. de restit. spol. 10. lib.3. §.5. Horn. cl.12. R.23. p.817.*

14. Judex inferior ad superiorem referendo suam jurisdictionem suspendit, *Mev. p.1. dec.245. n.2.*

15. Judex inferior requisitus superioris mandata exequi tenetur sine nova causæ cognitione, *Mev. p.1. dec. 235.*

16. Judex, si principis mandatum, quod exequi jussus, iniquum videt, quiescere & mandanti causæ circumstantias prius referre debet, *Mev. p.1. dec. 143.*

17. Judici fas non est, causam, quæ sui fori est, consentiente licet una parte, ad alium judicem remittere sine causa, *Mev. p.2. dec. 267.*

18. Copiam eorum, quæ alterutra pars profert, judex promiscue communicare non debet, *Mev. p.2. dec.349. n.1.*

19. Judex non solum potest, sed etiam debet, si prævidet, partibus remedium aliquod vel restitutionem in integrum competere, prævenire potius, quam expectare, indulgendo mature, quod tandem impetrari possit, vid. *Carpz. lib.3. R.74. n.14. seq. Mev. p.1. dec.134. n.5.*

20. Judex potest inter partes id, quod ad litem finiendam commodum est, ordinare, atque agendi modum viamque præscribere, per quam citius, minorique sumtu ad finem perveniatur, *Mev. p.1. dec. 80. n.4.*

21. Judex in causis privatorum officium suum impertiri non debet, nisi imploratus, *l.4. §.8. de damn. infect. l.25. §.8. de ædilit. edict. Hopp. ad pr. J. de offic. jud. Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 156.* Aliud in causis criminalibus, pupillorum atque miserabi-

rabilium personarum obtinet, *l.3. §. praterea. de susp. tutor. l.9. §.5. de offic. procons. Hertius de paroem. jur. paroem.16.*

22. Judex secundum leges, acta & probata judicare debet, *auth. hodie. C. de judic. Mascard. de probat. concl.949. n.2. Gail. lib.2. obs. 63. n.14.*

23. Judex ea, quæ litigantes eorumque advocati haud animadvertunt, supplere potest, *l. un. C. ut, quæ des. advoc. part. jud. suppl.* Sed hoc tantum ad ea pertinet, quæ sunt juris, sive communis, sive statutarii, *Mev. p. 1. dec. 29. n. 9. Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 371. n. 2.*

24. Judex non potest supplere exceptiones, quæ in facto consistunt, *Brunnem. ad d. l. un. n.5.seq. Mev. p. 1. dec. 87. n. 9. Wernher. c. l. n.3.* maxime ubi certus non est, *Mev. c. l. n. 10.* Nam de sua sola scientia nihil supplere debet, cum saltem fidem eorum, quæ probabuntur, sequi debeat, *l. illicitas. §.4. de offic. præsid.* nec ex suis conjecturis judicare debet, *l. fin. C. de contrah. emt. Mev. p.1. dec. 87. n.2.*

25. Ast judicem quoque ea, quæ facti sunt, veluti confessionem, modo ex actis appareat, attendere debere, cum *d. l. un.* ad ea, quæ juris sunt, non sit restringenda, docet *Mev. p.7. dec.155.*

26. Judex, qui justo majores sportulas a litigantibus capit, furti reus haud est: utut judex, qui munere suo abusus tales efflagitet, & fiducia magistratus extorquet, pœnam extraordinariam effugere nequeat, *Wernher. sel. obs. for. p.7. obs.189.*

27. Judici nulliter procedenti sportulæ a litigantibus recte denegantur, *Rivin. ad O. P. S. tit. 36. en. 17.*

28. Judex, si contra præstitum jusjurandum

dolo non recte judicat, perjurium committit, litem suam facit, & omnem litis æstimationem præstare tenetur, *l. 15. de judic. Mev. p. 7. dec. 295. n. 4.* & insuper infamiam contrahit, *l. ult. C. de pœn. judic. qui male judic.*

29. Quodsi vero non dolo, sed per imprudentiam male judicatum sit, parti læsæ tantum ad damnum resarciendum tenetur, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 369.* confer. *Mev. c. l. n. 3.* Quo intuitu actio in factum datur, quæ & actio male judicati, nec non de syndicatu dicitur, *Wernher. c. l. n. 3. & p. 4. obs. 151. n. 274.* Quamvis aliqui illud solum crimen syndicatus appellant, quod a judice dolo admissum, *Beyer. ad Instit. tit. de obligat. quæ quas. ex delict. posit. 4.*

30. Judex seu magistratus injuriam sibi ratione officii, ut judici & magistratui, illatam in continenti, sine alia accusatione, & juris ordine prætermisso, vindicare & injuriantem punire potest, *Gail. lib. 1. obs. 39. Carpz. pract. crim. qu. 95. n. 8. s q. Mev. p. 9. dec. 111. Berger. p. 2. Supplem. ad jurispr. crim. obs. 85.* Non male tamen facit, si, dum transmittuntur acta, simul, ut referens injuriarum harum rationem habeat, monet, *Mev. p. 4. dec. 146.*

31. Nihilque refert, an injurians subditus sit, aut non, *Mev. p. 9. dec. 108. & dec. 112.* add. *dec. Elect. Sax. nov. 89.* quamvis aliquorum ea sit sententia, non nisi contra subditum esse magistratui vindictam, *Marant. consil. 75. n. 10. & 11. Carpz. d. R. 97. n. 19. 20.*

32. Requiritur vero, ut injuria sit notoria, ac incontinenti evidens, *c. 1. X. de pœn. Gail. lib. 1. obs. 39. n. 4.*

33. Si judex injuriantem ad palinodiam & ordinariam pœnam condemnari velit, eum, coram superiore

periore judice convenire debet: ipse enim non nisi extraordinariam pœnam imponere valet, secundum qualitatem loci, personæ & dignitatis, *Carpz. d. R. 97. n. 18.*

34. Si contra magistratum aut judicem non ratione officii, sed tanquam contra privatum dicta fuit injuria, injuriantem coram judice ejus ordinario, aut, si hic sit alias ipse magistratus, coram superiore suo convenire debet, *Mev. p. 9. dec. 108. n. 2. Carpz. d. R. 97. n. 13.*

JUDICIS SUSPECTI RECUSATIO.

1. Judex dici non potest suspectus ex eo, quod ejus filius suscepit patrocinium alterutrius litigantium, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 2. th. 1. p. 913. Mev. p. 4. obs. 167.*

2. Ut suspectus non statim recusari potest judex ob registraturam, in qua non ipsa litigantium in judicio prolata verba, sed saltem sensum eorum pro captu suo consignavit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 4.*

3. Contra judicem inferiorem prægnantes suspicionis causas allegans actor, non obstante exceptione primæ instantiæ, reum statim coram superiore convenire potest, *Rivin. c. l. en. 1.* confer. *Mev. p. 1. dec. 194. & p. 2. dec. 77.*

4. Ob suspicionem judici commissarius, & Actuario notarius adjungendus est, *Rivin. c. l. en. 5.*

5. Judicis suspecti recusatio ante omnes exceptiones opponenda, *Mynsinger. cent. 4. obs. 59.* Potest tamen judex recusari etiam post litem contestatam & conclusionem in causa, si tum demum oriatur suspicio, aut siquidem ante judicium cœptum extiterit, reus vero eam ignoraverit, *Zanger. de except. p. 2. c. 4. §. 5. Rivin. spec. except. dilat. c. 5. n. 10.*

6. Re-

6. Recusatio judicis fieri non debet sine expressa allegatione causæ, *Mev. p. 1. obs. 193.* quæ legitime probari debet, *Wernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 165. n. 1.*

7. Recusatio judicis suspecti legitimum defensionis remedium est, *c. 39. X. de offic. judic. de leg. c. 5. X. de except. Carpz. p. 4. c. 42. d. 8. n. 4.* itaque injuriarum reus non est, qui ea utitur, *A. Fab. in C. lib. 3. tit. 1. d. 34. n. 1.* atque justas ac probabiles causas allegavit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. en. 2.*

8. Abstinendum vero est a verbis injuriosis, ne judex excipientem injuriarum actione pulset, quod & facere potest, si suspicio probari nequeat, *Carpz. p. 4. c. 42. d. 8. Mev. p. 1. dec. 51. n. 6.*

9. Recusatio judicis perinde, ut appellatio, suspendit jurisdictionem ejus: qua ergo opposita judex in causa supersedere debet, nec vel super causis recusationis ejus est aliqua cognitio, *Gail. lib. 1. obs. 33. n. 12. Mev. p. 2. dec. 31.*

JURAMENTI ACCEPTATIO.

Vid. loc. *oblatio ad jurandum.*

JURAMENTI DELATIO.

Vid. loc. *Delatio Juramenti.*

JURAMENTI PRÆSTATIO.

Vid. loc. *Præstatio Juramenti.*

JURAMENTI RELATIO.

Vid. loc. *Relatio Juramenti.*

JURAMENTI RELAXATIO.

Vid. loc. *Relaxatio Juramenti.*

JURAMENTUM.

1. Jusjurandum strictissimæ interpretationis est, atque adeo ad futura, eaque non cogitata, minus profertur, *c. 25. X. de jurejur. c. 1. de jurejur. in 6to.* Unde vulgare illud: jusjurandum vim habere specialis expres-

expressionis, *l.77. §.23. de legat. 2.* capiendum est, de juribus præsentibus, non futuris, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th. 1. not. 11. p. 1090.*

2. Promissio: beym Wort der göttlichen oder ewigen Wahrheit, pro juramento quidem habenda est, adeoque servanda, & absque nota impietatis violari haud potest, *Rauchb. p. 2. qu. 2. n. 54. Zanger. de except. p. 3. c. 11. n. 193.* veri tamen juramenti vires & efficaciam haud habet, quando pro forma actus alicujus juramentum corporale & solenne requiritur, *Carpz. p. 2. c. 36. d. 8. n. 3.* aut si de pœna perjurii quæratur, *Felin. in c. praeterea. 2. X. de jurejur. Moller. ad p. 2. c. 36. n. 15. 16. 17.*

3. Promissiones personarum illustrium factæ sub splendore dignitatis: bey Fürstl. Gräffl. Adel. Ehren, Treu und Glauben, non æquivalent juramentis, sed pro simplici promissione habentur, in iis scil. casibus, in quibus verum, solenne & corporale juramentum pro forma aut ad substantiam & validitatem actus requiritur, puta: in renunciatione ac intercessione mulierum, aliisque causis, in quibus juramentum judiciale solet deferri, *Hartm. Pistor. p. 4. qu. 6. n. 2.* add. *Carpz. d. c. d. 9.*

4. Juramentum nihil addit actioni, super qua interponitur, neque obligationem auget vel extendit, *l. fin. C. de non numer. pecun. ibique Dd.*

5. Juramentum recipit omnes qualitates & conditiones ejus actus, cui adjicitur, *c. 2. & 25. X. de jurej.* & licet juramentum jurantem arctius & efficacius devinciat, eundem tamen in plus non obligat, *Carpz. p. 2. c. 16. d. 15. n. 13. seq.*

6. Jus jurandum non obligat ad ea, quæ vetita sunt jure naturæ, aut divino positivo universali, *c. 18.*

X. de

X. de jurejur. vel civili, *l.5. §.1. C. de leg.* Jure canonico vero servandum est jusjurandum, quoties idem illud in proprium, non alterius præjudicium redundat, neque observatum vergit in dispendium salutis æternæ, *c.28. X. de jurejur. c.2. de pact. in 6to. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 25. th.1. not.7. p.1089.* add. *Wernher. sel. obs. for. p.4. obs.151. n.82.seq.*

7. Juramentum, ex parte recipientis, est reale, & ad ejus heredes transit, *c. veritatem. X. de jurejur.* ex parte jurantis vero personale, & personam non egreditur, nec ad heredes transit, quoad vinculum scil. perjurii, secus autem quoad vinculum obligationis, *Gail. lib.1. obs.27. Berger. c. l. not.12. p.1090.*

8. Contra præstitum jusjurandum contraria probatio non admittitur, *l.1. C. de reb. credit.* cum juramentum habeat vim rei judicatæ *l.2. de jurejur. Constit. Elect. Sax. 15. ibique Carpz. d.1.* Nec admittitur actor, si in alio judicio, & nova instituta actione, contrarium probare velit, *Carpz. ad d. c. d.2.* ex repertis licet novis instrumentis, *Carpz. d. c. d.3.* nisi ex illis evidens perjurium in continenti probetur: tunc enim solutum tanquam indebitum repeti potest, *A. Fab. in C. lib.4. tit.1. d.2. Carpz. d. def.3. n.5. Wernher. sel. obs. for. p.1. obs.342. n.2.3.*

9. Ast probatio ex instrumentis de novo repertis admittitur contra præstitum juramentum necessarium, *Wernher. d. obs.342. n.4.* sive sit suppletorium, (a) *Carpz. d. c. d.5.* sive purgatorium, *Carpz. d. c. d.6.* etsi adversarius in impositionem juramenti con-

(a) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.*30. §.3. ubi, quod contra juramentum suppletorium alia probatio non sit admittenda, quam quæ sit documentis noviter repertis.

consenserit, *Wernher. c. l. n. 6.* quamvis dissentiat *Richter. dec. 8. n. 93. Lyncker. ad tit. de jurejur. th. 51. p. 101. Schilter. ex. 23. th. 45.* Par ratio est, si impositum a judice jusjurandum adversarius remittat, *Wernher. c. l. n. 8.*

10. Quemadmodum quoque contra alia juramenta a judice, lege vel statuto delata, veluti juramentum in litem (*b*) probatio per testes vel documenta locum habet, *Rauchb. p. 2. qu. 3. n. 30. seq. Carpz. d. c. d. 4. Rivin. ad O. P. S. tit. 31. en. 8.*

11. Plane post præstitum, antegressa judicis moderatione jusjurandum in litem, novæ probationi locum non esse, nisi ea fiat per documenta noviter reperta, tradit *Berger. E. D. F. tit. 31. obs. 2. p. 849. & p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 31. §. un. p. 566.*

JURAMENTUM CALUMNIÆ.

1. Juramentum calumniæ generale a judice ex officio, parte licet non petente, injungitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 460.*

2. Juramentum calumniæ generale non tenetur præstare advocatus, qui patrocinio suo renunciat, etsi jam in alia causa ejusmodi renunciationem insuper habuerit, & propterea punitus fuerit, *Wernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 316.*

3. Jure civili juramentum calumniæ speciale sive malitiæ regulariter exigi non potest, *nov. 49. c. 3. Carpz. p. 1. c. 12. d. 20.* add. *Donell. lib. 24. c. 13. lit. b.*

4. In foro Saxonico juramentum calumniæ generale exolevit, *O. P. S. tit. 33. pr. Carpz. d. c. d. 21.* Quod jure communi tam ab actore, quam reo præstandum

(*b*) Sed contra juramentum in litem probationem locum non habere, cautum est in *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 31. §. 2.*

ſtandum eſt, *l. 2. pr. C. de jurejur. propt. calumn.* imo & ab advocato, *d. l. 2. §. 4.* vid. *Philipp. ad O. P. S. tit. 33. conſid. 3. Wernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 655. ſeq.* Et ſi actor jurare nolit, cauſa cadit, & reus abſolvitur, *d. l. 2. §. 6.* Sin autem reus recuſaverit, pro confeſſo habetur, *c. fin. §. fin. de juram. calumn. VVernher. c. l. n. 677. ſeq.*

5. Remanſit tamen in foro Saxonico juramentum calumniæ ſpeciale, ſeu malitiæ, quod ad compeſcendam temeritatem litigantium imponi poteſt (a) a judice, vel implorato vel ex officio, ſine ſententia, quoties præſumtio adeſt, malitioſe aliquid propoſitum vel petitum eſſe, in quacunque judicii parte, *l. 34. §. 4. de jurejur. O. P. S. tit. 33. ibique Philipp. conſid. 2. j. dec. Elect. Sax. nov. 70. ibique Philipp. obſ. 1. Carpz. d. c. d. 22. VVernher. ſel. obſ. for. p. 4. obſ. 151. n. 389.* add. *Mencken. ad ff. tit. de jurejur. p. 178.*

6. Is, qui defert adverſario jusjurandum, de calumnia prius jurare debet, *l. 34. §. 4. de jurejur. O. P. S. tit. 18. §.* nachdem auch. non aliter tamen, quam ſi adverſarius id exigat, *dd. text. Carpz. p. 1. c. 12. d. 23.*

7. Hinc jurare juſſus, ſi juramentum calumniæ exigere velit, in illa ipſa citatione, quam impetrare neceſſe habet, intra octiduum etiam adverſarium ad juramentum calumniæ præſtandum, citari, curare debet, *O. P. S. c. l. Hartm. Piſtor. p. 4. qu. 14.* niſi in ſententia juramentum calumniæ fuerit injunctum, ut communiter hodie fieri ſolet, *Carpz. d. c. d. 23. n. 7. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 40.* Quod tamen neceſſitatis haud eſt, *VVernher. ſel. obſ. for. p. 8. obſ. 461.*

8. Jus-

(a) Imo quandoque debet, *Ord. Proc. Sax. Rec. tit. 33. §. 1.*

8 Jusjurandum calumniæ interdum anticipari poteſt, *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 9. not. 2. p. 583.*

9. De calumnia jurare non tenentur parentes, *l. 16. de jurejur. l. 34. §. 4. eod. Carpz. d. c. d. 24.* Patroni, *l. 7. §. 3. de obſeq. parent. & patron. præſt.* & dominus directus *2. F. 33. §. 1. Ludw. Synopſ. jur. feud. c. ult. p. 528. VVernber. d. obſ. 151. n. 391. ſeq.* itemque conſiliarii principum, aliorumque ſtatuum Imperii, ſi dominorum ſuorum cauſam peragant, *VVernber. ſel. obſ. for. p. 6. obſ. 309.*

10. Facta relatione jurisjurandi deferens utrumque juramentum & calumniæ & principale præſtare tenetur, *O. P. S. tit. 18.* §. ferner die *Relation. Carpz. p. 1. c. 14. d. 5.*

11. Juramentum calumniæ in iis ſaltem juramentis, quæ a parte parti deferuntur, peti poteſt, *O. P. S. t. l.* §. Es hat aber, non vero in iis, quæ vel a lege vel a judice deferuntur, *O. P. S. t. l.* puta; ſuppletorio, purgatorio, *Carpz. p. 1. c. 12. d. 25.* quando heres juramento res hereditarias patefacere debet, *Carpz. d. c. d. 26.* item in juramento diffeſſionis, *Carpz. d. c. d. 27. & c. 23. d. 13. nec non lib. 3. R. 54.*

12. Juramentum calumniæ heredes, ſi actor deferens ante juramentum præſtitum moriatur, non præſtare, ideo quod heredes in nulla calumnia, ſed in juſta & probabili ignorantia verſari præſumantur, tradit *Berlich. p. 1. concl. 31. n. 24. 25. Martin. ad O. P. S. tit. 18. §. 6. n. 47.* diſſentit *VVernber. in ſupplem. nov. ad p. 4. obſ. 151. n. 56. ſeq.* & in Collegiis, præprimis Wittebergenſibus, heredibus promiſcue neceſſitatem præſtandi juramentum calumniæ injungi, teſtatur *Berger. E. D. F. tit. 18. obſ. 9. not. 4. p. 583. ſeq.*

excepto casu, sicubi heredes sint pupilli, *VVernber. c. l. n. 62.* confer. *Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 139.*

13. Si adversarius de calumnia jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum delatum principale pro præstito habetur, *O. P. S. tit. 18. §.* nachdem auch. *Carpz. p. 1. c. 12. d. 28.*

JURAMENTUM CREDULITATIS.

1. De credulitate juratur in factis alienis, seu de quibus is, cui juramentum defertur, non potest veritatem simpliciter scire, *VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 541.*

2. Jure civili heres vel alius successor de facto alieno, puta defuncti vel alterius prædecessoris, jurare non tenetur, *l. 34. §. 3. de jurejur. l. 4. de in lit. jur. l. 11. §. 2. rer. amot. ibique Brunnem. Berlich. p. 1. concl. 55. n. 1. seq.* sed parti adversæ intentionem suam probare incumbit, *Petr. Frid. Mindan. cons. Sax. lib. 4. qu. 86.*

3. Nec hoc jure Saxonico immutatum esse, tradunt *Rotschitz. in proc. p. 1. art. 11. n. 5. & 6. Schneidew. ad §. item si quis postulante. 11. n. 81. J. de act.* Sed hoc ita, si actor factum defuncti conscientiæ heredis committere velit, quod facere non potest. Cæteroquin, si scientiæ & notitiæ heredis factum defuncti committatur, ille jurare tenetur, cùm saltem de credulitate sit jurandum, *Carpz. p. 1. c. 24. d. 1.* add. *Philipp. ad O. P. S. tit. 18. consid. 2. Mev. p. 1. dec. 161.*

4. Defuncto eo, cui juramentum est delatum super facto proprio, antequam illud præstitum fuerit, heredibus ejus juramentum credulitatis, injungi potest, modo 1) sententia, de juramento præstando, vivo adhuc eo, qui jurare jussus, lata, aut publicata, 2) is, qui jurare debebat, terminum elabi non fuerit passus, 3) juramentum sine causa non recusaverit, *Constit.*

stit. Elect. Sax, 24. p. 1. ibique Carpz. d. 2. VVernher. in Supplem. nov. ad p. 4. obs. 151. n. 16, licet jurare jussus sententiam per leuterationem vel appellationem a vi judicati suspenderit, & interea mortuus sit, *Carpz. d. c. d. 5. VVernher. c. l. n. 21.*

5. Unde frustra exigitur juramentum ab herede, si is, cui delatum est juramentum, ante conceptionem vel publicationem sententiæ, decesserit, si scil. facta libelli conscientiæ saltem defuncti commissa, nam si simul scientiæ & notitiæ commissa, aliter res se habet, *Carpz. d. c. d. 3. 4. & lib. 3. R. 60. Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 5. p. 543. VVernher. c. l. n. 18. 19. Rivin. ad O. P. S. tit. 18. en. 135.*

6. Defuncto actore ante præstitum juramentum sibi relatum, ejus heredes quoque de credulitate jurant, *Carpz. d. c. d. 6.*

7. Admittuntur etiam heredes ad jusjurandum credulitatis, si defunctus in probationibus, quibus conscientiam suam exonerare voluit, defecerit, *Carpz. d. c. d. 7.*

8. Non exigi potest juramentum veritatis principale ab heredibus, etiamsi de facto defuncti bene sint informati, *Carpz. d. c. d. 8.* dissentit *Berlich. p. 1. concl. 55. 48.* confer. *Mev. p. 1. dec. 161.*

9. Heredes, de credulitate jurare jussi, ad evitandum juramentum, probationibus uti possunt, *Carpz. d. c. d. 9.* dissentit *Moller. ad p. 1. c. 24. n. 20.*

JURAMENTUM EDITIONIS.

Vid. loc. *Instrumentorum editio. a th. 27. usque ad finem.*

JURAMENTUM IN LITEM.

1. Actor regulariter postulare nequit, ut ad juramentum in litem admittatur, cum hoc remedium

subsidiarium sit, cui locus non est, quamdiu ordinarium suppetit, *Lauterb. colleg. pract. tit. de in lit. jurejur. th. 5. VVernber sel. obs. for. p. 1. obs. 37. n. 2.*

2. Defertur hoc juramentum a judice, *l. 4. §. 1. de jurejur. in lit. VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 309.* non nisi prævia comminatione, *Rivin. ad O. P. S. tit. 31. en. 8.* cujus quoque arbitrio relinquitur, utrum, si reus rem possideat; illud actori deferre, an vero manu militari reo rem auferre velit, *l. 68. de R. V. l. 4. §. 2. de jurej. in lit. Struv. ex 17. th. 60. VVernber. c. l. n. 311.*

3. Defertur hoc juramentum domino litis, cujus interest proprio jure, *l. 4. l. 7. de jurejur. in lit. VVernber. d. obs. 151. n. 318.* A quo ergo excluditur procurator, *VVernber. c. l. n. 319.* nec non mater, *l. 4. eod.* nisi simul sit tutrix, *VVernber. c. l. n. 325. seq.* sed eam nequidem hoc casu in Saxonia ad juramentum in litem admitti, docet *Strecker. in dissert. de juram. in lit. th. 14.*

4. Tutores & curatores volentes in litem jurare possunt, *d. l. 4. de jurej. in lit.* inviti autem non coguntur, *d. l. 4. Svendend. ad Eckolt. tit. de jurej. in lit. §. 4. VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 323. seq.* Plane in foro Saxonico ne volentes quidem admittuntur, nisi alii consortes litis majorennes concurrant, per tradita *Streckeri in d. dissert. §. 12.*

5. Nemo nisi volens hoc juramentum suscipit: cum in solius actoris utilitatem sit introductum, qui illud declinare potest, si velit adversarium condemnari, quanti res est, *l. 71. de R. V. Svendend. ad Fibig. p. 582. Stryck. us. mod. ff. tit. de jurejur. in lit. §. 4. VVernber. d. obs. n. 328. seq.* vel si reus v. gr. juratam specificationem in defectu inventarii edere detrectet, eum

multa

multa ad id compelli, *Rivin. ad O. P. S. tit. 31. en. 10. Berger. E. D. F. tit. 31. obs. 2. not. 3. p. 854.*

6. Contra heredes ejus, qui contumaciam in re non restituenda commisit, in litem jurari non potest, nisi lis cum defuncto contestata sit, *Wernher. d. obs. 151. n. 312.*

7. Heres vero illius, cui dolo vel lata culpa res non est restituta, semper jurare contra contumacem in litem potest, *VVernher. c. l. n. 316.* jung. *Gail. lib. 1. obs. 43.*

8. Permittitur coheredi, adversus coheredem, jusjurandum in litem, quoties hic in culpa est, quo minus juratam specificationem edere possit, *VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 37.*

9. Medium coercendi eum, qui rationes aut juratam specificationem edere recusat, est jusjurandum in litem, *VVernher. sel. obs. for. p. 8. obs. 434.*

10. Quando vidua mariti portionem statutariam ex hereditate petit, ad declinandam editionem inventarii, aut juratam specificationem defuncti mariti heredibus jusjurandum in litem injungi postulare non potest, *VVernher. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 151. n. 78.*

11. Add. loc. *juramentum. th. 10. 11.*

JURAMENTUM IN LITEM AFFECTIONIS.

1. Hoc juramentum locum habet, quando reus dolo aut lata culpa rem exhibere aut restituere nolit, vel non possit, *l. 2. l. 5. de jurejur. in lit. Brunnem. ad d. l. 2. Habn. ad VVesenb. tit. de jurejur. in lit. n. 4. VVernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 303. & 359.*

2. Et quidem 1) in actionibus bonæ fidei & arbitrariis, iisque directis, non autem contrariis, nisi agatur de dolo, nec in actionibus stricti juris, vid. *l. 5.*

pr. depos. l. 5. pr. de jurejur. in lit. VVernber. c. l. n. 139. seq add. *Rauchb. p. 1. qu. 9. n. 32.*

3. Deinde supponit illud juramentum rem, cujus æstimatio non certa & definita est, vid. *l. 3. de jurejur. in lit.* Unde in pecunia aliisque rebus fungibilibus illi locus non est, vid. *Thomas. in dissert. de pretio affectionis in res fungibiles non cadente. c. 2. §. 20. VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 123.*

4. Effectus jurisjurandi in litem affectionis est, 1) quod reus condemnetur tanti, quanti actor juravit, nisi judex minoris eum condemnandum esse putaverit, *l. 5. §. 2. de jurejur. in lit. VVernber. d. obs. 151. n. 364 seq.* Imo judex ex prægnanti causa, plane absolvere potest reum, *l. 4. §. 3. l. 5. §. eod. VVernber. c. l. n. 367.* add. *A. Fab. in C. lib. 5. tit. 52. def. 1. n. 4. Carpz. p. 1. c. 23. d. 20.* 2) quod res censeatur, quasi reo esse vendita, modo sit actoris propria, & a reo possideatur, *VVernber. c. l. n. 368.*

5. Quamvis actor reo evictionem præstare haud tenetur, *l. 10. de act. rer. amot.* attamen si res non fuerit a reo possessa, actor ipsi cavere debet, per ipsum non fore, quo minus rei possessionem reus consequatur, *l. 47. de R. V. Engelbrecht ad ff. tit. de jurejur. in lit. th. 23. VVernber. c. l. n. 369. seq.*

JURAMENTUM IN LITEM VERITATIS.

1. Defertur a judice hoc juramentum ob dolum aut culpam latam & levem rem non restituentis, *l. 5. §. fin. de jurejur. in lit. VVernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 373.* in judiciis tam bonæ fidei quam stricti juris, directis & contrariis, *d. l. 5. VVernber. c. l. n. 375.* add. *Carpz. in proc. tit. 12. art. 4. n. 2. seq.*

2. Ut huic juramento locus sit, tria requiruntur, 1) ut res facto debitoris amplius haberi nequeat, 2) ut

2) ut juramentum affectionis locum non inveniat, 3) ut de vero ejus pretio, alia ratione, quam per juramentum constare nequeat, *VVernher. c. l. n. 374.* add. *Bachov. ad Treutler. disp. 21. th. 11.*

3. Hodie differentiam inter juramentum in litem affectionis & veritatis in praxi non multum attendi, sed pro arbitrio judicis, modo hoc, modo illud deferri; adeoque hodie non solum in omnibus bonæ fidei actionibus, sive in rem, sive in personam, quibus res restituitur, sed etiam in strictis judiciis, arbitrariis & non arbitrariis, ex causa justa atque sufficiente in litem jurari; moderationem judicis tamen juramentum præcedere debet, tradit *Carpz. p. 1. c. 23. d. 19. & 20. & proc. tit. 12. art. 4. n. 7. & 16.* add. *Rauchb. p. 1. qu. 9. n. 32.* eam vero non, nisi ex relevante causa subsequi, docet *Rivin. ad O. P. S. tit. 31. en. 9.*

JURAMENTUM MINORATIONIS.

Vid. loc. *damnum. th. 10. seqq.*

JURAMENTUM PERHORRESCENTIÆ.

1. Inter exceptionem suspecti judicis, & jusjurandum perhorrescentiæ hæc differentia intercedit, quod ibi causa suspicionis legitime probari debeat; hic vero satis sit, eandem allegari: cum probationis loco sit juramentum, *c. 11. §. 4. de rescript. in 6to. Mev. p. 6. dec. 71. VVernher. sel. obs. for. p. 5. obs. 165. & p. 7. obs. 84. Berger. E. D. F. tit. 11. obs. 1. not. 3. p. 353.*

2. Toties locum habet hoc juramentum, quoties justæ suspicionis causa allegari potest, *d. c. 11. Stryck. usu mod. ff. tit. de judic. §. 14. & ad Lauterb. d. tit. verb. recusare. VVernher. cc. ll.* quippe quæ specifice alleganda est, *Berger. c. l. p. 354.* quamvis dissentiat *Stryck. in introd. ad prax. c. 9. §. 17.*

3. Per exceptionem suspecti judicis cum satis consultum sit reo, juramentum perhorrescentiæ, tanquam remedium extraordinarium, haud facile ipsi concedi, sed saltem actori, tradit *Rivin. ad O. P. S. tit. 1. tit. 3.* add. *Mev. p. 6. dec 71. n. 8.* Ast, licet *in d. c. 11.* actoris saltem mentio fiat, non minus reo quam actori hoc remedium competere, responderunt Domini Wittebergenses apud *VVernber. in sel. obs. for. p. 7. obs. 84.* & defendit *Berger. c. l. p. 353.*

4. Effectus hujus juramenti est, quod causa deinde a superiore judice cognoscatur, *Mynsinger. centur. 3. obs. 58. Svendend. ad Fibig. p. 319.*

5. Ceterum hoc juramentum etiamnum hodie, atque in foro Saxonico, in usu esse, testatur *Berger. c. l. p. 354. seq. & p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 11. §. 2.*

6 Add. loc. *judicis suspecti recusatio.*

JURAMENTUM PURGATORIUM.

1. Hoc juramentum locum habet in delictis levioribus, quorum pœna corporis afflictiva non est, imo etiam in gravioribus, si indicia ad torturam sufficientia non adsint, quæ tamen ad juramentum purgationis sufficere videntur; absque enim indiciis & præsumptionibus nequidem ad juramentum purgatorium deveniri potest, *Heig. p. 1. qu. 40. n. 25. seq. Carpz. p 1 c. 22 d. 1.*

2 Juramentum purgatorium, quod non meretricio more vixerit, absque sufficientibus indiciis, imponi haud debet uxori, cujus maritus adulter, ad liberandum se ab ultimo supplicio hanc circumstantiam allegat, *VVernber. sel. obs. for. p. 9. obs. 221.*

3. Sola assertio feminæ solutæ, quæ per vim se a marito compressam dicit, jurejurando licet, aut tormentis

mentis confirmata, non nisi indicium ad juramentum purgatorium facit, *VVernber. sel. obs. for. p. 9. obs. 250.*

4. In causa criminali reo dictari potest jusjurandum purgatorium, etsi nondum plenam pubertatem adeptus fuerit, *VVernber. sel. obs. for. p. 7. obs. 210.*

5. Si in causa inquisitionis delinquenti alternative, vel mulcta pecuniaria, vel juramentum purgatorium injunctum, hic vero ejus præstationem neglexerit, vel plane recusaverit, heres ejus, eo mortuo, amplius ad illius præstationem confugere non potest, *Horn. cl. 12. R. 76. n. 3. VVernber. in supplem. nov. ad p. 4. obs. 151. n. 48.*

6. Juramentum purgationis viro & mulieri simul injunctum, prius a viro præstari debet, *Carpz. d. c. d. 18.*

7. Exigitur juramentum purgatorium a judice in causis civilibus, quando contra reum suspiciones militant, ita tamen, ut nondum semiplene probatum, adeoque ad juramentum suppletorium deveniri non possit, *Carpz. d. c. d. 14. VVernber. supplem. nov. ad p. 4. obs. 151. n. 407.*

8. Quando reus de facto in judicio proposito exactiorem notitiam habet, quam actor, longe æquius est, ac consultius, reo imponere jusjurandum purgatorium, *(a)* quam actori juramentum in supplementum, *Carpz. p. 1. c. 22. d. 13. n. 3.*

9. Licet in causa matrimoniali juramento suppletorio locus non sit, *c. 34. X. de jurejur. Heig. p. 2. qu. 16. n. 26. seq. Carpz. p. 1. c. 23 d. 10.* confer. vero loc. *juramentum suppletorium. th. 14.* attamen juramentum purgatorium exigi potest, *c. 10. X. de despon-*

(a). Vid. loc. *juramentum suppletorium. th. 3. lit. a.*

sat. impuber. Carpz. p. 1. c. 22. d. 3. Richter. dec. 8. n. 25. 60.

10. Sola confessio stupri & impraegnationis sufficiens indicium est ad imponendum juramentum purgatorium de promissione matrimonii, *arg. c. 30. X. de sponsal. Beust. de sponsal. c. 47. Carpz. d. c. d. 4. & pract. crimin. qu. 68. n. 94. seq. Brunnem. jur. eccles. lib. 3. c. 5. §. 8.* dissentiunt *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. def. 47. Titius* in der Probe des Teutschen Geistl. Rechts *lib. 5. c. 5. §. 13. Lyncker. dec. 587. & dec. 1414. Wernher. p. 4. obs. 151. n. 409.* quorum quoque sententia fundata est in *dec. Elect. Sax. nov. 81. ibique Philipp. obs. 2.* nisi alia concurrant indicia, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. def 48.*

11. Quod si stuprator utrumque & stuprum & matrimonii promissionem neget, juramentum purgatorium super stupro simul & matrimonio promisso deferri posse, si praesumtiones & indicia stupri adsint, tradit *Carpz. d. c. d. 5. & pract. crimin. qu. 68. n. 100.*

12. Sed de stupro gravatum ad juramentum purgatorium non etiam hoc subire teneri ratione promissionis matrimonii, nisi concurrant indicia, ex quibus etiam ad promissionem matrimonii verosimiliter inferre liceat, ipse tradit *Carpz. in jurispr. eccles. lib. 3. def. 49.* & post eum *Lyncker. dec. 587.*

13. Ignorantia, quae in animo consistit, juramento purgatorio probanda est, *c. 8. de elect. in 6to. Carpz. d. c. d. 6.*

14. Praestito juramento purgatorio, reus definitive absolvi debet, tam quoad ipsam causam, quam expensas, aliaque accedentia, *Carpz. p. 1. c. 22. d. 17.*

15. In juramento purgatorio super factis propriis injuncto, restrictio: quantum recordari liceat: Meines

Meines wissens, haud admittitur, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs 204.*

16. Quando, in Saxonia Electorali, juramentum purgatorium reo imponitur, simul in utrumque casum sive illud præstet, sive non, definitive pronunciari debet, ob peculiare *mandatum Regium de ann. 1711.* apud *Wernher. sel. obs for. p. 6. obs. 251.* Ast in foro communi plerumque fieri solet, ut per modum sententiæ interlocutoriæ reus indiciis gravatus, jurare jubeatur, suspenso tantisper judicio de pœna, in casum non præstiti jurisjurandi, subeunda, *Wernher. c. l. n. 1.*

17. Is, qui juramentum purgatorium præstare debet, poterit petere, ut ipsi communicetur formula juramenti, *Rivin. ad O. P. S. tit. 32. en. 6.*

18. Add. loc. *juramentum. th. 9.* loc. *juramentum suppletorium. th. 7. 9.* add. loc. *maritus. th. 30.*

JURAMENTUM SUPPLETORIUM.

1. Locus est juramento suppletorio, si semiplene, sive per testes, sive per documenta, sive conjecturis & præsumtionibus probatum est, *Mev. p. 5. dec. 173. Wernher. compend. jur. lib. 4. tit. 21. §. 2. Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 1.*

2. Unde unus testis, omni exceptione major, ad imponendum juramentum suppletorium sufficit, *Carpz. p. 1. c. 23. d. 3. 4. 5. 6. Wernher. sel. obs for. p. 4. obs. 157. n. 625.* confer, vero *Wissenbach. ad tit. de jurejur. n. 21. Huber. prælect. ad eund. tit. n. 13. p. 462.*

3. Juramentum suppletorium defertur non nisi de necessitate, quando alia ratione res semiplene probata decidi non potest, *l. 5. C. de reb. credit. Gail. lib. 1. obs. 108. n. 6. Coler. proc. exec. p. 1. c. 10. n. 141.*

4. Non

4. Non semper actori probanti, sed quandoque reo reprobanti deferri potest juramentum suppletorium, si ita visum fuerit judici, qui secundum qualitates personarum & rerum circumstantias arbitrabitur, *(a)* cuinam deferendum sit, *Carpz. d. c. d. 6.*

5. Christiano potius & viro honesto quam judæo, & peccare solito juramentum suppletorium deferri debet, *Carpz. d. c. d. 7.* confer. *loc. judæus. th. 2. 3. & 4.*

6. Si neuter rei scientiam habet, nec de veritate jurare potest, etiam super credulitate suppletivum deferri potest, *Carpz. d. c. d. 8. Barth. Hodeg. For. c. 2. §. 7. lit. c. p. 466. Rivin. ad O. P. S. tit. 30. en. 12.* confer. vero *Berlich. p. 1. concl. 53. n. 17. Brunnem. proc. c. 32. n. 25. Martin. ad O. P. S. tit. 30. § 1. n. 123.*

7. Multo magis ergo heredi de facto defuncti injungi potest juramentum suppletorium, imo & purgatorium, *Berger. E. D. F. tit. 18. obs. 5. not. 3. p. 545. Wernher. sel. obs. for. in Supplem. nov. ad p. 4. obs. 151. n. 41. & 45.* quamvis quod ad purgatorium dissentiat *Lauterb. de juram. credulit. p. 2. th. 32.*

8. Sed ad juramentum suppletorium, maxime credulitatis, difficilem esse admissionem, putat *Lyncker. dec. 7.* cum ille, qui hoc juramentum subire vult, debeat indubitatam & sensualem rei habere notitiam, *Bruckm. vol. 1. consil. 10. n. 93.*

9. Et

(*a*) Confer. *Ord. Proc. Sax. Rec. tit.* 30. §. 1. ubi; jam in *Ord. Proc. Sax. vet.* dispositum, juramentum suppletivum illi præprimis deferri, qui rei optimam notitiam habeat, hocque ita declarari, quod si alter de veritate, alter solum de credulitate jurare possit, ad juramentum, sive suppletorium, sive purgatorium, is potius, qui de veritate jurat, admmittendus sit.

9. Et in casu semiplenæ probationis, potius juramentum purgatorium de veritate, quam suppletorium de credulitate decernendum est, *Berger. E. D. F. tit.32. obs. 2. p. 870. & p. 2. supplem. tit. 1. §. 2. n. 4. p. 3. Wernher. sel. obs. for. p. 7. obs. 97.*

10. Quando contra semiplenam probationem adsunt præsumtiones in contrarium, delatio juramenti suppletorii non habet locum, *Carpz. p. 1. c. 23. d. 10. n. 7. Berlich. p. 1. concl. 54. n. 50.*

11. Imo si dubitetur, an semiplene sit probatum, regulam: *actore non probante, reus absolvitur*, obtinere volunt *Mev. p. 4. dec. 155. Brunnem. ad l. 31. de jurejur. n. 5. 7.* Maxime vero in civilibus quoque causis ad juramentum suppletorium non deveniri, quando magnum lucrum ad juraturum perveniret, censet *Gail. lib. 1. obs. 108. n. 11.*

12. Potest aliquando contra literam contractus super intentione & mente contrahentium juramentum suppletorium a judice deferri, *Wernher. sel. obs. for. p. 9. obs. 183.*

13. Ad juramentum suppletorium testes, etiam plures, de auditu deponentes, regulariter non sufficiunt, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 118.*

14. Contra matrimonium juramentum suppletorium non defertur, *Wernher. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 642.* pro matrimonio vero in supplementum jurari potest, dummodo, præter semiplenam probationem, aliæ quoque præsumtiones concurrant, *Carpz. jurispr. eccles. lib. 3. def. 46. Brunnem. cent. 5. dec. 89. n. 9. Wernher. c. l. n. 643. seq. & p. 3. obs. 90. & in supplem. ad p. 3. obs. 90.* confer. vero loc. *juramentum purgatorium th. 9.*

15. Juramentum suppletorium deferri non potest

test in causis criminalibus, quando de pœna corporis afflictiva agitur infligenda, *Carpz. p. 1. c. 32. d. 11. Wernber. sel. obs. for. p. 4. obs. 151. n. 640.*

16. Juramentum suppletorium, etiam a parte non petitum, ex officio judicis deferri potest, *l. 31. de jurejur. l. 3. C. eod. Constit. Elect. Sax. 23. p. 1. ibique Carpz. d. 1.* etiam post causæ conclusionem, *Wernber. d. obs. 151. n. 634.* Peti autem a parte post conclusionem in causa amplius non potest, *Wernber. c. l. n. 635.* quicquid dissentiat *Setserus de juram. lib. 4. c. 15. n. 4.* Post terminum probatorium tamen adhuc recte petitur a parte. *Carpz. d. c. d. 9. Wernber. c. l. n. 636.* dissentit *Gail. lib. 1. obs. 108. n. 1. Berlich. p. 1. concl. 53. n. 62.*

17. Quodsi judex, concurrentibus, legitimis requisitis, hoc iuramentum non detulerit, appellationi ab ejus sententia locus est, *Carpz. d. c. def. 2. n. 10. Mynsinger. cent. 1. obs. 39. Wernber. c. l. n. 637.*

18. Add. loc. *juramentum th. 9.* loc. *juramentum purgatorium. th. 8. 9.* loc. *legitimatio ad causam. th. 6.* loc. *mors. th. 12.*

JURAMENTUM ZENONIANUM.

Vid. loc. *damnum. th. 15.*

JURATA SPECIFICATIO.

Vid. loc. *inventarium. th. 8. seq.* loc. *juramentum in litem. th. 5. 8. 9. & 10.* loc. *legatum. th. 24.* loc. *pater. th. 12.*

JURISDICTIO.

1. Jurisdictione simpliciter concessa, non solum jurisdictio inferior, sed & merum Imperium, seu jurisdictio superior concessa intelligitur, *Carpz. p. 2. c. 40. d. 6. & pract. crimin. qu. 109. n. 89. Mev. p. 4. dec. 190.* dissentiunt & inferiorem tantum concessam esse, volunt

volunt *Struv. synt. jur. feud. c. 6. th. 18. n. 4. Stryk. us. mod. tit. de jurisdict.* §. 13. nisi superior jurisdictio feudo jam antea cohæserit, vel omnimoda jurisdictio concessa fuerit, *Brunnem. ad l. 3. de jurisdict. n. 3. Stryck. c. l.*

2. Jure civili ad jurisdictionem superiorem pertinet jus animadvertendi in facinorosos, sine distinctione, quale & quantum fuerit delictum, *l. 3. §. 3. merum est imperium. de jurisdict. Hahn. ad Wesenbec. tit. eod. n. 6. Stryck. c. l.* §. 8. ad jurisdictionem inferiorem vero tantum spectat cognitio in causis civilibus, non autem jus mulctandi & puniendi, nisi quatenus hoc ad tuitionem jurisdictionis civilis contra contumaces necessarium, quia sine coercitione nulla est, *l. fin. de offic. ej. cui mand. est jurisdict. Hilliger. in Donell. lib. 17. c. 8. lit. qq. Struv. ex. 4. th. 77. Stryck c. l.*

3. Quænam vero causæ jure Saxonico ad jurisdictionem superiorem vel inferiorem referendæ sint, addiscendum est ex *Ord. Prov. de an. 1555. sub tit.* Was zu Ober-Nieder- und Erb-Gericht gehöret. vid. *Cod. August. vol. 1. p. 48. seq.* & præcipue ex responso Scabinorum Lipsiensium apud *Carpz. in pract. crim. qu. 109. n. 31. seq.* ubi hanc materiam plenius pertractat.

4. Cum jurisdictio solum in causis capitalibus, in peinlichen Fällen, competit, has in hypothesi tales esse, h. e. non satis esse, ut in delictum in se spectatum mortis pœna legibus constituta sit, sed insuper, ut prægnantia indicia concurrant, ex quibus forti præsumtione intelligi possit, causam etiam quoad certam personam capitalem esse, requiritur, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 286.*

5. Ju-

5. Jurisdictio in solam personam ad ejus mobilia non pertinent; hinc, si forsan ejusmodi persona moriatur, judicialis confectio inventarii non ad judicem, cui in eam jurisdictio competit, sed ad illum, qui alias eo in loco jurisdictionem exercet, pertinet, *VVernber. sel. obs. for. p. 1. obs. 110.*

6. Etiam Sculteto & Sabinis rurensibus, si nobilis præsens non sit, competere jurisdictionem, eam tamen plerumque simplicis cognitionis terminos non excedere, nec executionem habere conjunctam, sed, sicubi sententiæ non paruerit condemnatus, superiori rem denunciari, & ab eo vim compulsivam sententiæ superaddi; Doctores autem, qui Sculteto & Scabinis rurensibus jurisdictionem denegant, quod faciunt *Finckelth. obs. 75. n. 6. Carpz. p. 3. c. 3. d. 21. n. 2.* præsupponere nobilem in eodem pago præsentem esse, eodemque quidem casu eos non nisi executores esse ad nutum domini nobilis; ceterum extra controversiam esse, Scultetis competere jurisdictionem ubi jure feudi Sculteti sint constituti, wenn sie mit dem Schultzen-Gericht belehnet seynd, tradit *Stryck. in us. mod. tit. de jurisdict. §. 9.*

7 Jurisdictio criminalis conceditur vel plene vel minus plene, *l. 6. pr. de offic. procons.* hodieque, ita ut, verbi causa, uni competat cognitio, alteri vero executio, *Stryck. c. l. §. 10. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 18. p. 921.* Quo quidem casu judici executionis acta non sunt transmittenda, sed sufficit, si ei sententia Collegii juridici communicetur. *Stryck. c. l. Berger. c. l.* Et si ante executionem nova defensionis argumenta adducat reus, remittendus ille est ad judicem criminalem, quo super hac defensione

sione nova prius Collegii juridici sententia expetatur, *Stryck. c.l.*

8. Furcæ vel patibuli erectio dicitur actus jurisdictionis, *Bocer. de jurisdict. c.10. n. 10.* & semper cohæret mero imperio, *Fusch. pract. concl. lit. f. concl. 537.* Si tamen inter duos circa erectionem furcarum lis incidat, is, qui furcas erectas habet, lite pendente, in possessione sua turbari non debet, & si turbetur, puta si adversarius de facto erigat furcas, impune illas evellere & excidere potest, *Bald. in l. 1. C. ut nem. lic. sin judic. autor. sign. reb. imp. Gail. lib. 2. obs. 60. n. 8. 9.*

9. Erectio furcæ eo in loco, ubi nunquam illa fuit, sine consensu summi magistratus permitti non solet, *Strytk. us. mod. tit. de jurisd. §. 12.* Antiquas furcas vero restaurare vel loco collapsarum novas erigere dominus jurisdictionis non prohibetur, *Gail. c. l. n. 6. Carpz. p. 2. c. 3. d. 23. n. 8.*

10. Amittitur jurisdictio abusu, *Carpz. lib. 1. Resp. 53. n. 12.* in praxi tamen communiter præcedere solet admonitio superioris, *Gail. lib. 1. obs. 17. n. 4. Carpz. c. l. n. 14.*

11. Add. loc. *collegium. th. 4.*

JURISDICTIO ADMINISTRATORIA.

Vid. loc. *Jurisdictio mandata. th. 2.* loc. *jurisdictio prorogata. th. 5. & 9.*

JURISDICTIO CONTENTIOSA.

1. Dominus jurisdictionis, einer von Adel oder ander Gerichts-Herr, cum scabinis, absque actuario jurato jurisdictionem exercere potest, si Scabini sint viri honesti & jurati, & ille secundum jura procedat, sed tantum in actibus, qui sunt voluntariæ jurisdictionis,

nis, veluti: emtiones venditiones, hereditatum divisiones, tutelæ confirmationes, amicabiles compositiones, & his similes; ea tamen conditione, ut omnes actus judiciales coram illo peractos absque suspicione libris judicialibus, denen Gerichts-Büchern, propria manu inserat, vel registraturam subscribat; in donationibus vero judicialibus, ultimis voluntatibus & processibus, iisque, quæ sunt jurisdictionis contentiosæ, adhibendus est actuarius juratus, qui hæc expediat & registret, *Dec. Elect. Sax. Nov. 39. ibique Philipp. & ad O. P. S. tit. 2. consid. 7.*

2. Actus jurisdictionis contentiosæ ad locum judicii, an die ordentliche Gerichts-Stelle, adstricti sunt, atque adeo extra eundem exerciti sunt ipso jure nulli, *Berger. E. D. F. tit. 2. obs. 3. p. 34.* Unde judex actus contentiosæ jurisdictionis eo in loco, ubi nullam jurisdictionem habet, exercere nequit, *Wernher. p. 1. obs. 118.* idque nequidem consensu partium, *O. P. S. R. tit. 2. §. 4. VVernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 329.* add. *Berger. Res. Lauterb. tit. de re judic. ad verba: in loco publico.*

3. Putat tamen *Berger. in E. D. F. tit. 2. obs. 3. not. 1. p. 35.* Excipiendum esse casum, cum, vel per præscriptionem consuetudo contraria intraverit, vel inter litigantes, eorumve procuratores, speciatim ad hoc instructos, compromissum fuerit, ut ejusmodi acta, etiam extra territorium jus dicentis, inque privata ejus domo valeant, confer. *ejus Resolut. Lauterb. c. l.*

4. Eo tamen casu jurisdictionem prorogatam dici non posse, sed judicem perinde ac privatum & arbitrum considerari, coram quo gesta itidem in vim compromissi valere, sed ne id quidem Facultatem Juridi-

ridicam Lipsiensem admittere voluisse, tradit *Wernher. d. obs. 319. n. 8.* confer. *id. in supplem. ad p. 1. obs. 329. n. 19. seq.*

5. Plane actus jurisdictionis contentiosæ, alio in loco, quam quo quis jurisdictionem habet, etiam ex compromisso partium, exerciti, sunt ipso jure nulli, *O. P. S. R. tit. 2. §. 4.* ubi tamen certæ expeditiones excipiuntur, *verbis:* Also mögen dieselben gleichwohl allerseits in ihren Häusern, und wo sie sich sonst ausser denen Gerichten befinden, Klagen, Schreiben, Beweise, Leuterungen, Appellationes, unnd dergleichen annehmen und præsentiren, eines Parths Anbringen, Rügen und Denunciationes, Relationes derer Bothen und Gerichts-Personen registriren, auch citationes, notificationes, Patente, Attestata, Scheine und Berichte ausfertigen, ingleichen die Partheyen mit ihrer Bewilligung das in loco judicii angefangene Verfahren vollends absolviren lassen.

6. Jurisdictio contentiosa nequidem in quolibet ipsius territorii loco exerceri potest: quicunque enim actus causæ cognitionem & decretum magistratus exigunt, pro tribunali a judice expediendi sunt, *l. 4. de dilat. l. pen. de J. & J.* Unde quod in privata domo judicis decretum est, vires rei judicatæ non habet, *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 329. n. 9. seq.* Ea tamen, quæ extra locum jurisdictionis acta sunt, propter conventionem partium sustineri, non abnuit *ipse Wernher. c. l. n. 11.*

7. Nihil impedit, quo minus nobilis, qui duo possidet feuda vicina, in uno pago jurisdictionem exercere, atque ex altero subditos evocare possit, ut coram uno eodemque judicii actuario causas tractent,

præprimis, si id consuetudine jamjam ita introductum, *Rivin. ad O. P. S. tit. 2. en. 11.*

JURISDICTIO MANDATA SEU DELEGATA.

1. Mandatarius alteri jurisdictionem mandare non potest, *l. fin. pr. de offic. ej. cui mand.* nisi sit delegatus sive mandatarius principis, *l. 5. C. de judic. c. ult. X. de offic. deleg.* aut universitas causarum demandata sit, *Brunnem. ad l. fin. de offic. ej. cui mand. n. ult.*

2. Hodie jurisdictio administratoria, v. c. a præfecto, dem Amptmann, adhuc mandari potest, quod tamen accipiendum de certa causa, non de munere toto, *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 9. p. 920.* confer. *Wernher. sel. obs. for. p. 1. obs. 23.*

3. Merum imperium mandari non potest, nisi in casu necessariæ absentiæ, *l. 1. pr. de offic. ej. cui mand.* Scilicet a magistratu inferiore: principem enim merum imperium mandare non posse, nemo asseret, *Stryck. us. mod. tit. de offic. ej. cui mand. jurisdict. §. 5.* Plane hodie juxta *Ord. crim. art. 2.* ex quavis justa causa a magistratu inferiore potest mandari merum imperium, accedente autoritate superioris, *Stryck. c. l.* quæ tamen autoritas in praxi negligi solet, *Brunnem. proc. inquis. c. 3. n. 51.* Sed laudato textu juris causæ absentiæ tantum superadditam esse causam infirmitatis & morbi, tradit *Hahn. ad Wesenbec. tit. de offic. ej. cui mand. n. 4.*

4. Quæcunque alius judex facere potest & debet, illa etiam potest & debet observare mandatarius, *Struv. ex. 4. th. 42.* qui ergo sententiam suam, si in rem judicatam transierit, exequi potest, *l. fin. §. 1. de offic. ej. cui mand.*

JURISDICTIO PATRIMONIALIS.

Vid. loc. *jurisdictio prorogata. th. 5. 6. 9.*

JURIS-

JURISDICTIO PROROGATA.

1. Quo jurisdictio prorogari possit, requiritur, ut alter eam jam tum habeat: privati enim jurisdictionem dare non possunt, *l. 3. C. de jurisdict.* Imo judex in specie illam jurisdictionem habere debet, quæ requiritur in causa prorogata, *Brunnem. ad l. 1. de judic. n. 3.* Hinc non valet prorogatio, si coram senatu oppidano causæ consistoriales vel feudales tractari velint, *Brunnem. ad l. 18. de jurisdict. n. 2.*

2. Prorogatio voluntaria fit vel expresse, puta per conventionem, *l. 18. de jurisd.* vel tacite, per litis contestationem, *l. 4. C. de jurisd. omn. judic. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 16. p. 921.* imo si reus, neglecta incompetentiæ exceptione, aliis dilatoriis, v. g. angusti termini, inepti libelli, illegitimationis, guarandæ & satisdationis nondum præstitæ solum utatur, *Berlich. p. 1. concl. 5. n. 28. Barth. hodeg. for. c. 1. §. 35. lit. c. p. 115. seq.* add. *Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 3.* præscriptiones enim fori in principio litis sunt opponendæ, *l. fin. C. de except.*

3. Licet quis jurisdictioni citantis non subsit, si tamen, prorogationem termini petendo, eam semel agnovit, postea ulterius in jus vocari poterit, *Rivin. ad O. P. S. tit. 4. en. 67.*

4. Hodie prorogationi jurisdictionis voluntariæ locum non esse, sed magistratum prohibere posse subditos, quo minus in alio foro litigent, volunt *Gail. lib. 1. obs. 40. n. 4. seq. Hilliger. in Donell. lib. 17. c. 10. lit. n. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 25. n 52. Brunnem. ad l. 1. de judic. n. 7. Engelbrecht. ex. 2. § 5.*

5. Administratoriam jurisdictionem, qualem gerunt illi, qui præfecturis præsunt, & qui in civitatibus magistratus officio funguntur, adhuc hodie

prorogari posse: non item patrimonialem, sed dominum jurisdictionalem reum coram alieno judicio litigantem pœnalibus mandatis revocare posse, tradit *Wernher. in supplem. ad p. 1. obs. 329.* add. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 17. p. 921.*

6. Imo inferiorem etiam & immediatum judicem, si superior statim aditus & imploratus est, in causa, quod ajunt, intervenire, atque id, quod ipsius, intuitu patrimonialis jurisdictionis & primæ instantiæ, interest, urgere posse, putat *id. Wernher. c. l. n. 16.* sed confer. *Mev. p. 8. dec. 219.*

7. Quodsi vero judex ordinarius non contradicat, is, qui alienam jurisdictionem sive expresse sive tacite prorogavit, judicium propter incompetentiam judicis non amplius impugnare potest, *Wernher. sel. obs. for. p. 3. obs. 114.*

8. Quoad usum prorogatæ jurisdictionis modernum distinguit *Schilter. ex. 6. th. 23.* inter prorogationem jurisdictionis, quoad ipsos magistratus, qui eidem statui imperii subsunt, & inter prorogationem quoad ipsos status & dominos jurisdictionales: ita ut priori casu adhuc hodie jurisdictionis prorogatio permissa sit, non autem posteriori.

9. Plane hodieque omnem jurisdictionem, non minus patrimonialem quam administratoriam, consensu partium prorogari posse, propugnant *Berlich. p. 1. concl. 5. n. 31. Stryck. us. mod. tit. de jurisdict. §. 22. seq. Berger. c. l.* Et sine consensu judicis ordinarii prorogari posse jurisdictionem, sive judex ille ordinarius sit rex, marchio, dux vel comes, asserit *Schrader. de feud. p. 10. sect. 1. n. 137.* Igitur civis Marchicus alteri Marchico ad forum Lipsiense pacto se constringere potest, *Stryck. c. l. §. 24.* De subditis

tis diversorum regnorum similia habet *Carleval. de judic. & for. compet. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 8. sect. 3. n. 1122. seq.*

10. Hinc pacisci quis poterit, se velle in quocunque loco solvere, in quo fuerit repertus, & tunc quovis in loco conveniri potest, tanquam in loco contractus, *Gail. lib. 2. obs. 36. n. fin. Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 149.* Permissa quoque est renunciatio fori, *l. 29. C. de pact. Zanger. d. c. 1. n. 218.* quæ vim prorogationis habet, ita ut quilibet judex alias incompetens hoc casu fiat competens, *Mev. p. 1. dec. 242. n. 6. Brunnem. ad l. 47. de administr. & peric. tutor. n. fin. Stryck. cautel. contract. sect. 1. c. 5. §. 18.*

11. Prorogatio lege prohiberi potest, *Stryck. us. mod. tit. de jurisdict. §. 24.* quale statutum extat Hamburgi, ne civis civem alibi lite pulset, sub pœna amittendæ actionis & juris civitatis, *Stryck. c. l.* Sic clericis prorogatio jurisdictionis in specie est interdicta, *c. 12. X. de for. compet. Stryck. c. l. Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 17. p. 921.* confer. loc. *clericus. th. 5.*

12. Hodie alter non potest resilire a jurisdictione per pactum prorogata, etiamsi judex nondum aditus sit; licet jure Romano pœnitendi licentia concedatur, antequam judex, in quem partes antea consenserant, aditus fuerit, juxta *l. 18. de jurisdict. Stryck. us. mod. tit. eod. §. 25. Berger. c. l. not. 16.*

13. Add. loc. *jurisdictio contentiosa. th. 4.*

JURISDICTIO VOLUNTARIA.

1. Actus voluntariæ jurisdictionis a judice pagano, sive Sculteto & Scabinis, dem Dorff-Richter und Schöppen, utpote qui destituuntur jurisdictione, & saltem pro ministris, præconibus atque executoribus

toribus habentur, *Carpz. p. 2. c. 7. d. 2. & p. 3. c. 3. d. 21.* exerceri non possunt, vid. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 1.*

2. Actus voluntariæ jurisdictionis exerceri possunt a judice incompetente, *l. 36. pr. & §. 1. de adopt. l. 19. C. de testam. l. 27. C. de donat.* itemque in territorio & loco jurisdictionali alieno, *l. 2. pr. de offic. proconf. d. l. 36. §. 1. de adopt. l. 2. de jurisdict.* confer. tamen *Wernher. in supplem. ad p. 1. obs. 329. n. 17. 18.* nec non in causis propriis, *l. 4. de adopt.* vid. *Berger. œcon. jur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 2.*

3. Sed hæc ita limitantur, nisi causæ cognitio prærequiratur veluti in datione tutoris, *l. un. C. ub. pet. tut. vel. curat. dec. 59. ibique Philipp.* in constitutione hypothecæ, *dec. Elect. Sax. 38. ibique Philipp.* vid. *Berger. Resolut. Lauterb. tit. de jurisdict. ad verba: quod tamen Vinnius. & p. 2. Supplem. ad E. D. F. tit. 2. §. 3. p. 33. seq.*

4. Actus voluntariæ jurisdictionis, aliique, qui civitati ambtsassicæ relinquuntur, commemorantur in responso relato a *Berger. c. l. tit. 4. §. 11. p. 66. seq.*

5. Add. loc. *Jurisdictio contentiosa. th. 1.*

K.

Koppel-Hüthung.

Vid. loc. *compascuum.*

Koppel-Jagt.

1. Jus convenandi habent illi, quorum fundi ita invicem sunt mixti, ut separatim venatio institui minus possit, *Ordinat. Provinc. de an. 1555. tit.* Daß keiner auf des andern Grund. §. Wo aber einer oder mehr. *Berger. dec. 68.*

2. Juri convenandi affirmative, neque in fundis plane alienis, neque in iis, qui dispersi, aut invicem mixti sunt, ita tamen, ut venatio separatim peragi queat, aliter præscribitur, nisi tempore immemoriali, *Berger. c. l.* add. *Carpz. p. 2. c. 3. d. 25.*

FINIS TOM. I.